

UNIVERSITY LIBRARY
EDINBURGH



SYNONYMORVM SYLVA OLIM A SIMONE PELEGROMIO COLLECTA,

& Alphabeto Flandrico ab eodem authore illustrata: nunc autem è Belgarum sermone in Anglicanum transfusa, & in Alphabeticum ordinem *redacta per H. F. & ab eodem denuò multis locis emendata & aucta.*

Accesserunt huic editioni Synonyma *quædam poetica, in poesi versantibus perquam necessaria.*







LONDINI,

Ex officina Nortoniana.

1606.

CLARISSIMO VIRO DOMINO FRANCISCO WALSINGHAMO, EQVITI AVrato, & serenissimæ Regiæ Maiestati à Consiliis, H. F. fœlicitatem *precatur perpetuam.*

*Q*Voties in animo meo complector (Honoratissime Walsinghame) funestas & horrendas illas Christianorum strages ante aliquot annos Parisiis æditas, ex quibus ego inter cæteros, cum summo vitæ periculo & discrimine elapsus sum: toties soleo de singulari Dei erga me bonitate, & apud me præclare sentire, et apud alios magnifice prædicare: quod me scilicet incolumem & saluum ex immanissimis illis Galliarum procellis, in pacatissimum istud Angliæ regnum, tanquã in tutissimum portũ & asylum deduxerit. Cæterum vt hoc diuino munere & beneficio factum esse libenter agnosco: sic etiam & eo nomine me multo fæliciorem esse semper existimaui, quod ex illo vsque tempore, te patronum mihi indulgentissimum sortitus sim, cu-

ius ego insignem beneficentiam toties sum expertus, vt infinitis officiis me tibi obstrictū esse libere profitear, Hinc ego tanquam oraculi cuiusdam authoritate permotus, sæpissime ante hac(Clarissime Patrone) de referenda gratia deliberaui: verum nihil hactenus occurrit præter exiguum istud munus literarum, quo me tot tantorumque tuorum beneficiorum memorem esse declarassem. Quapropter, vt extaret aliquod obseruantiæ meæ testimonium, in gratiam vestrorum hominū, ista Pelegromii cuiusdam Synonima e populari & vernaculo Belgarū sermone in Anglicam linguā transferenda esse censui. Quæ quamuis eiusmodi fortasse non sint, vt delicatulis & curiosioribus quibusdam hominibus possint satisfacere: si tamē illa tibi non esse ingrata sensero, abunde magnum laboris mei fructum videbor reportasse, summis igitur a te precibus contendo, vt libellū istum eo animo, quo a me profectus est accipias: & eundem in patrocinium & tutelā tuam recipere digneris: illud enim plane persuasum habeo, eum vel propterea aliis gratiorē esse futurū quod splendidissimo tuo nomine quasi eximia quadā gemma insignitus sit. Deus Opt. Max. dominationem tuam, & ad ecclesiæ suæ propagationem, & ad perfectam reip. confirmationem quam diutissime seruet incolumem. Londini. 10 Octob.

Tuæ dignitatis studiosissimus. *H. F.*

IO. SERRANVS de Synonymis ad Lectorem.



T studiosus delectum quendam Synonymorum habere possit, ac modum variandæ orationis per Synonymiam: nos ex paucis veluti per transennam indicabimus. Nam plenam ac perfectam doctrinam ea de re tradere, iam non est nostri instituti, nec illa breuibus vel paucis absolui posset. Quare exactam & accuratam methodum aliis relinquimus ac permittimus, quibus vel tantum ocii superest, vel quos id studiorum genus delectat. Nobis satis erit, si vel viam vtcunque monstrauerimus: Ea autem synonymorum, siue per Synonymiam variandi ratio, primum ac omnium maxime ex Dialectica traditione desumi poterit. Nam Dialectica maxime omnium & ante omnia id agit, vt doceat nos de rebus proprie, certo, apposite, vere ac infallibiliter loqui. Ac ideo præscribit nobis, quomodo omnium rerum essentiam siue existentiam aut subsistentiam, genus, species, proprietates, conditiones, accidentia, quantitates, qualitates, relationes, actiones, passiones, tempora, locos, situs, habitus, dispositiones, formas & figuras, cognata, affinia, partes, similitudines, contrarietates, causas, officia, & effectus, sicut Dialectici doctores præcipiunt, collocare possimus. Ex eiusmodi con-

ditionum, proprietatum, accidentium & causarum multiplicitate, nascitur rerum appellendarum & describendarum multitudo ac varietas. Primum enim à genere, sicut à patre, auo, &c. liberis imponuntur nomina, vt Agamemnon dicitur a patre Atrides, Hector Priamides, Achilles Aeacides, &c. Et Troiani dicuntur Dardanii à Dardano, Aeneadæ ab Aenea; Romani à Romulo. Deinde à specie oritur generalis appellatio: vt cum hominem aliquoties animal vocamus, aut iustitiam virtutem dicimus, & pium dicimus, qui omni virtute ac Christiana fide est præditus. Secundò & a differentia sumuntur appellationes, sicut animus dicitur anima eo quod vegetat, spiritus quod contemplatur, sensus quod sentit, Animus quod sapit, mens quod intellgit, Ratio quod discernit, Memoria quod recordatur, Voluntas quod vult. Sunt enim quoad substantiam eadem. Differunt autem eiusmodi qualitatum conditionibus. Sic etiam flendi varia est differentia: Flere enim est lachrymis plangere, & est hominum tantum. Lachrymare, siue lachrimari, est lachrymas effundere, & fit interdum sine sono, & transfertur etiam ad vites: Lugere est valde flere, & est in luctu ac lugubri habitu esse, ex obitu charæ necessariæq; personæ. Gemere est cum præ angustia, ex pectore sonus erumpit. Plãgere est percussione ac verberatione pectoris, capitis, vultus, aliorumue membrorum se dolore afficere. Plorare est voce flebili & effusa dolorem suum operire. Atque hinc proueniunt species, vt: Animæ species sunt: Anima, Spiritus, Sensus, Animus, Mens, Ratio, memoria, Voluntas. Fletus species sunt; Lachrymæ, luctus, gemitus, planctus, ploratus. Odoris

boni

boni ſpecies ſunt : ſapor,acor,nidor. Mali vero:Fætor, pædor,putor, rancor, ſqualor,ſordes, ſitus. Ac aliquoties eiuſmodi ſpecierum vocabulis promiſcue vtimur.

Tum etiam à proprietatibus rerum fit denominatio,vt hominem à loquendi proprietate ſæpe loquacem, etiam locutuleium, item etiam dicacem, aliàs blateronem, blateratorem,aut etiam nugonem,nugatorem. Et ab edendo : Edacem, edonem. A bibendo : Bibacem,bibulum,bibonem, biboſum, bibaculum. Simili modo & ab officiis ſortiuntur ſæpe varia ac multiplicia nomina, vt cum Ioannes dicitur Baptiſta, Lucas Euangeliſta, atque etiam Medicus. Paulus Apoſtolus. Et Iulius dictus fuit Tribunus : Quæſtor, Aedilis, Pontifex Max. Prætor, Conſul, Cæſar & Imperator,ſcilicet ab officiis, quæ ſubinde geſſerat. Nam ita poteſtatum & officiorum innumera fere extant nomina. Ad eundem modum [illegible]fices ſua accipiunt nomina,vt:Agricola ſi[illegible]olator ab agris colendis:Ruſticus ſiue Ruricola à rure colendo. Colonus a terra côlenda. Hinc ſunt denominationes Fabrorum lignariorum,ferrariorum,ſerrariorum,aurariorum,argentariorum. Eiuſmodi denominationes fiunt aliquando etiam a reliquis accidentibus, velut ab actione & paſſione , nam Deus dicitur Factor & Creator cœli & terræ. Et quæ facta ſunt,dicuntur facturæ,& creaturæ,itē opus manuum eius. A tempore , ſicut habitacula quædam nominantur æſtiua aut hybernalia, brumalia,ſiue hyemalia:Itē homo ab ætate infans,puer,adoleſcēs,iuuenis, vir ſenex,decrepitus. Sic adoleſcēs dicitur Ephebus, & puella nubilis, apta, matura viro. Et ſæpe res pro

temporis

temporis varietate varia ſortiuntur nomina, vt Hieruſalem dicebatur primum Iebus, deinde Hieruſalem, & poſt deuaſtationem Aelia.

A loco, vt qui apud Græcos dicebantur Philoſophi, apud Perias Magi, apud Gallos Druydæ, apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Aegyptios Sacerdotes, apud *H*ebræos Prophetæ, apud Latinos ſapientes, & apud Aſſyrios Chaldæi nominabatur.

A ſitu, vt Hieruſalem à monte Zion, etiam Zion appellabatur.

Ab habitu, vt Philoſophus, Orator. Poëta, Muſicus Theologus, Iuriſta, medicus.

A forma & pulchritudine, vt cum aliquam nominamus, Venerem, Helenam: Aut etiam deformitate, vt cum dicimus aliquem eſſe Therſiten, Aeſopum, Corythœum.

A figura, vt quando menſarios orbiculos à rotunditate orbes, ſiue à quadrata figura quadratas dicimus. Sic menſæ etiam Tripodes dicuntur.

A cognatis, vt ab Aemylio cognominatur familia Aemilianorum, ſiue Aemiliani, ab Iſraële Iſraelitæ, ab Iſmael Iſmaelitæ, à Iuda, Iudæi, &c.

A ſimilitudine, vt vbi hortos appellamus Paradiſos, puellas Veneres.

A contrarietate, vt cum bellandi exercitium bellum dicimus, quaſi minime bellum, hoc eſt bonum. Aut quando per Ironiam aliquem vocamus Poetam, muſicum, Oratorem. Aut vt eſt in prouerbio, Tertius Cato, Octauus ſapientum, Alter Hercules. Sic & a cauſis variæ & diuerſæ ſumuntur appellationes, vt à cauſa efficiente, Occiſor, necator, Interfector Trucidator, Homicida, Patricida, Matricida, fra-

Fratricida: Adulter, Mœchus, Mœchator: Pater, Genitor, Author ſobolis, Parens, Mater, Genetrix.

A materia, vt à terra dicuntur homines terreni, terreſtres, terrei, humei, quaſi ex terra humoque facti. Ianua ferrea: à literis, literatus, literarum peritus, ſciens, expers. Sic librum ſiue volumen vocamus codicem à materia, eo quod ex corticibus olim compingebantur libri.

A cauſa formali, ſicut liber dicitur volumen à voluendo. Item fur dicitur Manticularius ſiue Manticulator, Marſupicida, ſaccularius, peculator, ſuppilator, eo quod furando eiuſmodi formis & modis vti ſolet: manticulas enim attrectat, vt furetur, ac inſerens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificioſo dolo aperit, euacuat & pecunias aufert. Tum à marſupiis ſecandis ſiue abſcindendis marſupicida dicitur: vocatur & ſaccularius à ſacculis ſub veſte latentibus, in quos furtiuam rem reponit. Et peculator, quod aliorum bona furtiuè ſibi peculia & propria, ac ad ſe pertinere faciat. Et ſuppilator ab eo quod clancularie rapit. Sic negotiandi forma eſt, inire commercia, exercere commercia ſiue mercaturam, mercari & contrahere commercia. Negotiator enim à negociando hiſce formis vtitur. Primum enim init commercia, hoc eſt, aggreditur mercandi negotium. Deinde inter negociandum exercet commercia ſiue mercaturam. Tum qui vult mercaturam exercere, opus eſt vt mercetur, id eſt, Emat ac vendat merces. Poſtremo neceſſe erit vt emptas merces in vnum contrahat atque comportet, E cauſa efficiente appellatur negociator

negociator, exercens commercia siue mercaturam, mercator. Sic etiam vxoris ducendæ forma est: Contrahere, inire matrimonium, iungi fœdere matrimonii, copulari, sortiri coniugium, vinculis iugalibus sese innectere, ducere vxorem: Nam matrimonii copulatio est quodāmodo contractus: In istiusmodi verò contractu, duo iunguntur ac copulantur fœdere matrimonii, atque ita demum sortitur, id est forte siue fato quodam acquirit coniugium, atque sese ita annectit vinculis iugalibus, ac postremum ducit vxorem secum domum.

Pœnitentia siue pœnitendi forma est, duci pœnitentia, subire pœnitentiam, Agnoscere peccatum, errorem, & culpam, dolere, tristari, angi, cruciari propter peccatum, errorem & culpam: Timere, formidare, horrere iram, minas ac iudicium Dei, pœnas, cruciatus, ignes infernales ac mortem æternā. Nam quē pœnitet, ducitur quodammodo a vita impœnitente, ad vitam pœnitentem, ab errore ad veritatem, à peccato ad iustitiam. Et qui patitur ita se duci, is quodammodo subit iugum pœnitentiæ, Et id fit dum tandem incipimus rectè sapere, ac intelligimus agnoscimusque hactenus nos errasse ac peccasse, nos incidisse in iram ac iudicium Dei, ac meruisse æternum supplicium: Huc vbi ventum fuerit, tunc incipimus dolere, tristari, mœrere, angi, cruciari, ac omnibus modis affligi, tunc cor incipit timere, pauere, formidare, ac horrere iram, minas ac iudicium Dei.

A causa finali: Nam vbi tres causæ anteriores recto & iusto ordine præcesserunt, tunc sequitur finis rectus ac bonus. Sin minus, sequitur finis prauus, vt

vbi

vbi appellamus aliquem doctum, literatum, eruditum, gnarum, peritum, scientem expertumque. Nam is solet esse finis bonæ institutionis. Eodem modo quoties appellamus aliquem Poetam, Oratorem, Musicum, &c, contra qui nihil dicit, neque à quoquam institutus est, eum vocare solemus idiotam, indoctum, inertem, inexpertum, illiteratum, rudem, &c. Nam is finis comitatur eos, qui disciplinam aspernãtur ac negligunt. Ita, candide lector, vides vnde fiat, & quibus ex fontibus proueniat, quod sæpe vni rei plures appellationes adscribãtur, & quod de vna eademque re plurifariam ac diuersis modis loqui soleamus, ita tamen, vt semper eandem & nullam aliam rem intelligamus, nempe si Dialecticos locos (quibus vnamquamque rem describere ac definire solet) probe consideraueris, in iustum ordinem tibi præscripseris, memoriæq; mandaueris, tum sæpe vel ex singulis, aut plerisque ex locis vnamquampiam vel denominationẽ, definitionem, vel descriptionem desumere, atque orationem tuam variare poteris. Nam hoc ipsum & Grammaticus & Dialecticus, & Rhetor agunt. Grammaticus enim, vbi tibi describit vocum significationes, ac vult tibi earundem significationem, rationem & causam reddere; tunc ducit suam rationem siue causam a quopiam istorum locorum & ait: Hæc res inde eiusmodi significationem habet, nempe à patre, à maioribus, ab eius auctore, ab officio, à loco, à situ, ab habitu, à tali forma, siue figura, à materia, propter hunc finem &c. Tum si inspicias, quos tradit Grammaticus varios loquendi modos, tum aduertes eiusmodi loquendi modos ex hisce promanare fontibus vt cum dicit.

dicit. Dare negotium idem est quod mandare: Nam mandati causa finalis est negotium, ita vt qui mādatum velit exequi, negotiosus sit necesse est. Dare palmam, idem est quod victoriam concedere. Palma autem signum est victoriæ, qui ergo palmam alteri præbet, significat eum victorem. Dare effectum significat expedire. Qui enim rem aliquam efficit, elaborauit, absoluit, iam effert, dat at præbet ei, cui debet. Emungere pecuniam, id est, extorquere pecuniam à similitudine. Facilius enim quispiam à quopiam è naso mucū emungeret, quam è sene pecuniam adipisceretur. Obire munus est acceptare officiū. Qui enim officium acceptat, videtur obire ingēs negotiorum munus. Ita vbi libet, simodo animum aduertas, experieris in omnibus loquēdi modis, aliquam subesse causam. Sicut D. Erasm. Roterodamus in suis Chiliadibus, nihil aliud agit, quam vt doceat, vnde & quibus ex causis prouerbiorū sentētiæ ortæ sint. Deinde & idē agit Dialecticus in suo dicendi genere. Nam postquam rerum conditiones ac proprietates per locos supra nominatos edocuit, tum inde porro reliquam suam tractationē prosequitur. Docet enim inde conficere definitiones, diuisiones, propositiones & argumentationes. Et daturus alicuius rei definitionem, sumet eam aut ex rei essentia, aut à genere per species, aut per propria, aut ab accidentibus, aut à causis, aut officiis, aut membris, &c. Deinde ostendens definitionem; certitudinem veram Synonymiæ rationem tradit. Docet enim definitiones ac propositiones conuertendas, atque ita experiri an conuersa æquipolleant. Nam primum postquam rem aliquam docuit definire ex rei substantia,

ſtantia, tum definitionem docet conuertendam, hoc eſt, aut ſubiectum in locum prædicati, ac prædicatum in locum ſubiecti collocandum, aut ſignis aliquibus abiectis aliquo modo commutandum: vt, Potus eſt liquor ad bibendum aptus. Hac definitione data, iubet eandem definitionem tranſpoſitis vocabulis conuertere ac ſic indagare, an definitio ſit vera ac certa, nempe ita: Liquor ad bibendum aptus eſt potus. Ecce iam habes Synonymiam, nam vtro modo efferas, idem ſonat: Sic auaritia eſt omnium rerum cupiditas, omnium rerum cupiditas eſt auaritia: Et ſic agit Dialecticus in omnis generis definitionibus.

Poſtremo etiam Rhetor, etiam ſi omnia ornate, eleganter, amplifice ac ſplendide dicere ſtudeat, & omnem ſuam dicendi rationem, ad applauſum vel audientium, vel legentium inſtituat, tamen hiſce ſupra nominatis dialecticis locis, ceu fundamento nititur. Nam vt cunque rem amplificent, tamen cuncta argumenta ad huiuſmodi locos referri poſſunt, ſicuti illorum libri nobis multis & pleniſſime tradunt. Huc facit etiam, quod Rhetores plurima de Schematibus, tropis ac figuris dictionum, locutionis ac ſententiarum præcipiunt. Huiuſmodi enim præceptionibus, nihil aliud agunt, quam vt nos erudire conentur, quam variis modis ac figuris eandem rem nominare, vel eandem ſententiam efferre valeamus. Quare qui Synonymiæ ac orationis variandæ rationem perdiſcere deſiderat, is dicendi artes, hoc eſt, Grammaticam, Dialecticam & Rhethoricam quam diligentiſſime ediſcat: præcipue vero dialecticam, & maxime ea parte, vbi locos

proponit,

proponit, quibus rerum conditiones, proprietates, accidentia & causas explicat, quos quisq; sibi quam familiarissimos efficiat, ac ita perdiscat, memoriæque commendet, vt eos ad vnguem calleat. Sic enim & Grammaticorum & Rhetorum præceptiones quam dexterrime intelliget, & ad dicendi facultatem commodissimā viam sibi parabit. Tum etiam plurimum faciet ad Synonymiæ rationem, qua discet de vna re plurifariam loqui, quos deinde loquendi modos sibi quisque ad suum vsum reseruabit, quos postea ad quamuis causam pro rerum ratione ac circumstantia accommodare poterit. Nam Synonymia & ratio variandæ orationis etiam eo valet, vt inde etiam vocum & orationis proprietas perdiscatur. Vbi enim didiceris de vna re varie multisque modis loqui, tunc iudicium est adhibendum, qua in causa, quo loco, quo tempore, apud quos, quiuis loquendi modus adhibendus sit. Id quod quisque vsu & exercitatione perdiscet. Adhæc non parum ad rem faciet, si studiosus puer diligenter & assidue versetur in legendis bonis authoribus, ac in eis attendat & notet, quibus quisque loquendi modis vti soleat, quo eorum imitatione etiam sibi elegantem dicendi facultatem parare possit. Quamobrem, studiose lector, aliquot tibi in hoc libello ex bonis authoribus exempla proposita sunt, quibus & vti possis, & ad horum imitationem similia & plura effingere valeas. Vale.

IONICI GEORGII Macropedii.

SI Heliconis puer optas iuga adire,
Neque opacas, neque olentes Aliorum:
Sed amœnam Pelegromi pete syluam.
Iter hac est ad amicas tibi Musas.
(Modo credas) Latias atque Pelasgas.

HIERONYMI VERLENSI Gymnasiarchæ Busciducensis Hendecasyllabum.

SI quæris Latiæ puer loquelæ
Voces, diuite personare lingua,
Huc gressus agedum citos moueto.
Hic vocum tibi cultior supellex,
Hic oratio mundior paratur.
Unus tanta dabit libellus, hunc tu
Vero nomine nuncupare si vis:
Cornu dicere copiæ licebit.

CORNELII DIESTEMII hexastichon in Syluam Synonymorum Symonis Pelegromii.

SYlua refrondescens foliis purgata caducis,
Vernas cum magno fœnore fundit opes.
Huc age, flecte pedes, nemoris spatiare sub umbra,
Passim cum Latiis, Attica poma leges.
Hac insiste via quoquò dare vela peroptas,
Ad metam, certo tramite peruenies.



CARMEN DOMINICI Syluii medici Busciducensis.

SI, studiose puer, verborum diuite vena
Scribere tu carmen non sine laude paras.
Si scribenda tibi sit epistola docta, Latini
Sermonis larga fertilitate scatens.
Hunc eme, Pelgromius variis vir dotibus ingens,
Quem auctum dat mira dexteritate librum.
Quin, ne quid desit, tibi Græca vocabula passim
Addit, vt assuescas scribere & argolice.



IOHANNIS NEMII HExastichon constans Hexametro & Iambico Trimetro.

VT philomuse puer Romanum pangere carmen
Queas, habeto hanc verbulorum copiam
Vt quoque epistolium scite conscribere possis,
Discenda adest vocabulorum copia.
Vt valeas etiam coniungere Græca Latinis.
Smaragdinam hanc Pelegromii syluam pete.

A


N *Abbat*, vide *Bishop.*

to Abash, to Fray; to Feare.

Conturbare metu.
Terrorem, metû vel pauorem alicui afferre iniicere, incutere & inferre. Terrefacere. Stupefacere Obstupefacere, obstupere, obstupescere, Stupescere. Stupere.
Terrere. Et faciunt geminos, ensis & vnda metus
Concussa pectora, animi turbati.
Dum stupet obtutuque, hæret defixus in vno.
Obstupuit, steterũtque comæ, & vox faucibus hæsit.
Attonitus visu ac voce deorum.
Attonitis inhiare animis.
Animo exterritus.
Obstupuere animi. vide, *to Feare.*

Abashed, vide *Astonied.*

to Abate in a reckoning.

Decidere partem, quod vulgo dicimus defalcare, detrahere, subtrahere, decurtare. Cic. Tuam partem dimidiam, quemadmodum vis decide.
Deducere partem, apud Afraneum, pro demere de summa.
Deducere de rationibus.

to Abate in courage, vide *a Base minde, and Dispaire.*

to Abhorre a thing, vide *to Loath.*

to Abide, to Suffer great griefes or paines.

Sustinere, pati, ferre dolorem immodicum, grauem, acerbum, incredibilem, qui vix ferri possit.
Acutissimum capio, suscipio, haurio, traho, dolorem.
Cruciatibus angor, conficior, excrutior, torqueor, vexor, perturbor, frangor, discrutior, diuellor, dirumpor, perimor, interimor, exanimor, opprimor, perdor.
Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, diuexat, perturbat, afficit, grauat.
Concidit, cecidit animus ictu doloris vi curarum, concursu molestiarum labefactatus, conuulsus, percussus est.
Iaceo in mærore ac sordibus.
Curis & ægritudine maceror.
Contabesco acerba solicitudine, graui cura, angore, ac mærore, vide, *to Suffer.*

to be Able, or May, or Can.

Valere.
Posse.
Queo, Salust.
Potesse, apud Comicos.
Habere potestatem, facultatem.
Vires, vim habere.
Potens esse.
Viribus valere ad aliquid agendum.

Able, vide *Apt.*

not Able.

to Abolish, to vndoe, to Disanull, to Repeale.

Irritare. Irritum facere.
Cassare. Infirmare.
Leges rescindere.
Decreta scindere. Reuellere.
Inualidum reddere.

In nihilum redigere. Tollere.
Retexere. Reuocare.
Leges, tabulas reficere, frangere.
Abrogare. Antiquare. Abolere.
Annihilare. ἀκυροῦν.
Consuetudinem malam radicitùs euellere. 8. distinct.
Inducere decretum, senatusconsultum. Sueton.
Inducere locationem, pro irritum facere contractum & abrogare. Cic. Hic ager omnis quoquo pacto coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Rumpere rogationes.
Edicta rumpere, apud Horat.
Errores crassos, cacoethes, abusus, superstitiones in ecclesia subnatas abrogare, tollere, expungere, corrigere.

Abolished, vide *out of Vse.*

Absolute, Perfect.

Perfectum. Absolutum.
Completum. Plenum.
Summum. Elaboratum.
Expolitum. Perpolitum.
Expletum omnibus suis partibus.
Omnes numeros habens, vt Stoici dicunt.
Detextum, id est, perfectum. Virg.

to abstaine from meat.

Cibo parcere, Parcius Vti.
De cibo detrahere, Temperare, abstinere, moderari, vel ei cibum minuere.

Aboundance, Plentie, Store.

Abundantia. Exuberantia.
Multitudo. Affluentia.
Opulentia, Sacietas Plenitudo.
Copia. Luxus. Vbertas.
Prodiga rerum luxuries vel, ria.
Redundantia, quam vulgus superfluitatem vocat.

aboundant, Plentifull.

Affluens. Profusus.
Abundans. περισσευόμενον.
Redundans. Superuacuum.
Superfluum. Superuacaneum.
Huber. Exuperans.
Copiosum. Cumulatum.
Diues. Locuples.
Supra vota suppetens.

aboundantly, plentifully, or Copiously.

Abundè. Abundanter.
Vbertim. Profusè.
Vberrimè. Dapsilè.
Affluenter. Satis superque.
Copiosè. Affatim.
Largiter. Largè.
Locupletissimè. Cumulatim.
Cumulatissimè. Plena manu.
Pleno cornu. Ampliter.
Opimè atque opipare. Plaut.

to abound in great plentie, to haue great store.

Abundare. πληθύειν. Redundare.
Scaturire. Superare.
Superabundare. Exhuberare.
Superfluere. Profluere.
Affluere tam bonis quàm malis.
Copiam habere magnam & luculentam.
Supra modum quippiam possidere.
Circumfluere Cic. ad Att. 2.
Circumfluere gloria. Scatere.

acceptable, vide *Deere*, *to accompt or Recken.*

Reddere seu etiam facere rationem expensam.
Referre rationem seu impensam.
Impensam ad calculum reducere.
Computare. ψηφίζειν.
Calculum ponere seu rationem.
Supputare.
συναίρειν λόγον. in Euange.

Ratium-

Ratiunculam reddere.
Ratiunculam subducere.
λόγον κỳ λόγους ἀποφέρειν.
Sumptuum rationem subducere
ἀκριβολογοῦσθαι.
Calculare. Ratiocinari
Ad Calculum reducere, Cicero.
Facere calculum.
Ducere rationem.
Subducere ad nummum.
Facere computationem, apud Asco.
Dare calculum, rationem· λογίζεσθαι
Rationem inire.
Ad caculos notare.
¶ Rationem recte scite subducere.
Rectam rationem colligere, *to cast a tur e accompt*, constante ratione.

My accomptes being cast vp, I shall know my Losse

Putatis, Supputatis, Ductis, Subductis rationibus rerum mearum, faciam, colligam, percipiam, perstringam conficiam, deprehendam, intelligam, sentiam rei familiaris Iacturam, Damnum, Detrimentum.

an accompt, or a Reckoning.

Ratiocinatio· λόγος
Supputatio. Subductio
Computus & computatio. vulgo dicitur, sed minus latiue.
Expensarum ratio, apud Ciceronem est, ratio sumptuaria.
Ratio dati & accepti, expensi & accepti· Calculus.
Tabulæ accepti & expensi.
Conficere tabulas, rationes in ordinem, quod vulgus dicit Registrum facere in quo scilicet accepti datique ratio notatur.
Expensi, impensiq; rationem describere *to vvrite a reckening*.
Codex, liber rationarius· Registrum vulgo dicitur, *A reckning booke*.

to ouersee, or examine an accompt.

Rationes dispungere, significat data & accepta conferre, exercere & examinare. Hinc dispuncto pro diligenti examinatione percunctationeque accipitur, vt scribit Alciatus, quod vateres soliti fuerint rationes quũ data & accepta constitissent transuerso puncto confodere Rationes diu peractas absolutasque recognoscere.

of no accompt.

Nullius pretii, Infimæ conditionis obscuri loci, nullius ordinis.
Despectus. abiectus, contemptus.
Nulla maiorum laude commendatus, honestatus, nobilitatus·

a maister or auditor of accompts.

A rationibus. A calculis
Ratiocinator que m Cicero vocat calculatorem·
¶ Magister rationum Curiæ quem Contra rollarium vulgo vocant *Controllour*.

of one accord Consent, Hart or will

Vnanimis, vel Vnanimus.
Concors. Consentiens·

with one accord and Consent.

Vnanimiter·
Coniunctis sententiis.
Concorditer·
Vna mente, vno ore. Pari voto & vno consensu, vno animo atque vna voce, Vide, *Consent*.

to doe a thing with one Accord, or Consent.

Composito rem gerere, agere facere.
Ex pacto, συνθήκης, composito, rem gerere.
Facere de compacto, apud Plaut.
Ex composito, ἐκ παρακλήσεως.
Composito factum est. Terunt.
Nihil non ex composito fecimus.
Pactum seruauimus. Plinius.

to Accuse one, or to laye to his Charge.

Arguere aliquem furti pecuniæ interuersæ.
Dicam scribere vel impingere,
Crimen obiicere, pro quo inferre crimen Cicero dixit.
Crimen in tendere.
Accusationem contra aliquem Instituere.
Contra venire. Cice.
Crimen impingere, quod Græci δίκην ἐπάγειν. dicunt
Δεῖξιν δοῦναι κατά τινος.
Reum agere, Accusare, poscere.
Incusare. Culpare.
Insimulare. Sugillare.
Criminari. Deferre aliquem.
Aliquem in crimen vocare.
Furti aliquem alligare, agere.
Crimen conferre, coniicere in aliquem.
Crimina congerere.
Indicare reum.
Acquirere capite vel capitis, pro criminaliter contra aliquem procedere.
Similiter Accersere vel arcessere aliquem in iudicium capitis. Cic. vnde Capitis accersere, *to Accuse of a deadly offence or crime*, apud Plutarchum.
Capitalibus criminationibus, mendacibus calumniis capitis aliquem expetere.
Calumniari.
Criminibus falsis insimulare.
Falsum crimen intendere in aliquem *to Accuse falsly*.

not Accustomed to labour

Non dum es assuetus, assuefactus laboribus.
Labores ferre, sustinere non consueuisti, sensisti, tulisti.
In laboribus versatus, exercitatus rudis & insolens es.
Nondum tibi labor familiaris est.
Laboris impatiens, vide, *vvonte*.

Acquaintance.

Noticia. Consuetudo. Conuersatio.
Coniunctio. Familiaritas. Vsus

to Atchieue, vide *Ende*.

to be Acquainted or familiar with one, to be conuersant or keepe compani with.

Agere consuetudinem. exercere.
Familiariter vti. Victitare.
Domesticam agere consuetudinem.
Versari. Conuersari
In perditissima iuuenum colluuione versari.
Commercium habere, seu rationem,
Vnde, malorum commercio reddimur deteriores.

to enter an Action in the lawe against one: or to sue one in the lawe.

Citare in ius. Citare.
Litem mouere, apud Ciceronem
Trahere ad iudicem, ab subsellis.
Per fora trahere.

Actionem

Actionem intendere, instruere *to make his complaint.*
In ius [illegible]ere, trahere, vocare, rapere. ἐγκαλεῖν.
Ob[illegible] rto collo in ius trahere, Hiero.
Edicere in ius Litem intendere.
δίκην λαγχάνειν.
Conuenire aliquem in ius. Ad iudicem vocare. Vocare in crimen.
In iudicium trahere, ducere.
καταστῆσαι εἰς ἀγῶνα.
Postulare aliquem iniuriarum.
Dicam alicui scribere vel inpingere.
Molestissimis litibus aliquem inuoluere.
Odiosis aliquem diuexare litibus.
Diem dicere, vide *to Sue.*

an act of parliament, vide *Commandement.*

Added, or Put vnto.

Adscriptus. Annumeratus.
Additus. Adscitus.
Accersitus. Lectus.
Receptus, relatus, positus, collocatus, recensitus, in studiosorum numerum, in animicorum album relatus.

to adorne, vide *to Beautify*
to aduance, vide *to Promote.*

to aduance learning, vide *Learning.*

to aduenture vpon Fortune, vide *Fortune and danger.*

an aduersarie, vide Foe.
aduersitie, vide *ill Fortune*

to Aduertise secretly, vide *to VVarne and to put in Remembrance.*

Aduised, vide *Circumspect*
by your Aduise, vide *Counsaile.*

to commit Adulterie

Adulterare, & adulterari.
Mœchari. μοιχεύειν
Mœchisare, apud Plautum.
Adulterium committere, inferre.
Sitientibus agris Propriis, alienos irrigare metaphoricωs.
Alienum arare fundum.
Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀροῦν.
Cum alieni uxore rem habere.
Capere vsuram corporis vxoris alterius, apud Plaut.
Alterius thorum maculare, polluere
Vxores aliorum futuere, peromolere.

an Adulterer or cuckoldmaker.

Mœchus, Adulter, Horat, Taurus dicitur.
Cuculus & Curruca, pro uerbio dicitur apud Iuuenalem & plaut.
℣ Mœcha. Adultera Succuba.
Alieno marito se subiciens

Adulterie

Adulterium. Mœchia. Furta.
Furtiui complexus.
Stuprum apud Quintilianū & Plaut pro eodem.
to admonish, vide *Exhort.*
an aduocate, vide *Attourney.*
affabilitie, vide *Courtesie.*

Affection.

Affectus, Studium, animus volunas, Libido. vide, *VVill.*

affectuously:

Intime, Cupide Ambitiose. Curiose, Voluntarie vel o.

to affirme, to assure.

Adserere vel asserere.
Astruere efficacibus argumentis.
Certo dicere.
Polliceri pro affirmare, apud Cic.
συμβιβάζειν Affeuerare.
Affirmare διαβεβαιοῦμαι
Instare factum Terent.
Ille instat factum.
Omni assaueratione confirmare.
Asseuerantius dicere.
Corroborare. Ratum habere.
Pleno ore affirmare, vt aiunt, nam
Veri periculum non ad me recipio.
Soli,

afterwardes or after this

Postea. Postquam.
Posteaquam. Post. Vbi
Postubi, Vt, Simulac.

againe Eftsoones.

Rursus et rursum.
αὖθις πάλιν Iterum. De.
Iterato in sacris literis Secundo.
ἐκδευτέρου De integro.
A nouo vulgus dicit.
¶ Vicissim per vices, vice versa.
ἐναλλάξ Alternatim. ἀμοιβαῖος
Alternis Alterne. παραλλάξ
Nunc vnum, nunc aliud.

against or Contrarie.

Contra κατὰ cum gen.
Aduersus & aduersum præpositiones.
Præter, Terent. præter ciuium morem atque legem. In cum accusatiuo.
Ad pro contra quoque ponitur.
Erga, sed sæpissime in bonam partem, quamuis etiam in malam reperiatur, apud Tacitum & Liuium.

to be against or Contrarie.

Aduersari. Obsistere. Obstare.
Oppugnare. Impugnare.
Resistere. Obluctari. Reluctari.
Obniti. Reniti. Repugnare.
Contra stare.

age. Time. Euerlasting. Perpetuall.

Aetas. Seculum. Aeuum.
Perpetuus, a. m. Sempiternus, a. m.
Sempiternitas.
Aeternus, a. um.
Perpetuitas Perpetuo, aduerb.
Aeternitas. vide, *Olde.*

Aged or olde, of 12. yeares

Annos duodecim natus est.
Duodecimum ætatis annum agit.
Aetas eius est duodecim annorum.
Duodecimum ætatis annum, non excessit, non egressus est.

the prime, the flowre of age or Time.

Flores ætate, Integra, Firma, Valida es ætate,
Aetate viges, Validus & Firmus es.

of one or like age.

Coæuus. ὁμῆλιξ. ὀιέτης
Coætaneus. Aequæuus.
Eiusdem ætatis, Eadem ætate.
Aequalis
Collactaneus, simul lacte nutritus.
Aetate coniunctus.
Par ætate & annis.
Contemporaneus.
Synchronius. συγχρόνιος

Aged

aged, vide *Olde.*

to agree, vide *to consent.*

to agree with the time, to be euen, and iumpe with the world or Time.

Omnium horarum hominem agere.
Comparare se ad omnia.
Regionis moribus seruire, obsecundare.
Se moribus quorumlibet attemperare, accommodare.
Scire foro vti.
Seruire scænæ, occasioni.
Polypi mentem habere.
πολυποδος νοῦν ἔχειν.
Rebus præsentibus, tempori, loco sese accommodare.
Insanire cum insanientibus.
τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι.
Vti foro, Tempori cedere.
Tempori seruire, pro tempore agere
καιρῷ λατρεύειν, Phocyli.
Omnibus vel tempori se accommodare.
διαπαιδαγωγεῖν τὸν καιρόν.
Opportunitatem expectare.
καιρὸν προσμένειν.
Necessitati parere.
Tempus spectare aptum.
Obseruare temporis occasionem.
Amiculum pro venti aptare flatu.

an Agreement or Concord.

Concordia. Mutua gratia. Vnio.
Consensio, Pax publica, Tranquillitas. Voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensio, Cice.
Consensus omnium rerum.
Idem velle & idem nolle.
Eodem animo eadem & sentire & decernere.
Vnanimitas.
Vnus omnium rationum consensus.
Consentiens voluntas.
¶ Concordia paruas res videas crescere, discordia vero splendidas, maximasque opes dilabi ac deflorere.
Concordia respub. omnis constat, quantumuis parua, nec non opes conseruantur maximæ, & augentur exiguæ: Contra factionibus & dissidiis opulentissimæ quæque & celeberrimæ ciuitates funditus excinduntur. Vide, *Promises.*

an agreement of peace, vide *League.*

to aide, vide *Helpe.*

the ayre.

Aër. ἀήρ. Cœlum. Aether.
Iupiter pro aëre apud poetas.
Aequor pro aëre apud Virgil.
Inane pro aëre apud Lucret.

a sweet ayre, vide *faire Weather.*

an ale feast, vide *Banket.*

Aloft, vide *High.*

Although, Notwithstanding.

Etsi, Etiamsi, Tametsi, Cum.
Vt pro quanquam. Licet. Acsi.
Quamuis. Quanquam, εἰκαί.

all, or euery one.

Omnis. Totus. Cunctus.
Vniuersus. Vnusquisque.
Quisque. Singuli.

to allure, to Intice, or to Winne one by faire meanes.

Allicere. δελεάζειν.
Allectare. ἄγειν, Cum gen.

Lactare, Illectare.
Variis illectare lenocinis.
Pellicere, Illicere.
Inuitare. Lenocinari.
Capere illecebris, blanditiis.
Attrahere. Excitare, Inducere,
Lactare mellita spe, delitiis,
Præmiis, allectamento inuitare.
Signo quasi dato inuitare.
Omnibus modis allicere.
Ducere quoque pro allicere, inescare, ac dilectione quadam, oblectamentisque demulcere ponitur.
Delectare à delicere, sicut allectare ab allicere est attrahere.
ἐφέλκειν.
¶ Attrahere in nassam. Inescare,
Innectere. Impedire.
Inuiscare, illecebris circumuenire.
Illaqueare tricis. Irretire, *vide flatter*.

pleasant allurements or Inticements.

Allectamenta, Incitamenta,
Inuitamenta, quæ vulgus Irritamēta vocat,
Illecebræ, Blanditiæ.
Illectamenta. ἀγωγίαι,
Blandimenta, Demulsimenta,
Illecebra singul. Lenocinia,
Illicia plurale ab illicium, apud Ciceronem. Viscarium. Ambro.

an allurer, an Inticer, or Flatterer.

Illex. Illiciens, Illecebrosus.
Alliciens. Allectiuus, ἀγωγός.
vide flatterer,

an almonde.

Amygdala vel amygdalum.
ἀμυγδάλη,
Nux Thracia. Nux Græca,

almost, well neare.

Pene, Propè, Ferè,
Propemodum, Ferme, Propediem,
μικροῦ ὀλίγου Quasi,
Tantum non, apud Eras. Suet. Liui.
Valde frequens,
Parum abest, Minimo minus,
Paulo minus, ante penultima acuta prœodem frequens in sacra scriptura, & apud Sueto,
dmodum, pro fere apud Liuium,
Iam mitigati admodum animi,
Modo non, pro ferme apud Terent.
Plerumque aduerbium,

all ouer, vide *Euery where*

alteration of state, vide *my state is altered.*

to alter or change as old fashions or customes are changed.

Exolere, Exolescere,
Inueterascere, Mutari,
Contabescere.
Obsolere & obsolescere.

an altar,

Altare. Alterium.
Ira. βωμός

altogether, vide *Vtterly.*

alwaies Day and Night, continually, without ceasing.

Die ac nocte, Nocte dieque,
ἀπαύστως νυχθήμερον.
Semper, omnes per annos.
Diu noctuque, Noctes & dies.
Tempus in omne.
νύκτας τε καὶ ἤματα. Continenter.
In æuum Aeternum.
Assidue, Indefesse, Continenter,
Incessanter, Indesinenter.
In perpetuum
ἀφειδῶς,

Nullo puncto temporis intermisso.
Ne punctum quidem temporis respirando. Sine interpellatione,
Sine intermissione.
Ne minimam quidem moram interponendo. Citra respirationem.
Protinus, apud Virgilium,
Perpetuo. Iugiter.
Nunquam non. Irrequieto labore
Noctibus continuare dies,
Ne genu quidem flexo.
οὐδὲ γόνυ κάμψας. Prouerb. pro sine omni intermisione, *without ceasing.*

Ambassadours, vide *Posts.*

Ambassadours, vide *Posts.*

Ambition, or a Desire of glorie.

Ambitio & Ambitus media correpta. Sitis famæ.
Sitis impotens honesti.
Studium, cupiditas honorum, imperiorum.
Gloriæ appetentia. apud Ambro.

Ambitious, or Desirous of glorie.

Appetens, auidus, cupidus, famelicus, gloriæ, famæ.
Sitibundus, Esurientissimus laudis.
Immoderatè appetens honores.
Ambitiosus. φιλότιμος.
Honoris potentiæve cupiditate inflammatus.
Non alienus ab ambitione.
Cuius iuuenilem obsedit animum gloriæ febris vel sitis.
Sitientissimus laudis.
Magnarum pomparũ amantissimus,
Laborans ambitione.
Thraso. φιλόδοξος.

to be Ambitious, or to Seeke after glorie or praise.

Captare laudem. φιλοφρονεῖσθαι.
Affectare, venari gloriam.
Gloriæ inhiare,
Seruire gloriæ & propriæ laudi.
Vacare populari auræ aut gloriæ.
Honoris cupiditate titillari.
Aurem captare popularem, fauorem gloriam mortalium inanem.
Populares ambire honores.
φιλοτιμεῖν. Ambire munia.
Petere, præhensare honorem.
Honorum, gloriæ cupiditate, siti, fame teneri, illici, capi, duci.
Ferri ambitione.
Expetere, aucupari famam.
Ambitione auræ popularis teneri.
Conflare populares honores, est vulgi commendationes & fauorem vndecunque captare.
Imperitorum hominum rumusculos aucupari. Cicero.
Duci gloria. Cicero: Si quis honore ac gloria ducitur.
Ex laude pendere.
Aucupari gloriam, gloriolam.
Immodicis studiis ad honores contendere.
Laborare ambitione, cupiditate honoris. Honores petere.
Inanes flare glorias.
Gloriolę afflatum captare.
Gloriam appetere vel expetere quærere. Honorem affectare, apud Sal. Honorem velificari apud Ciceronem contra Rul.
Pendere a multitudinis aura.
Applausum captare humanum.
In honorem quærendo totis viribus incumbere.
Non ego ventosæ plebis suffragia venor. Horat.

to Amble.

Tollutim gressus glomerare.
Alterno crurum explicatu glomerare gressus.
Alipedes. πτερόποδες.

an Ambling horse.

Gradarius

Gradarius, gradatim incedens, vestigia modice ac volubiliter tollens. ἀδέρμος.
Asturco, ab Asturea oppido Hispaniæ, Teldones apud Plin. Asturcones,
Manus, idem quod Gradarius, quasi ad manum mansuefactus: apud Horatium & Erasmum, alii aliter scribunt.
Tollutaris a tollendis & glomerandis pedibus latinis dicitur.
Tollutaris à Seneca vocatur.
Gygerius, equus pumilus, apud Strabonem.
Manulus, equus pullus, diminut.

to amend, to Correct.

Corrigere, Castigare.
Emendare. Elimare.

to amend his life, or to turne to grace, and repentance.

Reddere bonam frugem.
Ad bonam frugem sese recipere.
Conuerti ad meliorem frugem.
A corruptissima vita conuerti.
Exuere vetus vitæ genus.
Excusso vitiorum iugo ad emendatiorem resurgere vitam.
Vitæ castigatioris propositum sumere. Recedere a vitio.
Euadere ad bonam frugem.
Viuere emendatius.
Ad salubriora consilia animum appellere.
Expiare scelus.
Redire ad meliorem vitæ frugem.
Benefactis pensare delictum.
Redimere culpam præteritam, Cice, pro, egregio facto compensare,
Facere finem peccandi, vitiorum,
A volptuosa ad frugi vitam redire,
Sordes humanæ fragilitatis gratia pœnitentiæ emaculare,
Ex abysso emergere peccatorum.

to make amends, vide *to Recompence.*

amisse, vide *Ill.*

to do amisse, vide *offend and Sinne.*

amity, vide *Friendship.*

anger, wrath, fury.

Ira. Rancor. ὀργή.
Iracundia. Stomachus.
Bilis. Angor. χόλος.
Indignatio. Excandescentia.
Animi efferuescentia.
Animi pluraliter. Pone animos.

to make one angrie: or to prouoke one to wrath

Mouere Facere stomachum.
Bilem alicui mouere.
Ad iracundiam prouocare.
Ciere aliquem. Mouere simplex.
Ad iram prouocare.
Iras induere, colligere.
Turbare alicuius animum.
Lacessere quempiam, amaricare.
Exacerbare. Irritare.
Asperare Exasperare.
Exagitare. Anfestare,
Iratum reddere. Incendere.
Exurere ira.
Accendere cum accusatiuo,
Bilem concitare, concire, commouere alicui,
Aggregare, Irrigere iras,
Inflammare aliquem verbis, excitare ad iram,
Acuere furorem,
Offendere, Lædere,
Animum accendere, incendere,
Stomachum facere, apud Cice,
Exulcerare alicuius animum,
Incensum dare, pro iratum facere Terent,

angrie

angrie, or displeased.

Iratus. Infensus. Iracundus.
Ira commotus, affectus, agitatus, adductus, inductus, impulsus, incitatus, actus, accensus, inflammatus.
Stomachabundus.
Iracundior Adria, qui irritabili est ingenio, *verie angrie.*
¶ Iracunde, cum ira, inflammato ore, ardentibus oculis.

to be angrie, vide *to Chafe.*

angred, vide *Chafed.*

to represse or stay his anger, or Furie.

Iram, iracundiam reprimere, temperare, mitigare, cohibere, refrenare, concoquere, ponere, mulcere.
Stomachum ob rei indignitatem effervescentem ratione cohibere.
Stomachum tenere, Horat.
Comprimere æstus iracundiæ.
Rationis moderamine reflectere iræ appetitum.
Placare animos.
Iracundiam pessundare, Plaut.
Iræ modum seu frenum ponere.
Adhibere modum vel moderationem
Dare locum iræ, apud Paulum ad Roma. 12.

to animate, vid. *Encourage.*

any.

Aliquis. Vllus. Quisquam. Quisquam. Quisquis. Alius.

anon, vide *Out of hand.*

to aunswere, or to make an aunswere.

Respondere:
Responsum dare, reddere, Iactare.
Ἀποκρίνειν.
Verbum loqui. Terent.
Dare orationem, pro respondere Plauto frequens.
Subiicere absolute,
Labra resoluere ora, Renarrare.
Subseruire orationi, apud Terent.
Reddere vocem sonos verba.
Inferre. Tangere verba verbis.
In verba prorumpere.
Suspicere apud Virg. & in Euang.
Dicere cum ablatio & præpositione pro, vel cum accusatiuo mediantibus præpositionibus in vel ad.
¶ Ad rogata respondere aut spondere, simplex pro composito apud poëtas.
Excipere, Referre, verba, dicta.
Ad rem, congruenter, πρὸς ἔπος, id est, ad verbum respondere.
¶ Respondere præter rem.
Nihil ad rem. Non ad rem loqui.
Responsum alienum a proposito dare, *an aunswere, but not to the purpose.*
παρεχφθέγγεσθαι, ἀπροσδιόνυσον. παρεχφθέγγεσθαι, λέγειν.
De alliis loquenti, respondere decœpis.
¶ Ferre, accipere responsum, *To receiue aunswere.*
Cice. Cum a me id responsum tulisset.

apart, vide *Priuily.*

Apothecary, Grocer

Vnguentarius, Myropola.
Odorarius. Aromatarius.
Aromatopola Pharmacopola.
Medicamentarius. Herbarius.
Pigmentarius. Myrobrecharius, apud Plaut.
Apothecarius. Ἀποθηκάριος.

an Apothecaries, or Grocers shop.

Aromataria taberna,

Pigmentaria, vnguentaria officina. μυρεψικόν.
Myrodolion. Pharmacotheca.
Apotheca vulgo dicitur, tametsi pro priè sit apotheca repositorum, reconditorium granorum.

to Apparell, to cloath, to put on a garment.

Ornare. Vestire. Induere.
Amicire. Comere. Colere. Vide, *to cloath.*

Apparell.

Apparatus. Amictus. Amiculus.
Ornatus. Vestis. Vestitus.
Cultus. Vestimentum.
Indumentum. Induuiæ.
Exuuiæ. Spolia.
Pexa toga, *a Friseadovve, or Irish govvne.*
Vestis defluxit ad imos pedes.
Arte laboratæ vestes, ostroque superbo.
Vestis insignis auroque rigens.
Picta croco, & fulgenti murice vestis
Illum vestis serica tegit.
Vestimenta fluxa vel laxa, *loose, large or vvide apparell.*

Appeased vide *Asswaged*

to applie.

Applicare, Vacare, Incumbere.
Insistere. Instare. Insudare.
Inuigilare, Operam dare, nauare.
Animum adiungere, applicare,
Deditus, intentus, mancipatus esse.

to appoint, vide *determine.*

to appoint a day, vide *Day.*

to approue, vide *of one Consent or Opinion.*

to approue by reason, vide *to declare or shew.*

to approach, to Draw neare vnto.

Ingruere. Inpendere.
Imminere. Non longe abesse,
Subesse. Hyems subest.
Capiti impendere.
Instare. Adesse,
Appetere, Venire. Cominus ire,
Aduentare. Salustius.
Comitiorum dies aduentabat.
Obrepere. Appropinquare.
Admouere se propius.
In foribus esse, vel in limine.
Pulsare fores. Propinquare.
In cardine versari.
In propinquo esse ἐγγίζειν.

an Apron.

Succinctorium.
Semicenctium, apud D. Hieronymum
Supparus vel supparum.
περιζώμιον

apt, Meete, Proper, Fit, conuenient Sufficient. Profitable, able.

Appositus, Commodus.
Sufficiens. ἱκανός·
Natus aptusque. Cice.
Consentaneus. Aptus. Vtilis. Bonus.
Idoneus.
Habilis. Consentaneus,
Conueniens. Congruens.
Congruus, Accommodus.
Accommodatus. Respondens,
Non inconueniens.
Fœlix, fœlix ad literas, Concors.
Maturus pro idoneo. Quadratus.
¶ Habilitas. Aptitudo, *Fitnesse,* vide *Fine or Fit.*

to aray, vide *to make foule.*

an arbitrour, or an Vmpyre.

Mediator.

Mediator. μεσίτης.
Sequestrator. Sequester.
Pacificator. Pacator.
Reconciliator. Interuentor.
μεσέγγυος.
Author concordiæ. Arbiter.
Qui regit & dictis animos, & pectora mulcet.

to take an Argument.

Argumentum elicere, colligere, Trahere, Capere, Venari.
Capere institutum. Cice.
Sumere thema. θέμα λαμβάνειν.

Arise, vide *Stand vp.*

the Arme-hole, the hole vnder the arme.

Axilla. πτερύγιον.
Ala. Asellæ, arum.

to Arme, to Harnesse or take Weapons.

Armare, consurgere in Arma.
Armis se Instruere, Circundare.
Arma Capescere, Gerere.
Disponere enses & scuta.
Accingi armis, ad Arma cogere.
Arma Parare, exercere.
Furor Arma ministrat.
In armis esse.

to Arme, to lay down armes or Weapons.

Arma exuere ponere, deponere.
Prælia relinquere.
Scuta & Arma demittere.

an Armie or Host.

Exercitus. Cohors. Manus.
Phalanx. Caterua. Turma.
Agmen. Spira. σπεῖρα.
Cuneus, Acies.
Armatæ Phalanges.
Copia pro exercitus multitudine.
Legio. στρατάξις.

to Arriue, to come to the Hauen, Port, or Land.

Appellere ripæ, Oris.
Tangere, premere locum aliquem
Venire in Portum.
Tellure potiri, portum petere.
Ad littora tangunt.
Rates inferre.
Clauum ad littora torquere.

to assemble, to gather or leuie an Armie.

Contrahere copias, milites.
Cogere militum manum.
Conscribere exercitum, militem, cohortem, milites.
Milites conquirere.
ἀνδρολογεῖν, ἀνδρολογίζειν.
Cogere, facere, parare manum.
Facere gregem. Salust.
Facere agmen. Historica sunt.
Cogere exercitum, copias, agmen, equitatum, milites, seu congregare.
Scribere exercitum, milites, copias.
Comparare, conflare, contrahere, conficere exercitum. Virgilius: contrahimusque viros.
Ingentes Martis contrahere turmas.
Facere exercitum. Cicero.
Colligere copias, exercitum.
συγκροτεῖν δύναμιν.
Aciem struere.
Cogere in prælio milites, æratas acies. Virgilius.
Augere auxilia est militarem gregem facere copiosiorem.

to Arrest one, to lay hands on one.

Capere. αἱρῶ. Captiuare.
Manus adferre, inferre.
Corripere. Cice. in Ver. Action. 7.
Hominem corripi ac suspendi iussit ex oleastro.
Prehendere. comprehendere.

Manus inijcere, manicam, catenas.
ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας.
Obtorto collo in vincula ducere,
ἄγειν, κατάγχειν.
Intendere vincula collo.
Collum obstringere. Soli.

Arrogancie, vide *Pride*.

Arrogant, vide *Proud*.

an Arrow, a Bolt or Dart.

Iaculum. βέλος.
Spiculum. Telum. Polis.
Missile. Sagitta. Hastile.
Catapultæ. Tragula.
Arundo, & calamus metaph.
Aclydes, apud Virgilium.
Coriscus, apud Nonium.

the Arse.

Anus ani. Podex. χῶλος.
Culus. πυγή.
Sedes à Plinio frequenter ponitur pro ani circulo & podice.

Arsiuersie, Ouerthwart.

Præposterus. προθύστερος.
Peruersus. διεστραμμένος.
Inuersus. Prauus.

Artificer, a Crafts man, a man of Occupation.

Artifex. Mechanicus.
Manualis operarius, Opifex manuarius. δημιουργός.
χειροτέχνης. μηχανικός.
Operarius. Sedentarius.
Manibus sumptum exercens diurnũ, apud Ambro.
Ex manibus viuens.
Manibus victum sibi queritans quem Ventri manum quidam vocant.
Ex labore, manuum opera viuens.
Artem mechanicam exercens.

Artes or Sciences lack their due honour.

Artes merito honore carent, non vt deberent honoratæ sunt.
Non quanti deberent æstimantur.
Non quo deberent, quo æquum esset loco sunt.
Non quem debent locum obtinent.
Non admodum in honore sunt, dignitatis, existimationis, honoris, loci non habent satis.
Exigui parui pretij sunt, haud magni reputantur bonæ artes, bonis artibus honor non est, locus non est, honor non tribuitur.
Bonæ artes honore vacant, dignitate carent, non coluntur, iacent, minime vigent.

Artificially, vide *Exactly*.

Artillerie, cannons, Guns.

Bombardæ, aut (vt alij volunt)
Boardæ, à sono, grandes & paruæ.
Tormenta ærea, horrisona
Machinæ æreæ, saxa rotantes, turrifragæ.
Balistæ à nonnullis dicuntur tormẽta muros concutientia.
Quarum species sunt Falcones seu falcunæ quas Germani Cartunas vel Murifragas.
Galli Canones duplices vocant, *double Cannons*.
Serpertinæ seu serpentes violenti, quas Cartunas simplices vocant.
Serpentinæ mediæ. Falconetæ
Porrò ampliores sed breuiores sunt quadratæ Bombardæ igniarios globos iaculantes, & Mortari qui globos vlnæ diametrum habentes emittunt, quibus tecta & domorũ pauimenta perforant hostes, vrbis interiora impetentes.
Ignium eiaculatrices.
Sclopi quos pedites ferunt, Manuaria vel Martialia tormenta peditum scilicet.

As, vide *that*.

As I thinke, vide *Think*,

As soone as.

Vt primum. Vbi primum.
Cumprimum. Quamprimum.
Statim vt, Iam vt. Cito vt.

As though.

Perinde acsi: Haud secus acsi.
Æque acsi, Non minus acsi.
Non aliter acsis.

As, Like as, Euen as.

Velut. Veluti. Vt. Vti.
Quasi. Tanquam. Ceu.
Perinde ac. Sicut. Sicuti.
Ita. Acsi ὥς ὥσπερ. Quemadmodum.
Cumvel quam, temporis aduerbium, quando, vbi.

As men say, vide *Say*,

to be ashamed.

Erubere. Erubescere.
Verecundari. Confundi.
Pudet. Piget. vide, *to Blush*.

to aske, demaund, or Inquire.

Rogare. Interrogare.
Requirere ab aliquo.
Quærere. Sciscitari.
Scitari oracula Phœbi. Virg.
Referre rem ad senatum, ; est senatorum rogare, interrogare sententiam.

to assay, vide *to attempt*.

to assail, to Inuade, to set vpon the enemie.

Impetum vel insultum facere, in hostem, in hostium equitatum.
λεηλατεῖν.
Incursare, incurrere in hostem.
Ruere in hostes.
Incursionem facere.
Omni conatu inuadere.
Cominus cum hoste congredi.
Clypeo impetum facere & hasta.
ἐπορεύσιν σὺν ἀσπίδι δουρίτε μακρῷ. apud Homerum.
In medium legionis cursu concito se proripere.
In confertissimos hostes incurrere, Salustius.
Medium penetrare agmen.
In confertos hostes ruere.
Inuolare. Irruere in hostem.
Irruptionem, impressionem facere.
Infestare. Inuadere.
Aggredi. Adoriri. ἐπιχειρεῖν.
Impetere hostem. συμβάλλειν.

an Assault.

Vis impetúsque militum, Irruptio.
Insultus. Accessus, incursus violentior.
Aciei ruentis impressio, quam vocat Cicero Appulsum.
Militum cuneatim incurrentium impetus. προσβολή.
Ἄγων ἐκ προσβολῆς.

to giue an assault, to Set vpon.

Impetere. ἐπιτρέχειν.
Incursionem, insultum facere.
Impetum extremarum facere virium.
Impressionem, irruptionem facere.
Violenta manu inuadere.
Vrbem concitatius oppugnare.
Admouere machinas omnes.
προσβάλλειν. Oppugnare.
Scalas muris adhibitas ascendere.
Fossas congesta terra opplere.
Expugnare, pro oppugnare in sacris literis ponitur.
Impetum facere. πράσσειν.
Renones aliquibus dicuntur, Græcè περισκελίδες, Chaldaice, Sarabella qua dictione Daniel vſus eſt, Hebraice Michenas,
Soluere ligulas, ponere ſeu deponere ſubligaculum, notæ ſignificationis ſunt.
Caligas thoraci ſeu diploidi aſtringere ligulis. *To truſſe vp the hoſe.*
Feminicruralia a Lodouico Viue, in colloquiis, pro caligis ponuntur, *a vvhole paire of hoſe vvith breeches, and netherſtocks together.*
Caligæ, Tibialia tegumenta tibiarũ, *a paire of netherſtocks.*

to Bribe, vide *to put out ones eies with gifts.*

a Bride, vide *Maried Damsell.*

a Bridle or a Bitte.

Frenum. Habena. ἀβληρα.
Retinaculum. Camus, κημός,
Lupus, apud Ouid, genus freni acerrimi, vt Lupatum apud Virg.
Capistrum, *the halter*,
ἐλκηστής.
¶ Spernere lupatum.
Habenas reiicere, frenum non admittere. ἀφηνιάζειν.
¶ Freno equum sistere, coercere, ἀναλαβάνειν τ̃ ἵππον, ἀνέχειν.
Actis equum compescere habenis.

Briefe, vide *Short.*

Bright, vide *Shine and Cleare.*

Brine.

Salsugo. Muria.
Muries. ἅλμη. Salsilago.

to Bring, vide *Carie,*

to Bring forth.

Parere. Edere. Gignere.
Educere. Producere. Proferre. Eniti.

to Bring to an end, vide *End.*

to Bring to nought, vide *to Marre.*

to Bring vp, vide *to feede.*

a Brinke or Brimme.

the stone bason that receaueth the water of condits or a Bason.

Labrum. Labium.
Labellum. Pelluuium.
Pelluuia. Podonipt rum.
Tinaciolum. Peluis,
λεκάνη. πέλυξ.

a Broker.

Mediator. Conciliator, Licitator,
Proxeneta, προξενητής.
Pararius latine, apud Senecam. Institor.

a Brooch, vide *a Coller.*

a Brotherhood, vide *Fraternitie.*

a Brush.

Setaceum, quod plerumque ex setis fiat. Scopina, Scopula.
Peniculus vel penicillus,
Viues in colloquiis Muscarium setaceū nominat, a similitudine credo, nam Muscarium est coma quarundam herbarum, in qua semina dependent, veluti feniculi, anethi & similium.

Bruite, Rumor, vide *Fame.*

a Bucke, vide *Doe.*

a Bucket, a Payle for to take water with.

Vrna. Hydria.
Situlus aquarius, Cato.
λαεμαξ, Vrnula. Situla, Sitella.
Trulleum, Creterra, Mergus, oris,
Antlia. ἀντλία.
Haustrum,
Surisscula, apud D. Hierony,
Futis est vas aquarium.
¶ Nasiterna, a similitudine nasi apud Varronem & Plaut, *Pitcher,*
Vrceus, Vrceolus, Manalis, aqualis
Gutturnium πρίσχοος, idem.
Guttus pro eodem, apud Eras.
Malluuium, polluibrum, *a Bason to wash in*, Peluis,
χειρόνιπτρον, Liuius, Argenteo pellu-
bro

bro & aureo gutto,

a Buckler, a shield.

Scutum, Clypeus,
ἀσπίς, Parma,
Parmula, Ancile,
Vmbo, Pelta, Cetra,
γέῤῥον, scutum Persicum.
¶ Parma eludere iaculum.
Tela scuto accipere.

to Budde, vide *to Burden.*

to Build, to make a house.

Aedificium, domum, tectum, ædes struere, exstruere, componere.
Extollere, οἰκοδομεῖν.
Erigere, Instaurare.
Educere cœlo, Virgilius.
Condere arcem, domum, vrbem, Salustius.
Mœnia fabricare, Aedificare, Ponere Condere,
Murorum attollere moles,
Condere sedem, Tecta.
Fundare arces, vrbem extruere, Statuere, Cingere muris, saxis Fundamenta locare.
Architectari. ἀρχιτεκτονεῖν,
Moliri arcem, Aedificare,
ἱδρύειν, Figere.
Collocare, Firmare.
Constituere. Ponere,
Iacere fundamentum,
Aedificia modice ab humo tollere, *to Build not verie high.*

Bulwarks, vide *Fortresses.*

a Bull, a Patent, a Priviledge.

Diploma summi principis, Regis.
Codicillus dispensatorius.
Priuilegium, χειρόγραφον.
Bulla vulgo dicitur pontificia,
Indultum apostolicum,
Breuis, vel vt alii dicunt Breue.
Sunt etiam diplomata, quas nunc appellamus literas patentes continentes principum edicta & mandata, regio signo sancta.
¶ Cæsareo priuilegio aliquem inautorare.

to Burden, to Blame, to raile or to speake ill of the dead.

In mortuos maledicentiæ spiculum figere,
Defunctos maledictis insectari,
Insectari post mortem,
Lacerare defunctum,
Mortuis conuitiari, maledicere,
Defunctorum innocentiam insectari
Conuitia congerere in mortuos.
Pugnare, luctari cum laruis, cum defunctis.
Instar Caspiorum canum sepultos arrodendo affligere,
Ad inferas sedes vsque, manes & laruas a quibus veterum natura sustulit sua fulmina persequi,
Ne ab vmbris & cineribus sæuitiam continere.
Mortuum flagellare.
νεκρὸν μαστίζειν, Iugulare mortuos,
τοὺς τεθνηκότας ἀποκτείνειν
Leoni mortuo barbam vellere.
Mortuum criminationibus proscindere, impetere, incessere lingua acerbissime exagitare,

a Burden, a Load, a Packe, a Fardell.

Onus, φορτίον,
Prouincia, Pondus,
Periculum, Grauamen,
Sarcina, Impedimentum tam in singulari, quam in plurali numero.

heauie Burdens or Loads.

Onus Aetna grauius, apud Cice.
Colossea onera. Moles,
Pistrinum tum pro loco, tum pro re difficultatis plena, metapho

Res viribus impar difficultatis plena
Grauis sarcina.
Negotium subacerbum.
Negotium operosum, molestum.
Prouincia dura, negotiosa, molesta, aspera.
Negotium inuolutum, difficile explicatu, γαγδάμων.

to vnburthen, vide *to vnload*.

to Burden, to Budde, to Braunch out.

Fruticari vel e, Syluescere.
ϖρεμνιάζειν. Frutescere.
Florere, florescere.
Formatis aperitur floribus arbos.
Florescunt gramina riuis,
Emittere stolones. μοχλεύειν.
Pubescere. Frutices emittere.
Germinare. Egerminare.
Progerminare. Pullescere.
Pullulare. Pullulascere.
Suppullulare, Protuberare.
Soli,
Suppullulascere. Expullulare.
Arbescere, Frondescere.
Vernare ad arbores etiam refertur.
Gemmare, & gemmas emittere ad vitem refertur, & ad alias arbores.
Gemmascere, efferri, turgere in gemmas.
Gemma vitis oculus,

to Burie.

Inhumare. Terræ iniicere,
In terra recondere.
Tumulo recondere, Tumulare.
Dare humo, terræ ad sepulturam.
Κτερεζειν. Parentare.
Sepulturæ tradere, sepulchro.
Sepelire. Humare.
Inhumare. Funerare.
Dare tumulo,
Extremum persoluere honorem.
Cadauer, funus humo condere. Oui.
Pulueri tradere, seu humo, Sallu.
Condere monumento corpus. Plin.
Putridum condere cadauer in vrna,
Et apud Phocilidem, γαῖαν.
ἐπιμοιρᾶσθαι νεκύεσσι, mortuis terram impertiri.
Ponere in monumento.
Corpus terræ parenti reddere,
Sepulchro claudere.
Efferre matrem, Cic. Sepulturæ cadauer inferre, terraque obruere.
Subdere sub solum, *to put vnder the ground*.
Mandare humo.
Telluris aggestu cadauer obruere, periecta humo operire, apud Ambro, in homi,
Terræ commendare, apud Max.
Terra cineres accipit,
Tumulus ossa tegit,
Libitinam exercere,
¶ Efferre cadauer, vxorem, funus, mortuum. ἐκκομίζειν.
ἐκφέρειν. κηδεύειν,
Extra domum, vel ad sepulturam ferre. νεκροφορεῖν,

to be Buried.

Funerari. Sepulturæ tradi.
Humari. Parentari.
Comburi veteres solent, vnde Bustũ pro monumento ponitur.
τῶν νομιζομένων τυχεῖν,
Ponere cineres apud poëtas
Honorifica sepultura donari.
Sepulturæ maiorum suorum addi,
Magnifico post fata deponi Mausolæo.
In tenuem solui fauillam.
Contumulari, Terræ insterni.

an honourable Buriall vide *Funerall*.

to Burne.

Vulcano dedere, dicere,

Dare

Dare flammis, ignibus.
Vulcano committere.
Ignis voragine absumere.
Vrere.
Exstruere rogos.
Vstulare apud Pacuuium pro vrere.
ἐκκαίειν. φλέγειν.
Patrios incendio lares absumere.
Ignem in ædes eiaculari.
Cremare. Concremare.
Celebrare Vulcania.
Corpora in cineres redigere.
In ignem, in rogum mittere, ponere, proiicere, imponere.
Igne absumere. πυρπολεῖν.
Comburere. Igni tradere, Vltricibus committere flammis.
Incendio inuoluere.
Ignibus ardere.
Exurere.
¶ Conflagrare, flagrare, ardere absoluta sunt, & igni non tantum, sed & aliis rebus accommodantur, flagrare odio, amore,
Illi res omnis, in fumum & cinerem abiit, vbi incendium omnia hausit.

to Burst, vide *to Breake.*

to Burst, or to breake in.

Irruere in ædes.
Irrumpere, cum violentia quadam εἰσπαίειν.
Inferre se concitato impetu. Liuius, pro irruere, facere impetum.
Incedere, vnde scribendi libido incessit mihi vel me. Liuius: Grauior cura patribus incessit.

to Burst or breake open doores, vide *doore.*

a Bush of thornes.

Dumus. Rubus.
Spinæ. Vepres.
Sentes. Ruscus.
Virgultum. Spinetum,
Dumetum. Rubetum.
Vepretum. Senticetum.

a Busie worke or matter to compasse.

Labor magnus, difficilis, laboriosus, grauis, operosus, molestus, immensus, magni negotii, difficultatis ac ponderis, Vide, *a Peece of Trouble.*

Busied, vide *Occupied.*

a Butler or Steward.

Præfectus cellæ penuariæ.
Dispensatoris officium gerens. Ambrosius. οἰνοψ.
Cellarius & non cellelarius vt plærique ineptiunt, nisi quis interpretari velit, rarus in cella.
Præpositus cellæ.
Moderator domus. Custos cellæ.
Promus ac condus. ταμίας.
Villicus in Euangelio.
Oeconomus. οἰκονόμος.
Dispensator rei familiaris.
Procurator aliquot in locis dicitur seu Curator.
ἐπιμελητής.
Procurator peni, Plaut.
Cauearius nonnullis dicitur à Cauea

a Buttrie, vide *Celler.*

the Buttockes, or Haunches.

Clunes sub genere communi.
Cluniculæ. Nates.
πυγαί.

But, neuerthelesse.

Cæterum. μέντοι.
Porrò. Autem. δέ.
Porro autem. Sed.
Sed enim. Atqui.
ἀλλ' ἀρα ἀλλά. verum.
ἀλλά τι. Vero. At vero.

Verum enimuero, Quin,
At in oratione soluta: ast in versu sequente vocali,
¶ Sed etiam, Tamen,
Veruntamen,
Sed tamen, frequens est apud Ciceronem, ἀλλαμὴν,

But yet.

Pariter ac, Iuxta ac,
Ex æquo, Simul &,
Idem, idemque.
Aeque atque,
Ita & præcedente vt,
Simul in oratione geminatum: vel geminatum,
Tum in oratione geminatum,
Et in oratione geminatum,
Sed &, verumetiam, ἀλλὰ ἐπι, præcedentibus non solum, non modo, οὐ μονον.

C

a Cabin, vide *Cotage. Lodge.*

a Cable rope.

Funis anchorarius,
Tomex icis. f g. Plin.
Retinaculum stupæum puppis. Ovid.
Rudens, Plin.
Funis nauticus.

to Cacke, to Shite.

Aluum exonerare.
Cacare, ἀποπατεῖν.
Ventris onus, ponere, deponere.
Purgare ventrem, apud Hier.
Excernere, apud Celsum,
Stercus facere, vel oletum.
Saburram ventris ponere.
Emittere saturitatem.
Aluum deiicere, soluere,
Forire, ἀφοδεύειν.
Merdare, Cacare.
Egerere absolute.
Excrementum deiicere.
ὑπαγαγεῖν κοιλίαν. aluum deiicere.
¶ Comforire, apud Pomponium.
Permerdare, Conspurcare, fœdare, χέζειν, *to Beshite.*

a Cage for birds,

Cors, vel cohors, Auiarium.
Auium vel Altilium septum,
Ornithotopium.
ὀρνιθοτροφεῖον. ὀρνιθὼν.
Gallinarium, *a henne penne.*

a Cake, a Wafer.

Panis dulciarius. Laganum.
λάγανον. Libum.
Mellipectum. μελίπηκτον,
Placenta ex melle. Popanum.

to Calk.

Vocare. Vocitare.
Appellare. Appellitare.
Nuncupare, Memorare.
Nominare, Dicere.

to Call backe, to Renoke his fault.

Reuocare. Recinere errorem.
Retractare, Fateri errorem,
Reuocare quod dixeris, feceris, prius asserueris.
Canere Palinodiam.
παλινῳδεῖν. Recantare.
Opprimere edicta sua,

to Call to minde, vide *to Remembrance.*

a Call, vide *Coife.*

Calme, vide *Quiet.*

he came at length.

Tandem, aliquando, denique demum
Post diurnum tempus, longo temporis interuallo, cum temporis multum abisset, transacto multorum annorum spatio, rediit, reuertit, reuersus est.

Accepit se ad suos lares, patriam, cunabula, patrias sedes.

a Campe, an host, a Seege.

Castra. σκήνωμα.
Papilio. Tabernaculum.
Tentorium. Statiua.

to pitch his Campe.

Castra facere, ponere, locare.
Castrametari.

to raise or to moue his Cāp. or Seege.

Mouere, amouere castra.
Tabernacula detendere, Cæsar.
Locum commutare.
Exercitum alio deducere.
Soluere obsidione, desistere.
Oppugnationem remittere.
Colligere papiliones.

a Cane, vide *Reede.*

Canels, vide *Gutters.*

to Can or May, vide *Apt.*

to chancel out, vide *to crosse one.*

a Canker.

Cancer morbus, eris in genitiuo sub neutro genere.
κάρκινος, καρκίνωμα.
Carcinoma. Gangærna.

a Canker worm, that eateth commonly coleworts.

Eruca. Campe. κάμπη.
Mastax, apud Nicandrum.
Hirsuta Columellæ dicitur.
Brucus. βροῦχος.

campe, vide *Artillerie.*

a cap, vide *Hat.*

a Spanish cape, vide *cloke.*

a captaine, a Generall.

Dux militum, primarius, summus.
Copiarum dux. Strategus.
Primipilaris. Præfectus militiæ.
Belli ducem agens.
Bellicæ expeditionis dux primarius.
Archistrategus.
Primus exercitus dux.
Præfectus equitum custodiæ quos cheros vocant.
Totius equitatus dux præcipuus, præfectus militiæ.
ἀπάρχων στρατευμάτων.
Cohortis præfectus.
σπείραρχος ἵππαρχος.
Imperator exercitus.
Dux militaris. Exercitus dux.
Copiarum præfectus, apud App.
Capitaneus barbarum est, pro quo militum caput rectius diceretur à cuius consilio & nutu cæteri dependeant.
λοχαγωγός Græcè.
Ordinis militaris instructor, imperator seu ductor. Rector.
Nostri decanum vocant, qui contubernio præest.
σκηνοτάρχος, græcis dicitur.
Nam contubernium propriè milites decem sub vno papilione degentes.

cardinals.

Proceres cardinei.
Cardinales, Purpurati patres.
Honore galeri punicei decorati.
Quos vaga contecto purpura vestit equo.
Cardineo insigniti galero.
Cardineo quorum tegitur corona galero.

to be a Cardinall.

Cardineos gerere titulos.
Pileum ferre rubrum.
Cardinalitio galero ornari.

¶ Cardinalitiæ dignitatis galero donari, insigniri.
Consistorium cardinalium quod vulgo dicimus, rectius seu ornatius.
Pontificum collegium.
Summum consilium.

Care or thought.

Cura. Anxietas. Angor, Scrupulus.
Molestia. Sollicitudo. Dolor.
Angustia, Vide *diligence.*

Carelesse, Negligent, in my owne Profite.

Vtilitatis meæ, rationem nullam habui, duxi, spectaui. quid esset è re mea, in rem meã, quid ad rem meam pertineret, in rem meam faceret, conueniret, quid de rebus meis expediret, prodesset, conduceret, vtile esset, vtilitatem afferret.
Vtilitati, emolumento, bono esset, fructum pareret.
Nullam operam dedi, non laboraui, minime spectaui, curaui, quæsiui, secutus sum, nullum studium posui, nihil industriæ, Operæ locaui, posui, diligentiam nullã adhibui, contuli, Res meas indiligẽter administraui, tractaui, vide *Negligent*

Carefull, vide *Sorrowful.*
be Carefull in doing, &c. or looke to it.

Cura. Age curam.
Habe curam, Fac. Dispone.
Euigila. Da operam.
Curæ tibi sit, μέλει σοι.
Tua curatum abeas.

to be Carefull, Sorrowfull, or doubtfull.

Sollicitum esse. κηδιᾶν.
Distineri curis.
Angi, enecari solicitudine.
Angere se animo, apud Terent.
μεριμνᾶν. Curare.
Alicuius rei curam antiquiorem ducere, Præcipuam atque antiquissimam habere curam.
Inter spem & metum fluctuare.
Vltra peram sapere, pro nimis sollicitum esse.
Curis & anxietatibus concidere.
Anxie & sollicite cogitare.
Anxium esse.
Aestuare. Fluctuare.
Consulere, Cogitare.
Satagere. Laborare.
Trepidare. In diuersa rapi.
Sollicitudinibus inquietari.
Vehementer laborare.
μεριμνοπονεῖν.
Pendere animi vel animo, cum genetiuo vel ablatiuo, vtrumque apud Ciceronem.
Animo ringi, Angi.
Angore detineri.
Animo, intimis sensibus angi.
Vndis negotiorum distrahi in diuersa.
Curam gerere, agere.
Probe curatum velle.
Distringi curis. Cruciari. Discruciari excruciari sollicitudine.
Curis confici, morderi, tenuari, vri, tabescere, liquescere, pallescere, insistere, mori, carpi.
Curis intentus, confectus, curis, exerceri, potiri curis.
Ingeminatur cura.
Cura venit, tenet, tangit, moratur, subit, hæret, mordet. Corpus tenuat.
Vitiat, est feruida.
Solicitudinem parit.
Ratione habere.
Esse in cura.
Oculis ferre, metaphor.
Versari in cura.

Curæ esse, apud Ciceronem.
Curæ habere, Cic.
ἐπιμελεῖσθαι.
Ista mihi curæ erunt.
ἐμοὶ μελήσει ταῦτα.
¶ Totus toto pectore quis incumbere in curam aliquam dicitur.
Cordi esse.
¶ Curis animum excruciare.
Sollicitudinibus vitam reddere breuiorem.
Arduis rebus, persequendis confici.
Macerare se crastina cura ciborum.
Se extruciare animi dolore.
Cor edere, comedere.
ἐσθίειν τὴν καρδίαν.

to put or take away Care, Thought or Sorrow.

Liberare, exoluere curis, finem imponere curis.
Sollicitudine alleuare.
Curas secludere, demere, deponere, resoluere, depellere, fallere, diminuere, Sanare, Pellere nubes curarum.
Cura abit, fugit, excedit, deserit, dilabitur, lentescit diluitur mero.

I Care not, or I passe not.

Susque deque fero, ἀδιαφορῶ.
In nullo discrimine pono.
Susque deque habeo.
Aequi bonique facio, apud Terent.
Aequo animo sum.
Nihil laboro. Mea non refert.
Manum non verterim, mouerim etiam si domus ruat.
Minimi æstimarim, securus quonam res cadant.
Non magni pendo.
Illud non emerim crepitu digitorũ.
Vide *More. I care not vvhat losse. &c.*

Carpenter.

Faber Lignarius. Faber tignarius.
Materiarius. Abietarius, in Exod.
Carpentarius. τέκτων.
Architectus & architector, qui structuris ædificiorum præest, & fabricanda præscribit.

the master Carpenter.

a Carpet, vide Tapestrie.

to Carie, to Beare, to Bring.

Portare Apportare. Ferre.
Vehere. φέρειν. Ad ferre.
Inuehere. Trahere secum.
Ducere secum.

to carie in.

Inuehere. Inuectare.
Inferre. Importare.

a Carier, a Messenger.

Tabellarius. ἐπιστολεύς.
Grammataphorus. Nuncius.
Lator, portitor, gerulus, baiulus literarum. γραμματοφόρος.
Tabellarij fungens munere.
Internuncius.
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu ruit.

a Cart, a Chariot or Coach

Caruca. Carrum, & carrus.
Cisum, δίτροχον.
Benna, dictio gallica.
Cantherium. Rheda.
Epirhedium. Biga.
Birotum. Couinus.
Petoritum apud Horat. φορεῖον.
Capsus, caruca vndique tecta.
Currus breuis.
¶ Cisium euertere, *to ouerthrovv the cart.*
Effundere aurigam.
Impetu aurigam solo sternere. *Vide VVagon.*

a Carter, a VVaine-man.

Auriga. Agens currum.
Essedarius. Carrucarius.
Vehicularius. ἁμαξεύς.
Rhedarius. apud Ciceronem.
ζευγηλάτης. Quadrigarius.
Rhedarij officium exercens.
Rector currus.
Agitator pro auriga, Cice.
Vehiculi moderator.
Vector à Cice. positum est pro eo qui vehit. Plaustrarius.
Cisiarius qui Cisium regit, hac voce iurisco͂sultus est vsus libro 20. dig.

to Carue, vide *to Graue*.

to Cast, to Fling downe,

Coniicere. Traiicere.
Pronum sternere solum.
Iacere. Iaculari. Contorquere.
Dirigere spicula in aliquem.
Iaculum emittere, Torquere.
Proiicere Telum.
Intendere sagittam.
Exercere brachia telo.
Æthereas telum contorsit in Auras.

to Cast in ones teeth, to Vpbraid.

Obiicere culpam.
Improperare.
Increpare. apud Salustium.
Obiectare.
Ingratitudinis dicam alicui scribere.
Exprobrare. Improbare.
Refricare vlcus. ἐπονειδίζειν.
Probrum obiicere. Carinare.

to be Cast aside, vide *set aside*.

to Cast abroad, vide *to Scatter*.

to Cast in minde vide *to Imagine*.

a Catarrhe, vide *Rewme*

a Catte.

Felix ἀσκαλαβώτης.
Ælurus. γαλεώτης γαλῆς.
Catus simpliciter, nam Catti sunt Hæssi populi.
Mustela domestica, dicitur à nonnullis.

a Caue, a Denne.

Specus & specu. Spelunca.
Spelæum. Lustrum. φωλεός
Latibulum. Antrum.
Latebra. κευθμών. Lacus,
Scrobs, Cauea. Cauerna.
Crypta, Fouea, βόθυνος. Fossa.
Cuniculus pro loco seu foramine subterraneo occulto.
Abdita, Recessus, Diuerticula, *priuie corners*.
Angulus foueæ & receptus.
Latebrosa rupium cauamina, Soli.

a Cause, a Reason, an Occasion, or Meane.

Res, πρᾶγμα.
Causa. Negotium.
Gratia apud antiquos pro causa ponebatur. Vnde fluxerunt hæ orationes. mea vel tua gratia, id est, pro mea vel tua causa, in ablatiuo tantum.
Nuptiarum gratia apud Teren.
Nomina sæpe pro causis vel negotiis à Cicerone poni inuenias: Cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent.
Ergò aduerbium vltima circumflexa ponitur pro causa ἕνεκα Virgilius in 6. Aenei. Illius ergô venimus.
Peregrinationis ergô.
Virtutis ergo, *for vertues sake*.
Negotiorum expediundorum ergô,

Negotium

Negotium alicuius agere, *todoe ons busines.*

¶Rei causam dicere, reddere, *to declare the cause vvherefore.*

Rationem reddere, Cice, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit,

for that cause, vide *Therfore.*

not without a cause, Worthily.

Haud temere, ἐκ εἰκῆ.
Non abs re. Non sine causâ,
Haud iniuria, Nec iniuria.
Haud immerito, Merito εἰκότως,
Iure optimo, Vide, *VVorthily,*

a Cawdron, vide *Kettell.*

to Cease, to Leaue off.

Supersedere ἐπέχειν cum genitiuo.
Canere receptui
ἀνακλητικὸν σαλπίζειν
Omittere incœptum.
Sistere ab incœpto,
Incœpto desistere,
Sistere opus laboris,
Demittere, Cessare, Intermittere,
Manum retrahere, Linquere,
Desistere, Desinere,
Conquiescere, Abire incœpto,
Facere intermissionem, Cicero,
Intermittere, In medio rem, relinquere, Suspendere rem,
Subsedere, Parcere,
Omittere & mittere simplex,
Differre in aliud tempus,
Rem non definire,
In suspenso relinqui, & relinquere apud Plinium,
Finem modumq; ponere, facere,
Anchoram iacere,
Tollere calcar vltorium, prouerb,
Supersedere à vindicta seu vltione quam parabat,

Incidere ludum, *to leaue the play*
Incidere studia, remittere,
¶ Omitte quiesce *Leaue.* in imperatiuo.

without Ceasing, vide *Alwaies.*

a Celler or a butterie

Penarium. Penuarium,
Gallarium, κελλάριον
Cella penuaria. Penu.
Cella promptuaria. seu, promptuarium, Græcæ ταμιεῖον,
Podium, Riscus. apud Terent.

a Cencer, a ship wherein frankensence is kept.

Thuribulum Acerra,
Thymiaterion.
capsula vel arcula thuraria,
custos thuris, apud Ouid:

I am Certaine, vide *Sure.*

Certainely, vide *without Doubt.*

certifie me of your buisinesse

Fac, redde me certiorem de statu tuo & de omnibus consilijs,
Significa mihi, expone, aperi, explica, perspicuè, demonstra rerum tuarum omnium status quis tuus animus, qui sensus, quæ sint consilia.
Fac vt de tuis rebus. tuisque consilis cognoscam, intelligam, certior fiam.
Ex tuis literis erudiar. instrue.
Imaginem rerum omnium. cogitationumq; tuarum literis ostende.

a Certificat, vide *Pasport.*

to Cesse, to Taxe, or Leauy a subsidie.

Censere cum accusatiuo.

Facultates æstimare.
Censere populos.
Censum agere, habere.
ἐξήτασιν ποιεῖν.
Facere æstimationem.
Nouos subinde populos deglubere, exugere, deprimere, exactionibus.
Onus miseræ plebeculæ aggrauare.
Exactiones facere.
Insolitis exactionibus populũ, subditos onerare.
Inusitatis & inauditis exactionibus ditiones grauare.
tributo grauare.
Angariare.
Deglubere tenues. *To pill or pole, &c.*
Emungere, extorquere pecuniam.
Emulgere.
Compilare, expilare plebem decimationibus.
Exactionibus opprimere, atterere.
Tributis subditos premere.
Exugere plebem,
Euiscerare, exossare, exenterare.
Vsque ad viuum miseram plebeculã deglubere.
Ad viuam vsque cutem tondere.
Populum vsque ad radicem arrodere. Erasmus.
Sanguinem subditorumq; plebis vel rusticorum absorbere, ingurgitare.
Explere scrinia sanguine pauperum.
Excoriare.
Deuorare vsque ad ossa.
Excarnificare, vel vt habet Vates regius,
Deuorare Dei plebem.

to chafe, to fume, to bee angrie.

Indignari. Zelari apud Prophe.
Stomachari, Substomachari,
Gerere iram. Ringi, Tumere,
Infensum, percitum, concitum esse.
Mordere labrum, seu frenum mordere, prouerbia sunt.
Modestè indignè, ægrè ferre,
Ira commoueri, Succensere.
Magno irarum fluctuare æstu *Virg.*
Iracundia turgere, ardere,
Bile tumere atra. Exardere.
Corrugare nares.
Plumbeas iras gerere, apud Plaut.
Bilem ex alicuius rei tædio conceptam effundere.
In fermento iacere.
ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι.
Et schemate prouerbiali: Frontem ferire.
Supra modum & impotenter indignari.
Iram euomere omnem.
Virus effundere.

to be chafed or made angry, to be in rage.

Irasci. Accendi.
Incendi, moueri ira.
Commoueri. Offendi.
Iracundia & indignatione accendi.
Acrius incalescere
Incandescere, inflammari.
Dare vela indignationi, iræ apud plĩ
Feruere. Efferbere. Succensere.
Efferuere, vel ebullire. Grauari
Excandescere, ad furorem præ nimio animi impetu vergunt.
¶ Contra, deferbere, seu deferuere, refrigere, vel refrigerari, apud Fabium, ac deflagrari & relanguescere dicitur ira, indignatio, quando, homo mitescit, & placidus fit, & feruor animi consedisse, resedisse, *to be quiet, or well pacified again.*

to chaine, to tye in chaines.

Catenare, Vinculis ferreis vincire.
Catenas iniicere alicui, nectere vel inducere.
Compescere catena aliquem ligare catenis.
Cadere in plagas,

In casses incidere vel decidere.
Teneri laqueis.

a Chaire, vide a Stoole, a chamber.

Cnbiculum, δωμάτιον.
Cella. κοιτη.
Conclaue, media producta.
Triclinium veteribus dicebatur ab ordine lectorum.
Thalamus, coniugis vtriusque cubi cnlum.
Cubiculum interius, remotius.
Cubile, lectus est in quo cubatur.
Ectheca ἐκθήκη, vel vt alii legunt ἐξώστρα, cubiculum, thalamus, sponsi proprie.
Pastophorum, 1, Macab. 4. sacerdotis templi domicilium, cubiculum, thalamus.
Camera eiusdem non est significati, sed testudinem denotat. tectumq; deuexum & recuruum, *a vault.*

a chamber-pot, vide pis-pot:

Chamblet.

Vestis vndulata, quod ad vndarum similitudinem picta sit.
Vestis cæmatilis, κυματώδης
Pannus camelinus, *grograine, mockado, &c.*
Simbalorum συμβάλλωτον
Viues capripiliam vocat in colloquiis quod ex caprarum & hircorum pilis fiat.

to change to translate.

Reculas alienis commutare, mutare permutare.
Commutationem facere rerum.

to change his minde.

Sententiam mutare.
Calculum reducere,
Aliud instituere. ἐξίστασθαι
In varias distrahi sententias.
Quo ego pacto diuorsus distrahor, Co.
Vertere, commutare, mutare sententiam, consilium.
Opinionem mutare.
μεταγιγνώσκειν, μεταβάλλεσθαι.
Parum bene institutum recantare.
Flectere sententiam, Sallust.
A proposito resilire, declinare,
Referre pedem,
Animum immutare,
Discedere à sententia, vel de sententia.
Alterius duci suasione,
Mutare institutum,
Mutare mentem, apud Horat.
Vertere animi decretum, Eras.
Pœnitere consilii.
Ab instituto deterreri,
Instituti suppœnitere dicitur, qui sentit sententiam animi sensim labescentem, Erasmus,
Vertere vela, vestigia, prouerb.
Funem reducere,
Vertere consilium rei non satis cōmodè institutæ.
Imitari nepam id est, cancrum apud Plaut, *to goe back from ones word.*

to chappe, vide to Gape.
a chappell, vide Church.
to charge, or to lay to ones charge, vide to accuse
to charge, or commaund, or Bidde:

Committere, Mandare,
Demandare, Onerare mandatis,
Mandata verbis dare, Iubere,
Credere, Concredere,
Dare negotium, Imperare,
Curæ tradere, Præcipere,
Delegare officium, prouinciam
ἐπιτρέπειν, Præscribere,
In manibus dare, ἐγχειρίζειν,

Pro quo vulgus ineptiens dicit dare in negotijs, Denunciare,
Iniungere aliquid negotii, Eras,
Mandare, tradere prouinciam, negotium, onus, προστάττειν.
Imponere humeris vel in humeros prouinciam,
Curam rerum demandare,
Rei gubernaculis, negotiorum molibus præficere,
In mandatis dare & legare negotiũ apud Plaut,
Summam rerum alicui committere,

to haue or take a Charge,

Onus suscipere, Supponere Oneri, in mandatis habere, Onus subire,
Suscipere curam,
Non rate molis agebat, Constantem debilitauit, Onus Membra grauabat,

a Charge.

Cura, Onus, Pondus,
Prouincia,

to take the Charge of the common wealth.

Capescere, Gubernare,
Suscipere, Gerere, administrare rempublicam

Charges, vide *Expenses*
a Chariot, a Coach, vide *a Dray, a Wagon or cart.*
to chase deeres, vide *to Hunt.*

Chast, Pure, Undefiled,

Pudicus, Castus, Integer,
Incorruptus, Illibatus, Inuiolatus,
Immaculatus, Intemeratus,
Continens, Temperans,
Cœlibem agens vitam, Mundus,
Ab omni muliebri congressu alienus
Purè castèque viuens.
Laude Pudicitiæ celebris,
Castum cubile seruare,
Me natura pudicum fecerat & casto pectore durus eram,
Bellerophontes, Hippolytus,
Hippolytum imitans,
Telamone castior,

chastitie, or Puritie of life.

Castitas. Puritas,
Castimonia. Integritas,
Munditia & Mundities vitæ,
Continentia Pudicitia,
ἁγνεία, καθαρότης,

to chastice the body, to bring downe the wanton flesh, or to keepe it vnder,

Carnen cohibere, macerare,
Castigare corpus, & in seruitutem redigere, vt est apud Apost,
Fraudare, defraudare Genium, id est naturam,
Naturæ negare quod appetit, non satisfacere,
Afficere carnem vt obediat spiritui, imperio, consiliis obtemperet, apud Ambro.
Fraudare corpus voluptate,
Subducere cibum & potum,
Cibo ad tempus abstinere,

to chastice, vide *Punish*
a chatterer, vide *a Babler.*
by chance I lost my causes.

Euenit, obuenit, contigit, obtigit, accidit, factum est casu, casus tulit fortuna fecit, fortunæ placuit vt causa reciderim, litem perdiderim,

to change his minde.

In sententia non permanere, non persistere, non perseuerare, non pergere.
Sententiam non retinere, non tueri, non seruare, à sententia discedere.
Mutare sententiam, consilium, opinionem.
Institutæ cursum opinionis aliò conuertere, flectere.

a Chauncellor.

Cancellarius. Summus iudex.
Summum iudicem agens.
Iudex primarius.
Principes scribarum.
Ab arciuis, scrinijs præfectus, *the master of the Rolles.*
Archigrammateus.
ἀρχιγραμματεύς.

to Chawe or Chewe meate.

Masticare vulgo φλάειν.
Mansicare à mandere.
Dentibus frangere, conficere.
Dentibus comminuere, conterere, atterere.
Dentes infimi escas conficere Plauto dicuntur, id est molere.

a Chaine, Vide. *Coller to cheapen,* Vide *to Buy, to make good Cheare, to vse feasting, reueling, or banketting.*

Curare corpus.
Inseruire ventri γαστρίζειν.
Curare cutem, seu cuticulam.
Commessari. κιχλίζειν.
Græcari Pergræcari.
Indulgere genio, gulæque, ventri.
Crapulari κραιπαλίζειν.
Certare poculis vino, mero,
Vrgere cullulis, poculis, vino,
Aequis, æqualibus certare haultibus
Vacare corpori gulæ.
Græco more bibere.
Viuere Bacchanalia.
τὰ διονύσια ἄγειν.
Molliter, delicatè viuere,
Lautè, genialiter viuere.
Epulis noctes, diesque ducere,
Ventrem distendere,
Epulari.
Viuere patinis.
Nepotari,
Bacchari,
Magnificè conuiuari.
Bacchanalica celebrare.
εἰλαπινάζειν.
Bellum agere homunculum.
Epulari, obsonare pollucibiliter.
Græcis μεγάλαις καθηνίζεσθαι ἢ προπίνειν. dicitur, magnis certare poculis.
Poscere maioribus poculis. Cic.
Abdomini seruire, famulari.
Ingluuiem farcire.
Carpere dulcia, apud Persium.
Sese molliter curare.
Festa celebrare Lyæi,
Orgia viuere.
Potationibus indulgere.
Sibarissare.
Propinari.
Genialem agere vitam.
Cibo potuque se distendere.
Vitam agere intemperantem.
Toto anno vel perpetua celebrare saturnalia, Bacchi orgia, Est apud Senecam de Claudio Imperatore semper distento & madente.
Vino illecebrisq; diffluere.
Perpetuam madere noctem.
Quotidie Baccho sacra facere, idem.
Viuere, absolute, Catullus,
Viuamus mea Lesbia.
Curare pelliculam, apud Horat.
Sacrificare genio.
Genium colere accuratius, & bibere meracius.

to checke, to speake spitefull words, raile vpon, to Slander.

Lædere maledictis, probris petere,
Allatrare, pro conuitiari per metaphoram,
Conuitiis contumeliis degladiari & debacchari,
Fanda pariter & nefanda in aliquem euomere,
Ad leuicula verba tragico insurgere vel intonare coturno,
Cauillatione ac maledicentia agere λοιδορεῖν.
Iactare crimina.
Principē maledictis petulantissime nominatim figere.
Contumeliam, scommata, dicta in aliquem iacere,
Nominatim aperteque, in aliquem, in principes, maiores, magistratus incurrere.
Soluere in Deos ora.
Malitiæ suprema quæque in aliquem effundere.
Contumeliosissimis nominibus petulantissime diuexare,
Inimica dicere dicta.
Dira precari,
Dentes infigere in aliquem.
Non toleranda afficere contumelia.
Tangere aliquem conuitio, scommate.
Edere verba proterua, scelerata, impia, aspera,
Conuicium facere,
Dicere, fundere,
Coniicere maledicta,
Conuitiari,
Crimina, probra, conuitia, lædoria, congerere.
Mordere dictis,
Virulenta rabie & execrabili furore debacchari,
Insultare iacenti,
Contumeliis vexare, insequi, aliquē inuadere.
Quæ mea Calliope læsit,
Lacessere, proscindere, conscindere conuiciis, maledictis,
Lacinare, lacerare, dilacerare conuitiis,
Distringere carmine aliquem,
Suum expuere liuorem,
Amarulente cōuitiari acuere linguā.
Contumeliam dicere.
Consputare metaphorice,
Afficere contumelia, ἀσελγεῖν, ἐιξωνεύεσθαι, ἐπηλεαζειν.
Dicteriis incessere, vel conuitiis.
Insectari aliquem maledictis.
Probrosis exagitare nominibus.
Probrum ingerere vel obiicere.
Conuitiis figere, insectari, vide, *to slaunder.*

a checke, a reproach, or rebuke.

Conuitium, Maledictum,
Blateramina contumeliosa,
Archelochia edicta,
Contumelia,
Contumeliosa ac virulenta verba, vide *shamefully.*

the checke.

Mandibula, χαμονλή.
Maxilla, Mala.
Bucca pro eodem apud Plaut.

to cherish, to make much of.

Fouere, Mulcere, Amplecti
Complecti. Indulgere.
Charum habere, magnificare

cheerefull, vide *Glad.*

a chesill, a wimble.

Celtes, cœlum à cælando.
Græcis ἐγκοπεὺς à κόπτειν
Cuneus, ἐπι χίδιον.
Epischidion apud Victru.
Cuneolus ferreus,

a Chest,

a Chest, a Coffer.

Cista, cistula, κίστη. Arca.
Arcella, Arcula. Scrinium.
Scriniolum. ἐγγυηθήκη.
Reconditorium, custodiarium,
Repositorium, Theca, θήκη.
Capsa, Capsella.
Chartophylacium.
Tumbæ, thecæ argenteæ,
Fauissæ, reliquiarum capsulæ apud Romanos in capitolio.

to Chide, to Rebuke, to Reprehend, vide *to braule.*

a chiding, vide *Brawling.*
chiefely, vide *Especially.*
a little child, or a babe.

Pusio. Puer. pusillus,
Puellus. παιδίον.
Pupus apud veteres.

a father or motherlesse childe.

Orbus, Orba, Orphanus,
carens Parente.

children.

Liberi, γεγεννημένα.
Proles, ἔκγονα,
Soboles, pignora, & in singulari pignus pro prole Soli de rege Taprobane si forte dum regãt pignus sustulit, exuitur potestate.

to get or bring forth children.

Tollere, suscipere liberos, prolem filium ex aliqua elt gignere, progignere, quærere,
Liberos generare, progenerare,
ἀναφεῖσθαι παῖδας,
Et sic dicitur de patre: sustulit filium pro suscepit vel habuit, vt sit præteritum à tollo.
Filios procreare, gignere, parare,
Dare operam prolibus, liberis.
παιδοποιεῖν.
Filiis procreandis operam dare,

from his childhood youth or infancie.

Ab ineunte ætate,
παιδιόθεν. παιδόθεν.
A teneris annis, ἐκνέας,
A teneris vnguiculis, seu vt Græci dicunt. ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν.
ἐνύχων. A Paruulo.
ἐκπαίδων.
A pueritia prima, puer,
A pueritia, A pueris,
ἐκ παίδων, A paruis,
A primis annis.
A rudibus annis. ἐκ νηπίου.
A tenera ætate,
A primis vitæ rudimentis.
Ab ipso vitæ limine
Ab ineunte pueritia per omnes ætatis gradus, ad supremum vsque vitæ diem,
Cum corpus adhuc à matre ruberet,
A crepundiis,
Ab ipso vitæ exordio,
Ab incunabilis,
A cunabilis primis.
Ab infantia.
A tenellis vnguibus.
A puero pusillo, apud Plaut.

great with childe, vide *Woman.*

a chimnie.

Humarium. καπνοδόχη,
Caminus. κάμινος.
Infumibulum tumale, & naris: *the pipe*, proprie quanquam infumibulum pro camino etiam ponatur.

Focus propriè pauimentum sub camino significat, *the hearth*, ,Græcis,

Chippes.

Assulæ, σχινδαλμοι,
Clabula vel clauola, apud Var,
Fomes,

to Chope off ones head, vide *to Behead.*

to Christen, vide *to Baptise.*

to Choke, to strangle.

Suffoco, Præfoco, media producta contra aliquot Grammatistarum opinionem, ἄγχειν,
ἀγχονᾶν, Interstringere,
Stringere gulam, guttur,
ἀποπνίγειν, Strangulare,
Laqueis implicare colla,
Guttur it per vincula laquei,
Obstringere, constringere collum,
Premere iugulum, Vocem includere,
Obtorto collo gulam præfocare,
Gulam frangere,

to Choose, to elect, to picke out.

Eligere, Deligere ἐκλέγεσθαι,
Delectum agere, & habere,
Suffragijs designare, eligere,
Legere pro eligere, apud Cic.
Capere apud Terentium: *Me* cepere arbitrum,
Sumere pro eligere, apud Plaut. Sumat aliquem ex populo,
Excerpere commodissima, bonaque *to picke out the best.*
Suffragium inire, *to elect or chuse by voices*, apud *Liu*, & *Cic*,
Libera dare populo suffragia, apud Iuuen,
Optionem facere. *to giue the Choise.*
Non tam hominum suffragiis quam diuini numinis calculo delectus atque ascitus, *Elected or chosen of God,*
Emendicata, suffragia, apud Gratianum sunt potentium seu nobilium commendationes,
Potioris partis suffragio, *By the most and best voices,*
Electus, creatus, calculis omnium & suffragiis statutus, vno ore, summo consensu, omnium sententia, comprobatione constitutus, designatus, allectus, *Elected or chosen.*
¶ Septem virorum summus in Romano imperio senatus, *the Electors of the Empyre.*

Chronicles, vide *Histories.*

it is Chronicled, vide *VVritten.*

a Church, a Temple, Chappell, a Chancell.

Templum, ναός,
Domus Dei, orationis,
Ædes in singulari tantum numero,
AEdes toto terrarum orbe Buscoducis celeberrima,
Ponitur quoq; in numero plurali pro Templo, sed ferè semper cum adiectione, vt sacra ædes,
Sacrum, substant, ἱερόν,
Asylum pro templo ponitur poetis
Lararium apud doctos legi,
AEdicula diminutiuum pro sacello, *a Chappell,*
Sacellum, ναΐδιον,
Oratorium, Adyton, Sanctuarium,
Delubrum media producta, & Phanum apud veteres idololatras dicebatur, Domus deorum,
Ara, Altare apud poetas,
Rhenanus in scholiis historiæ tripartitæ scribit olim in Christianismi Principio templa Dominica vocari solita, vnde in hodiernum vsque

diem lingua vulgari dicimus domine, hoc est Dominicum latine: vocis huius vsus est in vetustis, & Greg. Nazian.

κυριακὴ quoque Græcè, nostrate lingua vulgari Church dicimus.

¶ Sacrarium. ἱεροφυλακεῖον.

& Cella pars templi sacratior.

Sacristia apud probatos authores non inuenitur.

to Christen, vide Baptisme.

Churlish, Wayward in companie.

Nimium acerbus, durus, difficilis, asper, tetricus es in consuetudine.

Consuetudo tua difficilior est, qua vt propter suauitatem nullo expetatur.

Minime iucunda est, Amara potius atque odiosa est,

Minimè accommodatus ad mores, consuetudinem & naturam es.

Ita te morosum difficilemq; præbes in consuetudine.

Ita mores aliorum fastidis, vt nemo te, tu nemine vti possis.

Vt neque tu quenquam, neq; te quisquam ferre possit.

Vt neque tu cuiusquam consuetudine neq; tua quisquā frui possit.

Circumspect, warie, Aduised.

Prouidus. Prospiciens.
Circumspectus Polytropus.
Cordatus Sciens Solers.
Gnarus. Cautus. Intelligens,
Prudens quasi Prouidens,
Oculos in occipitio gerens, prout
Alter Ianus, Ἰανὸς ἄλλος,
A fronte simul & occipitio oculatus,

to be Circumspect, to Foresee.

Cauere, Prospicere sibi,
Cautionem habere, adhibere, adiungere,
Circumspicere, diligenter animaduertere, attendere, prouidere,
Curare, Cogitare, Cogitationem rei alicuius suscipere.

a Citie, vide Towne.

Ciuill, vide Gentile.

the Clapper, a Rattle.

Crepitaculum. κρόταλον,
Crotalum, σεῖστρον. Systrum.

the Clapper of a Bell, or Dore.

Ropalum, campanæ malleus, ῥόπαλον, & quo ostium pulsatur malleus in pulsor, ostij annulus, circulus, circus, κρίκος fores propellens, qui & ῥόπτρον dicitur.

Erasmus in Colloquiis circulum illum ferreū siue ostii annulum cornicem vocat, Græci, κορώνην

to Claw, vide to Scratch.

Cleane, Neate, Pure, Chast Vndefiled.

Purus, Mundus Tersus,
Politus, Immaculatus, Integer,
Pudicus, Inuiolatus,
Incorruptus, Intemeratus,
Illibatus, *Vnspotted.*
¶ Nullas ferens sordes,
Insolens sordium,
Munditiarum perquam studiosus,
Mundulus,
¶ Castus ἁγνός,
Cum Bellerophonte pudicitia audet contendere,
Spectatum satis & magnum continentiæ exemplum,
Sine vlla libidinis vel turpitudinis nota,
Falluntur qui idem significare putant cælibē quod castum, nā cælebs is proprie dicitur, qui vxorem amisit

misit, vel certe iam non habet, etiam si habeat concubinas, Vide chast.

a clean or a pure heart.

Cor purum, mundum,
Tersum, conscia mens recti.
Cor liberum vitiis, & castum,
Expurgatum à peccatorum sordibus
Nullius sibi mali conscium.
καθάρειον, Sine macula,
Sine labe, syncerum,
Bona fide, recta mente aliquid facere, efficere.
Nitidum, Albicans, Defecatum.

to make cleane, to wipe, to cleanse.

Abluere, Eluere,
Lustrare, Purgare,
Mundare, Detergere,
Purificare, Expurgare,
καθαρίζειν, Sordibus liberare,
Mundificare, Emundare labem,
Expiare, Emaculare,

cleare, Pure, Bright, Shining.

Clarum, Splendidum,
Fulgidum, nitidum,
Serenum, Limpidum,
Coruscum, Luculentum,
Purum, Perlucidum & pellucidum.
Lucidum, Perspicuum,
Translucidum, Euidens
Non obscurum, Liquidum,
Sole meridiano clarius, Nitens,
Solaribus radiis lucidius, radiantius,
Vitream habens perspicuitatem,
Quod vel cæco appareat,
Quod puero perspicuum sit.

to cleare himselfe, vide *to Purge.*

clearely, euidently, manifestly, plainely:

Manifeste, Liquide, Plane.
Clare. Aperte; διαφανῶς.
Ad liquidum, apud Hiero, σαφῶς.
Dilucide, Luculenter,
Luculentissime, Euidenter,
Splendide, Lucide,
Perspicue, Distincte, Diserte.

to cleaue.

Findere, Cuneis' scindere,
Quadrifidam quercum cuneis scindere,
Rimam facere, ducere,

to climbe, to Mount to Ascend.

Ascendere, conscendere,
Summi fastigia tecti ascensu superat
Euadere ad summi fastigia culminis
Niti gradibus,

to cloath, to aparell, to put on a garment.

Induere vestem, conuestire,
Inuestire, circumuestire
Velare corpora, Imo velamine fingere,
Insignire amictu,
Circundare amictu corpus,
Veste corpus regere,
Vestem induere, iniicere amictum.

a cloathing, a garment, vide *Apparrell.*

a clocke, a Diall.

Horologium, Sciaterion,
ὡρόσκοπα, ἡλιοτρόπια, ὡρολογία, Græcis dicitur,
Horologium solare, & solarium generali vocabulo quod ad vmbras solis horas demonstrat, siue pendeat, siue iaceat, hoc est, siue verticale sit, siue australe.

Clepsydra,

Clepsydra, herologium aquarium.
Clepsammidion apud Erasmum,
Sciatericum, quod inepte compassum vulgus dicit.
Pyxidecula Hermolao Barbaro nominatur, qua nautæ vtuutur.
Gnomon, stilus vel solis vmbelicus vt plinio appellatur, qui horas significat, *the vviser*.
Index horarius, idem sciatherias.

a Cloake, a spanish cape.

Pallium Græcorum. ἐμφίεσμα.
Toga Romanorum.
Recinium cucullatum, ac cucullio, apud Viuem, pallium Hispanicum
Penula, lacerna, pallium itinerarium
δασύμαλλον. vestis villosa, hirsuta.
Amiculum, palliolum.
Tegmen à Cicerone dicitur.
Impluuium, sagulum,
Sagum villosum eadem sunt. ἐνδρομίς.
Palla mulierum proprie est,
Chlamys militum.
Paludamentum & Ephestris, *a coat armour*.

to close, vide to hide.

to close ones eyes, vide eyes.

clownish, vide rude.

a cluster of Grapes, vide Grapes.

a Cobler, vide Tailer.

a Coach, vide Dray or Litter.

a cocke bird.

Gallus, li, Gallinaceus substantiuum ἀλέκτωρ, quod nos à lecto exulcitet sic dictus Græcis,
Et Gallus Gallinaceus,
cristata volucris, ales,
Ales lucis, seu diei nuncius,
Excubitorque diem cantu prædixerat ales.

a cocke, a spigot, vide Tappe.

cockle among corne.

Lolium,
Zizanium, & zizania, ζιζάνιον.
Aera, Aegilops, Festuca,
Auena sterilis, *Virg*.

a cod fish.

Asellus, Erasmo & allis dicitur, ὄνισκος, Græce, piscis (vt scribit Galenus) facilis digestionis,
Capito, onis, N G.
Pompius à non nullis dicitur, præsertim Murmel, vnde quidam,
Pompius à tumido venit cui corpore nomen,
Milago, in Germania superiori vocatur, idem credo piscis qui nobis Asellus dictus,
¶ Salpa, piscis idem vento induratus *Stockefish*, quem alii Bergolium nonnulli strumulum vocaut.

a coffer, vide chest

a coffin, vide biere.

a coife, a calle.

Galericulum, Reticulum,
κεκρύφαλος. Retiolum vel crobylum, κρώβυλον, retiolum vel reticulum comam continens,
Vitta proprie mulierum, ταινία.

colde.

Frigus, Frigor, ψῦχος.
Rigor, ῥῖγος.
Glacie frigidior
Gelicidium, pruina
Gelum, Gelu vel gelu.

to be or to suffer Colde.

¶ Frigere. Algere. Rigere gelu.
Obrigere hyberno frigore.
Dirigere, apud Virg. Frigori obrigescere. Confici frigore.
Hybernis mensibus, temporibus frigore concuti, *to haue great colde.*
Horrere.
Glacialem actum experiri.
Frigore lapsa cadunt folia.
Concrescunt currenti in flumine crustæ.
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes.
Algescere, frigescere, rigescere, &c. inchoatiua.
¶ Frigidum, algidum, gelidum pruinosum, glaciale, brumale, hybernum, hyemale.

a Coller, a Chaine, an ouch, or Brooch.

Monile. Segmentum, apud Valerium Maximum.
Torques & secundum Probum grammaticum Torquis.
Χλοιός, ἐπιτραχήλιον. Murenula
¶ Torques aurei velleris, torque aliquem honestare, Munere & societate aurei velleris aliquem dignari, decorare.
Miles ordinis aurei velleris.

a dogges Coller.

Collare canum. Melium.
Millum & millus.
Collare canum venaticorum confixum clauis ferreis eminentibus aduersus impetum quorumcunque.
Collaria, apud Plautum.

Colewortes.

Brassica. Lampsana.
Caulis. καυλός.
Brassica Appiana, quæ alio nomine Caputinum, & Sedilana dicitur.

to Come againe, vide *Returne.*

to Come against, vide *Meete.*

to Come before, vide *to Preuent.*

to Come foorth, or to go abroad.

Exire in publicum.
Prodire in orbis theatrū, in publicū.
Venire sub oculos hominum.
Prodire.
Procedere in solem. Teren.
Prodire: venire in lucem sub hominum conspectum, in publicum, in lucem & in hominum manus.
Exire. Exire officinam.

come Hither.

Huc iter accelera Huc gressus moue.
Accurre huc. Terent.
Adsis. πάρεσθι. Adesto.
Ades absolutè, pro veni, accede.
Fer pedem huc. Huc iter dirige.
Huc contende. Huc flecte gressum.
Adesdum paucis te volo.

to Come in good time.

Commodùm venire, adesse Sallu. vbi commodum est aduerbium.
Pro opportune, κατὰ καιρόν.
Venire, aduenire in tempore.
Opportune, commode optime se offerre, aduenire, adesse.
Oppido, Opportune te obtulisti mihi obuiam. Terent.

to Come in vse or custome.

Abire in morem.
In consuetudinem venire, abire, exire.
Irrepere paulatim.

In vsum abire.
Inolescere, Inolere.
Serpit hæc consuetudo per homines

to Come to passe, vide to Happen.

I will come quickely, vide not tarie.

to Come slowly, Leasurely

Tardè venire, Serpere,
Pedetentim ire, *Foot for foot.*
Testudineo vti gradu.
Itineri, plateæ immorari.
Nectere moras.

to come to him selfe againe.

Ad se redire, apud Terent. Reddi sibi
Remigrat animus nunc demum mihi
Coligere se, est dissipatas animi partes in suum rursus locum cogere quando depulsa mentis perturbatione quietior quis redditur.

it commeth, or Riseth from thence.

Hinc vel inde proficiscitur, venit prouenit, profluit, manat, dimanat, oritur, surgit, fluit, nascitur, exit, originem ducit, permanat.
Huius mali causa in re tota residet, quod huc calamitatis omnes reciderimus.
Causari pro originem ducere, Morbus causatur ex corrupta natura.
Peccata ex vitijs manant, vt scribit Cicero. Hinc ortum est, natum est malorum agmen.
Ille author est, origo, principium,
Radix malorum omnium.
ἀρχὴ, ῥίζιον,
His exordijs, his fontibus cœpit vitiorum colluvies, turba malorum.
Hæc culpa. Hic error.
Exorta omnia hæc.
Hoc seminarium fuit.
Ex vno fonte omnia scelera manare cernimus. Cice, Ex hoc fonte,

to comfort, to Solace, to recreate, or refresh.

Solari. παραμυθεῖν.
Lenire aliquem consolatione, amicis verbis. Delinire,
Dare solatia, Cice.
Vti solatio.
Lenire metapho. vt Explere pro consolari, apud Terent,
Solamen adferre. Solatia, consolationem adhibere. Solatio esse.
Tristibus rebus solatia supponere.
Oblectare animum. Dolorem animi lenire. Consolari.
ψυχαγωγεῖν. παρακαλεῖ,
Dolorem leuare.
Amorem solatur musa.
Remedium ferre doloribus.
Mœrorem minuere vel abstergere, excutere,
Pectus tranquillitati reddere.
Consolatione lenire.
Lachrymas alicuius solari.
Erigere afflictos, apud Ciceronem.
Animum erigere consolationibus,
Anxios leuare, & ad meliorem spem euehere. Vide, *to Encourage*,

comfort, consolation, Recreation.

Solamen, Solatium, Consolatio.
Lenimen, Leuamen, Subleuamen, curæ casusque.
Alleuatio. Recreatio,
Alleuamentum, apud Cice.
Oblectamentum. ψυχαγωγία,
Delectamentum. Delenimen.

comfortlesse, or vncomfortable.

Nihil est quod solatium, consolationem præbere, afferre, parere, solatio esse, consolationi esse mihi possit,

Nulla

Nulla res est, quæ creare, reficere, leuare, vindicare à dolore, liberare sollicitudine, eximere dolore, abducere à cura, auocare à molestia, abstrahere auellere à mærore animum meum possit.

Nulla iam consolatio animum meũ afflictum, languentem, iacentem erigere, excitare, confirmare potest.

Pessime affecto animo, ægrotanti, Laboranti mederi satis nulla ratio valet,

Parum apta remedia reperiuntur, inutilis, infirmus, inanis supernacanea prorsus omnis medicina est.

Comlinesse, vide *Handsomnesse*.

to commaund a thing vnpossible.

Tu mihi imponis, imperas, mandas præcipis, iubes, committis, quæ sustinere non possum.

Quæ vires meas exuperant, quæ præstare, efficere, perficere exequi vix possum.

Magni negotii est, summæ difficultatis, operæ non exiguæ, ad exitum ea perducere, quæ in mandatis à te habeo.

Dura nimis, grauia, difficilia mihi imperas.

a Commaundement, a Statute, an Act of Parliament.

Edictum. Imperatum.
Mandatum. præscriptum.
Lex. νομὸς. Rogatio idem.
Præceptum. Iussum.
Lege cautum, Sancitum.
προσταγμα. Consultum.
Imperium. Senatu consultum.
ἐντολή, ἐπίταγμα.

cruell commandements

Imperia Manliana.
Phalaridis imperium,
Zaleuci lex prouerb. pro edicto mãdatoq; plus satis rigido, parumq; humano.
Iugum durissimum, in Bibliis.

to publish, to make or set foorth a commandement or Proclamation.

Indicere, præscribere legem.
Edicere, seu edicto præcipere.
Facere plebescitum, senatus consultum. ferre legem. Imperare, εἰσφέρειν νομόν.
Legem instituere, constituere, promulgare, sancire componere, imponere, scribere, iubere.
Rogare legem. Sciscere.
Leges tradere, Mandata dare, *to set foorth.*
Rogationes scire.
Decretum facere, interponere.
Ponere decretum. Iubere.
Decernere. Statuere
Statuere decretum, apud Hieron.

to commence an action vide *to Sue the lawe.*

to commend one friend to another.

Sic eum tibi commendo, vt maiore cura, studio, sollicitudine animi nõ possim.

Quanti te facio, quanti es apud me, quanta mea est erga te obseruantia, quantum tibi tribuo, tibi defero pro mea de te opinione, pro animo, volũtate, studio in te meo, peto à te vt hominem suscipias, complectere, toueas, in tuis habeas.

Vt eum mea causa, tua authoritate, conseruatum velis, cures vt ex hac mea commendatione mihi quam maximas agat gratias.
Vt intelligat hanc meã commendationem sibi apud te, maximo adiumento, & ornamento fuisse.
Eum (si me diligis) eo numero cura vt habeas, quo meipsum.

to commit or leaue the matter vnto God.

Diis permittere, committere.
Deo fortunæq; committere.
Permittere diuis, apud Horat.
Dare se fatis, apud Virg.
Ioui fuerint hæc omnia curæ.

to commit a great or haynous fact.

Conficere, patrare facinus.
Admittere, perpetrare, committere, edere, designare facinus indignum, flagitium, noxam, turpe aliquid.
Facere facinus indignum se aut suo genere.
Facere capital, id est, facinus capitale, Plaut.
Facere nefas, scelus, flagitium.
Committere, edere facinus, scelus in patriam.
Quod scelus, quod facinus parricida non ædidit.
Immanes æquare crimine Cacos.

it is common, or vulgare.

Protritum. Tritum.
Triuiale, Vulgare.
Vulgatum. peruulgatum.
Populare. promiscuum.
Commune. Quotidianum.
Passim obuium, ἐγκύκλιον.

a common Prouerbe or saying.

Prouerbium. Diuerbium.
Adagium vel Adagio.
Vetus verbum.
Vulgi fabula, dicterium.
Dictum celebre, celebratum.
Vulgo iactitata sententia.
Populi dispersa per aures fama.

Commonly for the most part, euery where.

Passim. vulgo.
πανδημεί.
Plerumq; aduerbi. Populariter.
Ab vniuerso populo.
In compitis, triuiis.
Publicè. Publicitus.
Triuialiter.
Vt Plurimum.

Commoditie, vide Profit & Pleasure.

Commodious, vide Profitable.

a commotion or Sedition.

Seditio. Factio.
Conspiratio. Motus.
Tempestas. Perturbatio rerum.
Rerum nouarum molitio.
Tumultus Turba.
Turbatio. Dissentio.
Commotio Controuersia.
Dissidium. Scisma.
Diuisio. Discordia.
διχόνοια, διχοστασία.
Coitio arcana & factiosa pactio.
Tyria maria, prouerb. pro ingentibus turbis, re admodum tumultuosa.
Et ἀναρχία Græcè, significat populi rebellionem, contumaciam, quũ nullo principe tumultuantur, nulli parens, pro sua libidine rem gerens, vide Sedition.

a great companie,

Turba. Agmen.
Multitudo. Cohors.
Caterua. Phalanx.
Cætus. Turma.
Grex. Frequentia
Multitudo.

companions, Fellowes, Mates.

Sodales. ἐπιυνάτοι.
Quos ego dilexi fraterno amore sodales.
Contubernales.
Commilitones. Socij,
Compares substantiue.
Consortes.
Comites, apud Luca. pro sociis.
Sub eodem papilione versantes.
Comites & socios sæpe coniungit, Cicero.
Collegæ socii etiam sunt, sed in dignitate aliqua.
Sed complices in malo, in scelere, participes, societate scelerum obstricti, *of one sort or companie.*
Eiusdem farinæ.
Eiusdem factionis.
Ex eodem grege,

to compare, vide *to Liken.*

not comparable to him.

Non est cum illo comparandus, conferendus æquandus, coæquandus, æquiparandus,

a comparison, vide *Likenesse.*

to haue compassion or mercie, or to take pitie,

Compati, Condolere.
Misereri. οἰκχείρειν,
*Mi*serari & commiserari.
Miserescere, *Mi*seret me tui,
Commoueri, Moueri misericordia, valde moueri.
Respicere & solari iacentem,
συμπάσχειν, misericordia capi. Cic.
Tuo mœrore maceror, macesso, consenesco, & tabesco miser,
¶ Contra, Viscera, cor claudere, egeno, inopi non misereri.

to compasse a matter in few words,

Dicta summatim colligere,
Summam conferre,
redigere in summam.
Recapitulare,
Capita rerum summatim repetere, summatim illustrare
Paucis sententiæ rationem reddere,
Conferre rem in pauca,
Paucis absoluere, concludere,
Summa rerum decerpere, vno fasce complecti. prouerb *to touch the ground of the matter.*
Ne quæ sunt infinita prosequar, summatim dicam,
Rerum summam quam potero, paucissimis perstringam. Multa prætermittendo, coronidem inferre.
Summam rei in pauca conferre.
Rerum capita strictim persequi, non longis laxisq; uerborum peristromatis orationem perducere.
Ad capita redigere,
ἀνακεφαλειοῦν,
Fusius sparsimque dicta, paucis repetere,
Perorare id latinis dicitur. Et epilogum texere,

to compasse about.

Circundare. Circumire,
Vallare. Circumfundere,
Ambire. Vide, *to enuiron,*

to compell to constraine.

Perpellere Pertrahere:

Cogere. Adigere.
ἀναγκάζειν. Vim facere.
Compellere. Impellere.
Vrgere. Protrudere.
προβιβάζειν.
Obtorto velut collo vel mento trahere, pertrahere, id est, volentem, nolentem ad aliquid perpellere agendum.

to Compesse, vide *to Dung.*

to Complaine, to Lament.

Queri deponens. Conqueri.
δεινὰ ποιεῖσθαι, μέμφεσθαι.
Deflere in sinu amici. Plin.
Ægrè ferre. Lamentari.
Ponere, deferre querelas, querimoniam deponere.
Effundere questus.
Edere, Sonare.
In querelarum vocem erumpere.
Querulari. Queri iniuriam fati.
Rumpere questus, querelas pectore.
Questibus semper nouis fatigare.
Questus dare pro conqueri.
Peragere querelam.
Quiritare vel quiritari.
Replere querelis.
Canere de Telamone, prouerb.
Implere vlulatibus.
Crepare pauperiem, id est, conqueri super pauperie.
Querelas meditari.
Querelam, querimoniam habere.
Deplorare Expostulare.
Querelas habere. Queri grauiter absolutè, apud Cic.
Supprimere querelas, Interrumpere.
Mœstis loca questubus implet, Virgilius.
Querela venit, incidit minor verbo.
Querela venit antediem, quæ est intempestiua.

Complaining, vide *Mourning.*

a Complaint, a Lamentation or mone.


Querela. Querimonia.
Questus. Eiulatus.
Fletus. Gemitus.
Lamentatio. Questio.
Conquestio. μομφή.

complexion.

Temperatura naturalis, quam complexionem vulgus dicit.
Temperamentum, temperatura corporis.
Naturalis constitutio.
Conglutinauit hominem natura optimè.
Habitudo, habitus corporis. ἕξις.
κρᾶσις τοῦ σώματος.
Constitutio corporis a L. Viue vocatur.
Tenellæ constitutionis, *Tender, nice.*
¶ Bona corporis constitutio.
Corpus bene constitutum, optimè compactum, *of a strong complexion.*

to Compose, or to make any meeter, or prose.

Numeris astringere. Cogere verba in pedes.
Ludere numeris, modis.
Fundere versus, orationem, apud Cice. Tusc. 1. pro largiter vel abundanter præbere, componere, fœlici quadam componendi promptitudine.
Carmina edere.
Canere, Poetæ dicuntur carmina cōdentes, ᾄδειν. Græcis similiter, id est, cantare quod propriè poetarum est.
Volumen efficere, condere, Cic.
Laborare aliquid dignum chartis.
Condere poema, quod vulgus versificari dicit.
Cudere.
Excudere, Fingere, Effingere.



Elucubrare. Elaborare.
Scribere librum, ἐκπολυπραγμονῆσαι.
Confingere. Pangere versus.
Condere carmen. πλέκειν.
Componere, conficere, scribere, facere poema, versus, libros.
Deducere versus. Horat.
Temporario ludere spiritu.

to conceiue, vide *Engender.*

to Conceiue, vide *to Imagine.*

Concord, vide *Agreement*

to condemne to death.

Mortis sententiam dicere, proferre.
Nigrum præfigere Theta. Persius.
Damnare. Condemnare.
Addicere supplicio.
Adiudicare morti, neci, supplicio crucis, suspendio.
Morti addicere.
Damnare rei capitalis, capite, vel capitis.
Mortis sententia damnare.
Extimæ neci tradere.
Nigris coruis damnare in escam.
Indicta causa damnare.
ἐρεῖν ἐρήμην δίκην.
¶ Capitali sententia damnari.
Iudicum sententiis ad capitale supplicium condemnari.
Capitalem accipere sententiam.
Offendere iudices. Cic.

Conduits, vide *Riuers.*

to confesse, to acknowledge, to Grant.

Agnoscere. Testari.
ἀνομολογεῖσθαι. Concedere.
Audire, quamuis aliquando iungantur, audio & fateor.

to confesse his sinnes or faults.

Confiteri. ὁμολογεῖν.
Culpas solenni Papistarum more sacrifico fateri, agnoscere.
Mentis vulnera aperire.
Pandere secreta pectoris.
Exomologesin facere.
ἐξομολογεῖσθαι.
Confiteri crimina, errata admissa.
Exonerare conscientiam.
Auricularem facere confessionem.
Sacerdoti scelera commissa fateri.
Scelerum sentinam purgare.
Expurgare vetus peccatorum fermentum.
Profundere, effundere in sinum, in aures fratris tui per humilem cōfessionem quicquid noxarum assiduitate peccandi contraxeris.
Confessione crimina detegere.
Flagitium secreta confessione declarare, agnoscere.
Detegere conscientiam, commissa, pondera peccatorum prementia, exitialia scelera.
Depellere corpore næuos.
Turgēs sanie pectoris hulcus rescindere, reuelare sacerdoti.
Cordis orisque confessionem posito pudore ingenuè facere.
Peccata diligenter excussa sacerdotum auribus censenda deponere.

to confiscate goods, to make forfet.

Confiscare. Proscribere.
Committere apud iurisconsul.
Facultates in regium fiscum redigere.
Repertis titulis opes in principis cōuertere fiscum.
Bona omnia, facultates adimere.
Prædia in publicum committere.

In publicum addicere,& Grece ταμείῳ προσκυροῦσθαι. Ærario applicari dicitur.
Addicere fortunas,bona alicuius proscribere
Prædia bonaque fiscus tradere dicitur.
In publicum ærarii ius redigere facultates ex condemnatione.
Publicare. Cicero·
Bona eius censeo publice possidenda.
Ad fisci ius sociare.

to confute, vide *Ouercome.*

a Congregation, an Assembly or great company of men or people.

Cœtus.Multitudo.
Frequentia.turba.
Numerus.Concio.
Conuentus.Comitium.
Conuenticulum in malum frequentius accipitur,pro conuentu sceleratorum,flagitiosorum.
Congregatio Plebs.
Populi coaceruatio.
Desperata plebis fex.colluuies vulgus ignobile,mobile,quod semper mutatur cum principe,inconstans,clamosum.
Fex vulgi,opificum. Infimates.
Imperita incondita multitudo cuius plerumque opinio, tantum a veritate distat,Platone & Seneca authoribus,quantum ea quæ absunt maxime.
Populus quem Horatius Platonem sequutus vocat Beluam multorum capitum,& ne micam quidem salis in toto habet pectore,qui beluæ illi placere studet.
Dominus polycephalus.

to Conquer a Realme or a countrey, vide *to Winne.*

to haue a burdened or a gnawing Conscience.

Habet conscientiam mille peccatorum morsibus quasi stimulis vulneratam.
Perpetuis agitari mordacis conscientiæ stimulis quod vulgo dicitur
Remorsum habere conscientiæ,
Pondere conscientiæ premi.
Conscientia stimulari,morderi grauissime excruciari,angi,agitari, torqueri,grauiter mirifice diuexari.
Mors & iudicium quoque dicuntur
Pectora turbulentissimis terrorum Procellis perturbare,accerrimis anxietatum arietibus quatere,oppugnare,patrati sceleris ream conscientiam validissimo ariete concutere.
Vermis conscientiæ qui nunquam moritur,in sacris,Theologi quidam Synteresim vocant.
Infestissimus conscientiæ remorsus
Conscientiæ carnificina, remorsus Perpetuus,surdum verber.
Conscientia exulcerata scelerum multitudine exagitata, impiosque Vrgens.
Malefacti conscientia.
Nocte dieque suum gestans in pectore testem. Iuuena-
conscia mens sceleris pauido sub pectore semper,Vltrices patitur furias.
Fœda scelerum colluuie temerata cōscientia
Alastor,Nemesis,faces scelerosis immittens,malorum conscientiam surdo verbere cædens,vt est apud Iuuenalem,& perpetuis stimulis sollicitans animum,vermeq; nunquam morituro rodens.
Afflictæ conscientiæ quis esse dicitur quem reatus malæ conscientiæ exagitat,apud quem relinquit vestigia

gia pœnitudinis remordentis conscientiæ.

to consecrate, vide *Dedicate*.

to Consent, to Agree.

Conuenire. ἐφαρμόττειν.
Concordare. Cohærere.
Sine controuersia esse.
Congruere. suffragari.
Consentire. Assentiri.
Quadrare. Consonare.
Sensus quoque dicuntur Congruere, Cice.
Nostri sensus vt in pace semper, sic in bello etiam congruebant. Idem
De amicitia omnes vno ore consentiunt, omnes vnum idem sentiunt.

of one Consent, Minde, or Opinion, to Approue.

Adstipulari. Suffragari.
Adhærere. Subscribere.
προστιθένει cum datiuo.
Adsentiri sententiæ.
φέρειν ψῆφον. Acclamare.
Accedere sententiæ, & ad sententiam
Concurrere in sententiam, Cice.
Adprobare & comprobare sententiam.
Vna mente consentire, Cice.
Consentire. Idem sentire.
Approbare. Concedere.
Admittere. Addere calculum, vel adiicere. ἐπιψηφίζειν
Pedibus manibusque ire in alicuius sententiam.
Digitum tollere, quod hodie quoque Suffragantis & annuentis signum est
Consentiunt, concinunt sententiæ nostræ, nihil a tua mea distat, dissentit, discrepat opinio.
Idem sentimus, a tuo iudicio mea sententia non abhorret.
Idem sequimur, idem est vtriusque sensus
Dulce tibi inter nos nulla est, dissensionis aut controuersiæ nihil.
Idem sentio quod tu, meus cum tuo sensus congruit, confirmat nihil tuum probatur.
Hæc mihi tecum conueniunt.
Probare. Recipere.
Album addere calculum.
λευκὴν ψῆφον προστιθέναι apud Lucianum.
Adscribere, apud Ciceronem
Assentire voce actiua apud Cice. sed rarius quam assentiri sententias.
Eiusdem esse opinionis, sententiæ.
Concordare. συνᾴδειν.
Omnium calculis, punctis, suffragiis, & vno ore approbare.
Toto Corpore, manibus, pedibusque in sententiam discedere.
Nam vt scribit Flauius Vopiscus, in porrectione quoque manuum sententia comprobabatur.

of great consequence, vide *Weight*.

to Consider to Take heede, to giue good eare.

Animum intendere, aduertere.
Animaduertere διανοεῖν.
Aduertere Attendere.
Adhibere mentem animum alicui rei
προσέχειν ἐπέχειν τὸν νοῦν καὶ τὴν γνώμην τούτῳ
Aurem admouere. Pensitare.
esse auribus purgatis, pensare.
Animum applicare.
Omnes cogitationes, animi vim intẽdere.
Intendere. Considerare.
Diligenter considerare, percipere.
Animo lustrare, Pensiculare.
animi neruos intendere. Librare.
Attente audire. Notare
Aures accommodare. Trutinare.

Attendere ad rem aliquam.
Diligenter & attente expendere.
Attentum se præbere Cogitare.
Corde percipere.
Reputare in animo.
Arrectas aduertere aures.
Intentis, arrectis stare auribus.
ἐπακουσεῖν. Auscultare.
Auscultare auribus arrectis, purgatis
Arrigere, arrigere aures.
Coricarum agere
Commodare operam auribus.
Facere aucupium auribus, Cicer.
Vigiles monitis aduertere mentes
¶ Cernere.
Videre oculis, emphatica.
Cernere oculis, animo vel mente, vide *to Muse*.

Consider what you are, vide *know your selfe*.

to Consider diligently, vide *to View, to Examine*.

Constant, vide *Stable*.

Constancie.

Fides. Fidelitas. Constantia.
Stabilitas Immutabilitas

to Constraine, vide *Compel*.

to Consult, to Deliberate, to take aduisement.

Consulere. Consultare.
Deliberare. Concipere animo.
Consulere quid facto opus sit.
Consilia agitare, & communicare inter se.
Pertractare.
Capere, inire consilium.
Constituere, instituere, cogitare cum animo vel in animo, est deliberare.
Quid facto opus sit in medium conferre
Consilii capiedi vel deliberandi causa conuenire.
In abdito consilio agitare de euertedis diuitum fortunis.
Capita, consilia conferre, apud Senecam & Terentium.
Consiliari, apud Cic. ad Att. 35 significat etiam consulere vel deliberare.

to Consume to Spend, to wast riotously.

Patrimonium decoquere.
Ligurire. Profundere.
Fortunas suas, bona patris abligurire, effundere.
Haurire.
Absumere omnia. Vorare.
Omnia ventriculo donare.
Conficere bona pro dilapidare.
Dimittere in viscera censum, vt vulgus loquitur.
Gallorum gallinaceorum incusare Ventrem, prouerb. quod huic animanti venter sit mirifice calidus.
Diu quæsita & summa congesta solicitudine præcipiti effusione dilapidare, & quadam absorbere voragine, apud Ambro.
Conturbare acceptam pecuniã, nummos, rem.
Fundatam paternis auitisque opibus domum exhaurire Quin.
Quod per scelus adeptus sit, id per luxuriam effundere atque consumere Cicero.
Exhaurire. Prodigere.
Dilapidare. Perdere.
Deuorare pecuniam omnem.
Heluari. Consumere.
Cice. Iacturam patrimonii facio, rem Familiarem dilabi sino, patrimonium effundo
Dissipare. διασκεδάζειν.
Indulgere popinis.
Per luxum & voluptatem consumere.

Dispergere opes.
καθαδυθεῖν Consumere.
καλλασαπύειν. Detrigere.
Edere, bibere, remq; omnem disperdere confringere.
Corrumpere rem familiarem. Sallu.
atterere opes.
Rem stringere.
In luxum insumere.
καταναλίσκειν. Insumere.
Conficere argentum alterius pro consumere, *to Spend.*
Erogare. Expendere.
Expenere, pro expendere.

to Consume one, or to make one Poore.

Comedere aliquem, abligurire.
Exedere aliquem. Inopem reddere.

to Consume, to Wast, to Weare out.

Terere. Atterere.
Absumere. Consumere.
Exterere. Obterere vestigia.
Calces deterere. Vsitari.

Consumed with sorrow.

Contabesco, consumor, conficior, perimor dolore mærore, cura sollicitudine, anxietate, angore.

a Consumption or wasting of the body.

Phthisis φθίσις. μαρασμός.
Tabo. Tabes. Marcor.
Corruptio. Macies. Flacciditas.

Consumed or corrupted with corruption.

Phthisici. φθισικοί.
Tabidi. Tabifici.

a Contagious, corrupt or infectious sicknesse.

Contagium ἀλισγημα.
Contagio. Contagies. Lues.
Vicini pecoris contagia lædunt Virgilius
Morbus contagiosus, attactu serpens contactu, afflatu nocens.

to Contemne, to Reiect, vide *to Dispise.*

Contemned, Despised, Reiected.

Abiectus. Contemptus.
Nullo iam loco sum nullius pretii, ordinis.
Despectus.
Postremæ conditionis sum.
Iacens. Summissus.
Nullius dignitatis uel frugis.
Abortiuum se vocat Apostolus. 1 Cor. 15. id est hominem contemptum, proiectitium, & fœtum abortiuum, vide *vvicked.*

to Content or satisfie.

Satisfacere. Obsecundare.
Complacere. Satiare.
Explere. Morem gerere.
Obsequi. Gratificari.
Inseruire. Gratum facere, vide *to Pay.*

I am Content

Placet vtique. Perplacet
Placitum est. Non displicet.
Percupio. Fiat.
Boni consulo. Cordi est mihi.
Amplector, accipio conditionem.
Audio, apud Terentium.
Non recuso.
Gratum habeo, in bibliis.

Contentions, or Strifes in words: subtill Disputations.

Verborum

Verborum pugnæ, Conflictus,
λογομαχίαι, Conflictiones,
Controuersiæ. Contentiones,
Aristotelis contentiosi syllogismi,
Disceptationes ineptæ, frigidæ, friuolæ
Velitationes, Quæstiones,
Argutiæ, Captiunculæ,
Chrysippeæ subtilitates,
Arguta sophismata,
Sophistica argumenta magna contentione disputata,
Vana dialecticorum garrulitas,
Digladiationes hostiles fere.
Tergiuersationes,
Cauillationes,
Argutationes sophisticæ,
Rixæ. Discordia,

to continue.

Perseuerare, Perstare,
Persistere, Manere.
Immorari,

Continually, Still, Incessantly, neuer ceasing.

Continue, Assidue,
Sedulo. Indesinenter, Iugiter,
Semper, ἀεὶ διαπαντὸς,
Noctu diuque, Nocte ac die,
Sine interpellatione, intermissione,
Continenter, Quondam pro semper apud Virg,
Omni tempore,
Vsque, Nullo tempore non,
Perpetuo ac perpetuum, perpetim aduerbia,
Noctes ac dies,
Æternum, Virg,
Nocturnis diurnisque horis,
Nihil aliud quam,
Nunquam non, *vide, Alwaies,*

Continuall, long During.

Diuturnus, Continuus.
Perpetuus, Perennis.
Assiduus, Iugis,
ἐπιμήκης ὁ, Longi, longinqui temporis,

in continuance of time vide *by Length of time*

Contrarie, vide *Against, Duers.*

Contrarie to your letters,

Hoc non est tuis literis consentaneum,
Non conuenit, non consentit, non congruit, non quadrat cum tuis literis.
Discrepat, abhorret a tuis literis,
Alienum est a tuarum literarum sententia.

Contrarie to my opinion, vide *Otherwise, &c.*

Contrarie things, vide *Misfortunes.*

Contrariwise.

E contra, E contrario.
E conuerso, Rursus,
Rursum, E regione,
E diuerso. Ex proposito,

a Cōtrouersie, vide *Discord*

a Couenant of peace, vide *League.*

Conuenient, vide *it Becommeth.*

to Conuert, to call backe, or to turne.

Reducere, reuocare in viam, in viam rectam salutis: ab auito errore, ad

bonam, meliorem frugem, in viam planè regiam.
Conuertere ab errore, in sacris.
A vitiis reuocare.
Ad sanam mentem deducere a praua.
Ab errore amice abductum, ad bene beateque viuendi rationem traducere.
De tænariis faucibus ad statum reducere salutis.
Institutis optimis à superstitione ad veræ pietatis cultum traducere.
Deducere errore. Cic.
Auertere, reducere ab errore.
Errorem eximere, depellere.
Leuare aliquem errore, de voragine impietatis. *Leo*,
Animis auditorum superstitiosas eximere opiniones, hæretica reuellere dogmata.

to Conuince, vide *Ouercome.*

a Cooke.

Cocus, seu coquus. μάγειρος.
Popinator. Opsopœus
ὀψοποιὸς ὀψοδαίδαλος.
Obsoniorum instructor.
Magirus, Archimagirus, *the chiefe Cooke.*
Thermopola, *A Cooke that selleth hot meate*
Thermopolium. *a place where Cooks dwell.*

Cookes Latine.

Oratio inconcinna, non nisi popinis meritoriisq; tabernis & nugalibus triuiis scripta.
Inter meritorii & popinæ professores primam sibi vendicans elegantiam, multam celebritatem.

a Cuckold-maker, vide *Adulterer.*

to Coole the heate vide *to Quench.*

to Copie out, vide *to write out.*

Copiously vide *Abundantly.*

Copper, Mettall, Brasse.

¶ Aes. κύπριος, χαλκός.
Cyprum, aut rectius vt nonnulli volunt, Cyprium absolute.
Orichalcum.

made of Copper, &c.

Aereus. Aheneus.
Ahenus. Cuprinus.
Cupreus. Orichalceus.
Corintha vasa.

a Corde, vide *Rope.*

Corne, or all kinde of graine as, VVheat, Rie, Barly Otes, &c

Res frumentaria.
Ceres, pro fumento.
Annona, media producta vnius anni frugum prouentus, neque frumenti tantum, sed aliarum quoque rerum.
Instar formicæ colligere farris aceruum in futuram hyemem.
Fruges, Cerealia dona.
Frugum seu fructuum prouentus.
Fructus. Messis.
Prouentus frumentarii. Soli.
Segetes. Dona Cereris.
ἀνήμεροι καρποί.
Cerealia, hoc est legumina, & frumenta.

to correct, to Amend, to Peruse, to Ouersee.

Reuisere. Recognoscere,

Tollere, expungere, eradere, sustollere mendas.
Emendare.
Deprauata restituere.
Vnguibus vti. Corrigere.
Obelis notare. Lima vti.
Aristarchum agere,
Apices, verbaq; singula euentilare.
Librare, & expendere sententias,
Elimare. Exponere Epistolam.
Ad limam, sub incudem reuocare, referre.
Restituere. Instaurare.
Censuram peragere.
Repurgare à mendis, veterum collatione codicum.
Scobinam adhibere.
Aristiarchicha virgula repurgare.
Ad seuerum vnguem excutere,
Purgare a næuis.
Emaculare.
Natiuo germanoq; decori restituere
Purgare mendis, interituque vindicare.
Retexere orationem, Cic.
Sanctos veterum labores ad antiquũ reuocare nitorem.
Perperam addita diligenter reponere, summa cura restituere deprauata.
Recudere carmen, epistolam,
Discutere tenebras è iure ciuili reducta luce.
Retractare librum, opus.
Reducere sub limam, incudem.
Incudi reddere. refingere, recoquere mutare metaph.

a Correction *or Amending.*

Recognitio. Correctio.
Restitutio germanæ veræque lectionis.
Lima. Castigatio. Censura. *Vide punishment.*

a Corrector.

Castigator acris iudicii.
Recognitor. Restitutor.
διορθωτής. Elimator.
Aristarchus, prouerbialiter.
Mendarum liturarumqne erasor,

to Correct, *to Reprehend, to Rebuke.*

Corripere. Corrigere.
ἐπιλαμβάνεσθαι. Obiurgare.
Carpere. Taxare.
Reprehendere, Damnare.
καταγινώσκειν.
Dare verba dictis.
Redarguere. Increpare.
Culpare. Arguere.
Castigare, est verbis propriè reprehendere, *Vide, punish.*

Corruption, vide *Matter.*

to Corrupt, vide *to Marre.*

Cosen, vide *Kinsman.*

to be Cosens.

Contingere aliquem cognatione
Sanguine iungi.
Arctiori sanguinis vinculo, tertio vel quarto propinquitatis gradu contingere.
Attingere aliquem sanguine, cognatione.
Cognationem habere cum aliquo.
Consanguinitate propinqui. Virgil.
Genere proximus.

Costs, vide *Expences.*

a Cottage, vide *Lode.*

a Couch, vide *Bed.*

Couenants, vide *Promises.*

to couer, to keepe close, to Hide.

Operire. Contegere.
Premere, apud Virg. abdere.
Tegere, Recondere,
Occulere. Condere.

Velare

Velare. Celare.
Obtegere. Supprimere.
Occultare.
Tenere, apud Virg.
Abscondere.
Obducere velum, velamen.
Cooperire. Obuoluere,
Obumbrare. Inuoluere.
Obnubilare. Obducere.
Obnubere caput, comas protegere,
σκεπάζειν καλύπτειν.

a Couer, a Couering, or a Lid.

Tegmen, Tegimen,
Tegumentum. Operculum.
Operimentum, Opertorium.
κάλυμμα ἐπίθημα.
Velum. Velamen.

a Couerlet, or Couering on a Bed.

Operimentum.
Stragula & Stragulum. στρωμνή.
Stroma. Textile, stragulum, magnificis operibus pictum & plenum artis argentum.
Strata & instrata.
περικαλύμματα.
Opertoria lectorum.
Peristromata. Stramenta
Centones. Lectisternia, vulgus pro eodem vsurpat.

to Couer the head, to put on the cappe.

Tegere caput, verticem.
Operire caput.
Adoperire.
Pileum induere.
¶ Capite sis operto, *Be couered.*

to couet, to desire.

Cupere, Concupiscere.
Auere. Expetere,
Appetere. Desiderare.
Gliscere. Gestire, Ambire.
Affectare, *Vide, to desire.*

Couetous, a Niggard.

Auarus, φιλάργυρος.
Tenax. Triparcus. Plaut.
In sinu manum semper habens.
Parcus. Perparcus.
συκοπεριάστης κυμινοπρίστης.
Fici & cymini sector.
Sordidus. Ad rem attentus.
Rhypocondylos.
ῥυποκόνδυλος κερδοφάγος.
Fæce aut lampsana victans,
Patroclo sordidior,
E Patrocli domo qui venit,
Magnas inter opes inops, Hor.
Euclio Plautinus,
Insatiabiliter auarus & artifex egregius emungendarum cum è clerotum à populo pecuniarum,
Cupido ad maximas sibi comparandas opes animo.
Turpi pecuniæ studio & infinita lucri cupiditate ductus.
Qui tenetur siti pecuniarum, diuitiarum, auri, argenti,
Alieni appetens,
Pecuniæ cupidus,
Sui nimium tenax,
Deparcus pro nimium tenax, apud Apul.
Nummarus apud Hier. quasi nummis deditus,
Ob incertas irrequietus opes,
Sola parandarum quem cura fatigat opum.
Vndique lucrum captans per fasque nefasque,
Fraudans genium,
Inexplebile dolium, Durus,
ἄπληστος πίθος, Difficilis,
Luto lutulentior. Illiberalis,
Monophagus, Inhospitalis,

Couetousnesse.

Tenacitas, Auaritia & Auarities ei.

Phi-

Philargyria, φιλαργυρία, pecuniæ studium quam nemo sapiens concupiuit, ait Salust.
Auri, Argenti cupido, vel cupiditas inexplebilis.
πλεονεξία. Parcitas.
Opum furiosa cupido, Ouid.
Sordes metaph. Auiditas.
Insatiabilis, inexplebilis habendi cupido.
Sitis vel amor habendi.
Philargyria in mundo plane regnat, perfasque, nefasque ad aurum itur.
Dira habendi fruendique fames qua cupiditas humana explere ingluuiem suam nequit, Budæus.

to giue Counsell.

Consulere cum datiuo.
Consilium dare, Instituere.
Adesse alicui consilio. Suadere,
Consilii copiam facere. Admonere,
Consilium conferre, exponere, explicare, narrare, indicare, promere, impertire.
Hortari. Adhortari.
Cohortari. Suadere.
Præbere & adferre consilium.
Βουλεύειν cum dat. itidem apud Græc. quemadmodum apud Lat. consulo in hoc significato.

to aske counsell.

Consulere cum accusatiuo:
Consilium capere, petere.
Rationem inire.
Rogare in aduocationem, consilium.

to Counsell to the contrary, vide *Dissuade.*

the Counsell or Counsellours.

Senatus. Βουλή.
γερουσία. Magistratus.
Consulares viri.
Ordo Senatorius.
Amplissimus ordo pro ordine senatorio aliquando ponitur.
συμφράδμονες.
Consiliarii. Senatores.
Patritii, Laticlaui.
Consilium propriè prudentum & consiliariorum conuentus est.
Curia pro hominibus curiam frequentantibus, & remp. curantibus nonnunquam accipitur.
¶ Apocleti. Ἀπόκλητοι.
Consistoriani apud Ambr.
Sanctius consilium quod priuatum etiam & secretum consilium dicitur.

the priuie Counsell.

Ab intimis consiliis.
A consultis abditis.
A secretis arcanis.
A sanctiore consilio.
Consilium Amphyctionicum.
Conuentus Areopageticus.
Frequens ac solennis præcipuarum ciuitatum & prouinciarum consultatio, a *Parliament.*

the Counsell Chamber or house.

Consilii locus.
Curia. ἀρχεῖον.
Conuenticulum senatus.
βουλευτήριον, Domus consultum.
Prætorium. Synedrium.
συνέδριον.
Senatoria domus, curia.
Augustale.

to assemble the Counsaile.

Cogere consilium, senatum.
Efficere frequentem senatum, apud Cic. pro congregare.
¶ Concilium dimittere, missum facere, cœtum, conuentum soluere, *to raise vp the Counsaile.*

to counsaile the profit of the common wealth.

Consulere, consultare reip. Sall.
Suadere quod commodum est.
Consulere in commune apud Terent prospicere.
Cuncta ad publicam omnium vtilitatem referre. Remp. pluris facere quam commoda priuata.

by your Counsaile, Aduise or Persuasion.

Tuo hortatu, Tuo instinctu.
Te hortatore Te instigante.
Tuo suasu, Tuo persuasu.
Tuo consilio.
Te consultore, consiliario.
Te authore. Te suasore.
Abs te persuasus
Tuo impulsu. Te impulsore.
Tuo ductu, Tuo inductu.
Te bonum auspicium dante.
Te fortunante & adiuuante.
Te auspice.

Counterfaiting colour, for to beautifie the face.

Pigmentum. Fucus.
Cerusa. ψιμμύθιον.
Ancusa, ἄγχουσα,
Purpurissa vel purpurissum,
Nitella,

to counterfait, vide *Falsifie.*

the natiue countrey, where one is borne.

Solum natale, πατρίς,
Paternum, Patrium, genitale solum.
Patria ἐπιγκούσα
Domus paterna,
Patriæ oræ, poeticum.
Lares paterni. Aedes patriæ.
Limina paterna. Patria sedes.
Focus paternus, patrius.
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.
Nos patriam fugimus.
Fumum de patriis opto videre focis.

being in the countrey is pleasant.

Ruri, in agris, cum Rusticis esse, Rusticam agere, degere vitam, periucundum est,
Delectat imprimis,
Iucunditatem habet,
Summæ voluptatis est,
Male affectum animum recreat,
Mærorem fugat,
Mæroris medicina est,

a Cooper.

Vietor, Faber. Vascularius,

Couragious, Bold, Stout, or Valiant.

Animus strenuus, Inuictus,
Magnus, Infractus,
Excelsus, Titanicus,
Vere Herculanus, Achilleus.
θυμὸς ἀγήνωρ,
Animosus, Generosus,
Pyrrhus, Generosior sparta, qui excellenti est animo, εὐγενής.
Magnanimus, μεγαλόψυχος,
Qui animo forti, inuicto, infracto, Firmo pectore,

to take away the courage, or heart.

Emollire, exhaurire robur.
Eneruare, frangere animum, Vires
Tollere animos.
Mentem labefactare huius vitæ ærumnæ & mala dicuntur.
Spem debilitare, Cic.
Dissoluere animum, frequentius in sacris.

to abate in courage, vide *Dispaire*.

to gather his courage, or spirits againe.

Sumere robur vel vires.
Recipere animum, suscipere, colligere, augere, Tollere.
Animos facere. Instaurare animum.
Capere animum pro induere, Cic.
Patrium animum virtutemque capiamus.
Deijcere metum per virtutem, Cic.
Calamitate accepta meliores animos habuit, quàm vnquam rebus secundis.
Pallor abit, subitæ veniunt in corpore vires.
Quantum dederis mihi pectoris.
Redit in præcordia virtus.
Suscitare vim. Virtutem accendere.
Incendere vires, Dare animum.
Reuocare animos, mœstumque timorem mittere.

a courriour, vide *Tanner*.

by course, vide *by Turne*.

courteous, Gentle, Gracious.

Comis Clemens. Lenis.
Placidus. Gratus. Propitius.
Mollis. Tractabilis. Dulcis.
Mitis. Gratus omnib. Benignus.
Gratiosus. ἐπίχαρις.
Acceptus. Affabilis, Facilis.
Blandus, Facetus Felle carens.
Homo festiui sermonis.
Suauis. Iucundus. Mansuetus.
Dulcis eloquii. Lenis.
Cuius moribus nil esse potest mellitius. charus omnibus.
Omnibus probatus & dilectus.
Suauitate morum, comitate, ac gratia multum pollens, vrgens apud omnes
Qui omnium emeruit fauorem.
Homo quo nihil potest optari suauius aut mellitius.
Amabilis passiuæ significationis est amore vel amicitia dignus, vide *Gentlee*

Courtesie. Gentlenesse, Affabilitie.

Benignitas. Beneuolentia.
Hilaritas. Comitas. Facilitas.
φιλοφροσύνη. Affabilitas.
Humanitas. Probitas.

to make courtesie, vide *to Kneele downe*.

Courtiers, vide *in Pallace*.

a coward, a Dastard.

Ignauus. Imbellis.
Pusillanimis.

Crabbed, vide *froward, Wayward*.

a Cradell.

Cuna κοίτωνίς. Cunabulum.
Incunabulum.

Craftie, Guilefull or full of craftinesse and deceipt.

Callidus. Versipellis.
Versutus. ποικιλόφρων.
Astutus. ἀλωπός.
Vafer. Argutus.
Solers. Punicus.
Fera lybica. Veteratorius.
Veterator, *a Counterfait knaue*.
παλίμπεχτος.
παλίμβολος, Dolosus.
δολομότης. Subdolus. Varius.
Variis instructus dolis. Annibal.
Vlysses, *Dauus* Terentianus.
Annosa vulpes. *an old Fox*
γέρων ἀλώπηξ.
Longa ætate, multaq; rerum experientia callidus, Ingenio & longa

rerum experientia astutus.
Intelligens. Ingeniosus.
Duodecim artium.
δωδεκαμήχανος,
Mirus struendis artibus, dolis excogitandis consuendis,
Magis varius quám hydra.
Vulpinam fraudulentiam referens.
Admirabilis in nectendis machinis, quales feruntur Ægyptii ac Franci.
Tenebrio, onis. Fraudulosus.
Insidiosus. Vulpinus,
Vulpinaris Vulpes.
Fallax.
Pellis vulpina, metaphoricè. Vide *Subtile*.
Veteratorius.
Fraudulentus.
Deceptorius.
Vulpinaris.

Craftinesse, Deceipt Fraud Guile.

Impostura. Fucus. Tendicula.
Fraus, Fraudulentia. Fallacia.
Captio. Sophisma. Fabrica.
Pigmentum metaphoricè.
Insidia. Ars.
Artificium. Dolus.
δολοφροσύνη. Techne. Offuciæ.
Præstigiæ. Astus. αἰθαλοκομπία.
Calliditas, Vaframentum.
Fumi adagialiter.
Sycophantia.
Tergiuersatio.
Astutia. Deceptio.
Versutia. παραγωγὴ ἀπάτη.
Circumuentio.
Lacuna pro fraude, apud Cic.
Sutela apud Plaut. pro consuto dolo, vide *Subtiltie*.

a Craftes-man, vide *Artificer*.

a handy Craft, vide *Occupation*.

Cranes.

Grues. γέρανοι.
Aues palamedis, apud poëtas.
Vipiones, grues minores.
Cæterum tota seu machina illa volubilis qua naues exonerantur & architecti saxa ingentia subleuant, quæ & authore Vitruuio Grus Latinis dicitur, Græcis γεράνιον ἢ γέρανος appellatur: atqui Murmellius Geranionem illud instrumentum nominat, alio nomine tympanum.

a Creator, vide *Maker*.

a man of credite, a sure or trustie man.

Fide dignus. Spectatæ fidei.
Qui certissima est fide.
Probatissimæ fidei.
Conspicuus fide.
Dignus qui cum in tenebris mices.

to cry lowde, to Bray.

Vociferari. Clamitare.
Intonare. Perstrepere.
Edere sonos graues. *Boare*.
Tollere, edere clamores.
Eiulare. Rugire.
Clamorem ingeminare.
Stentoria voce vsque ad rauim: succlamare.
Fremere. Vlulare.
Horrendum remugire.
Clamare, Inclamare.
Exclamare, ἀναφωνεῖν.
Facere clamores, Cic.
Intendere vocem, Cic.
Quantum potero voce contendam.
Iactare vocem ad sydera.
Clamore aures ferire.
Magnis agere clamoribus.

Omnia

Omnia tumultu & vociferatione cõcutere.
Intempestiuos edere sonos.
Exercere clamores multos, vocem.
Efferre clamoribus hiscere, & strepitu ingenti vacua omnia complere.
Personare, buccis typho crepitantibus.
Latrare, pro intentiore voce clamare, apud Cic.
¶ Edicere, declarare, pronunciare, publicare per præconem.

a lowd cryer, a Brayer.

Canorus. Clamosus.
Clarius vociferans.
Obstreperus. Stridulus.
Vocalis. κτμυτὸς.
Argutus. Sonorus.
Claudianum tonitru. Prouerb.
Littus Sarpedonium.
Cyclobori vox.
Clamosior Stentore, lauro ardente,
Exercens clamores multos.
Olympica porticu quam septemuocam tradunt magis vocalis.
Strepitu seu clamore turbulentus.

Crooked, awry.

Curuum. Recuruum.
Incuruum. Curuatum.
Incuruatum. Laciniosum.
Distortum, obtortum, varium.
Retortum. Tortuosum.
Flexum. Inflexum.
Flexuosum. Camuum. Virg.
Numatum. Sinuosum.
Obliquum. Aduncum.
κάμπυλον, κάμπιον.
Meandros præterea obliquitates vocant omnes à Mæandro fluuio sinuosis flexibus.

to crosse or cancell out, or to wash out writings.

Transuerso calamo iugulare.
Spongiam impingere, apud Auson.
Cessare. Expungere.
Liturare, παραγραφειν.
Dispungere. Eradere.
ὀβελίζειν. Obliterare.
Antiquare. Delere.
ἐξερημοῦν.
In spongiam mittere.
Cancellare vulgus dicit, cuius quidem verbi vsus Iurisconsultis frequens.
χαγκελόειν.
Inducere scriptum.
In spongiam reuocare.
Inducto calamo delere.
Imisceris eradere.
Delere penitus.

to crowne, or to giue ouer the crowne.

Dare sceptra, imperium.
Regnum, imperij habenas tradere.
Deferre regnum.
Ponere vel imponere diadema.
Hæreditarium regnum fratri tradere.
Dare copiam amplissimæ potestatis.
Coronare. Redimire.

a Crowne or Garland.

Sertum Corona. Corolla.
Coronula, στέφανος.
Laurea, laureola ex lauro.
Pancarpiæ, ῥοδεία.
Ex rosis facta contexta corolla, rosacea scilicet.
¶ Cingere caput corona, diademate
Premere crinem fronde. Virg.
Redimire.

Cruell, Rigorous, Bitter, a sower fase.

Tetricus, Seuerus. Crudelis,

Sæuus.

Sæuus. Dirus. Trux. Atrox.
Truculentus. Acerbus. Teter.
Nefarius, Crudus, Toruus.
Vecors. Austerus. Efferus.
Immanis. Asper.
Durus. Demea.
Caperans frontem, ac contrahens supercilium tragica seueritudine.
Multa cæde cruentus.
Furere cæde, Cupidus cruoris.
Gaudens sanguine.
Homo insigni feritate.
Corde aspero.
Animus ferox.
Durum à stirpe genus.
Sinapi victitans. *Stoicus.*
Stoicum austeritate vincens.
Qui in antro Trophonij vaticinatus est. ἀγέλαστος.
Ex Academia veniens.
Tertius Cato est, apud Iuue.
Grauis.
Vultus Titanicus.
Atrei oculi.
ἀγριωπός.
Titanicum obtuens.
Naufracton, seu classis more intuens prouerb.
Centauricè, κενταυρικῶς, immaniter, semper torue intuens.
ἀεὶ ἀγορῶν δεινόν, apud Luci.
Gorgoneis oculis intuens.
Ἀρεοπαγίτης. Areopagita.
Patruos sapiens, Lotio seu aceto potatus, vide *Fierce.*

Cruelty, vide *Tyranny.*

a cubit.

Cubitus & cubitum.
Vlna. πῆχυς ἀγκάλη.
Mensura est sesquipedalis, h, e. pedis vnius ac dimidij, seu sex palmarum.
Palmus autem vnus mensura quatuor est digitorum.

a cudgel, vide *a Stick.*

cunduits, vide *Gutters.*

cunningly, vide *Exactly, and Trimly.*

a cuppe, a Goblet, a Pot, a Peece.

Cyphus. Cyathus, κύαθος.
Cymbion. κυμβίον. Calix.
Calix vitreus.
Poculum. pocillum.
Poterium. ποτήριον.
Vasculum potorium.
Crater. Culullus.
Cratera æ, media producta.
Carchesium, Triens.
Cissibium vel cissimbium.
Argenteus puteus. prou. *a great peece.*
θηρίκλειον, vitreum poculum.
Phiala, *a Bolle.*
Phiala Samia, *a stone pot.*
Culullus Suburgensis.
Cirnea, *a Violl.*
Patera à patendo med. corrept.
Cupellum. κύπελλον.
Culigna apud Catonem, pro vase potorio. vide *pot.*

a Cupbearer, or a cupbord keeper.

Pocillator. Pincerna.
οἰνοχόος. Stans ad Cyathum.
A calicibus seu caliculis.
A cyathis. A poculis.
Ganimedes. Pocillator deorum.

cup-shot, vide *Drunken.*

a curate, a Vicar or a Parson.

Pastor. Episcopus.
Animarum curam habens, obiens.
Plæbanus & curatus à plærisque dicitur.
Sacræ ædis rector.
Parochus, πάροχος, med, corr. alijs

parœcus dicitur med. producta ratione dipthongi œ.
Agens pastorem.
Qui præest parœciæ.
Hunc Viues in colloquiis, & Longolius Curionem nominant.

to cure, to Heale, to make Whole.

Mederi. Medicamentum alicui dare ad aquam intercutem. Cic.
Medicinam adferre adhibere.
Facere medicinam morbo.
Medicare, sed in vsu est frequentiori, medicari cum datiuo, vel accusat.
Curare. Sanare.
Curare ægrotos, morbum.
[illegible] tem conferre.
[illegible] ere ægritudinem.
[illegible] are putentes
[illegible] pristinæ valetudini restitue-
[illegible] rationem adhibere.
[illegible] eos exquisitis remedijs [illegible] are.
[illegible] morbum depellere succo.
Corporis firmitatem reddere.
A [illegible] in imis ossibus hærente, læ [illegible] que æstu fibras vitales vrente [illegible] sanum reddere.
A [illegible] infestis febrium paroxysmis liberare, ægrotis subuenire.
Nascenti malo ferre remedium.
Venienti occurrere morbo.
Oleo fouere vsque dum vulnus conducatur in Cicatricem.
Desperatas ægris cito reddere vires.
Redintegrare. ὑγιάζειν.
Consolidare vulnera.
Artus ægros consolidare, apud Paulinum.
Cutem restituere. Locum vlceratum integrè & in integrum restituere, quod inducere Latinis dicitur, ἐμπλάττειν.

to cure wounds, vide *to Heale wounds.*

to curse, to Banne, to Excommunicate.

Excommunicare. Separare.
Communione priuare.
ἐκκηρύττειν.
Spirituali gladio putridum mēbrum resecare.
In reprobum sensum prolapsos, anathematis flagello castigare.
Ecclesiæ consortio expellere.
Extra Ecclesiam eiicere, deturbare.
Satanæ tradere in interitum carnis.
Excommunicationis mucrone ferire, vinculo grauare, obligare.
Ab ecclesia, à sacramentis, & communione fidelium pellere.
A sacris, immò ab ingressu templi arcere.
Excommunicationum exercere tela.
Sacris eliminare ædibus.
Anathemati deuouere.
In contumaces & obstinatos fulminare excommunicationem.
Ecclesiasticis censuris in rebelles animaduertere.
A communione ecclesiæ separare.
Anathemate percutere, ferire.
ἀναθεματίζειν.
Sanctorum consortio eiicere.
Interdicto subiicere.

to curse, to VVish ill.

Diras imprecari. Detestari.
Deuouere. Malè precari.
Diris omnibus figere, prosequi, excipere.
Sacrare aliquando pro deuouere ponitur, Malè dicere.
Exitium imprecari. Malè optare.
Precari, exoptare pestem alicui.
Diris agere, apud Horat.
Execrari deponens.
Tristibus omnibus persequi.
Diris deuouere atrocissimis.
Virus omne in aliquem euomere.
Agere in malam crucem,

Maledictis incessere.
Imprecari debilitates, naufragia, mores Quint.
Iram in Deum diuosque innoxios obuertere.
Furias atque intemperies ciere.
Maledicta in aliquem congerere.
Conferre omnia in aliquem maledicta, Cic ad Att.
Sacrificare. sacra facere Herculi *Lyndio*, vel Rhodio.
πάς παλαμναιοτάτας ἀρὰς ἐπαρᾶσθαι ἀρὰς ἐπισπεῖραι.
Execrationes serere.
Cice. Hisce omnibus Catilina cum reip. salute, & cum tua peste ac pernicie proficiscere.

Cursings.

¶ Diræ. Execrationes.
Dira sacra. δυσεύχετα.
Maledictiones.

a Cushen, a Pyllow.

Ceruical. Ceruicale.
Capitale. προσκεφάλαιον.
Puluinus.
Puluillus. Puluinar, à pluma.
Cussinos vulgo vocant minus latinè.

a Custome, or Use.

Vsus. Mos. Ritus.
Consuetudo. Assuetudo.
συνήθεια. ἔθος ἀλλήφυσις.
Consuetudo altera natura, vt dicitur.
Constitutio. Institutum.

to bring in Custome or Vse.

Inducere, in vsu ponere.
In consuetudinem trahere.
Inuehere morem, consuetudinem.
Nouam consuetudinem inducere.
Inducere morem nouum, Cic.
Morem inducere, *to bring in Custome.*
Obtinere antiquum, apud Terent. pro referre antiquum morem, *to obserue old Customes.*

in Custome, vide vsed.

after the old Custome, or fashion.

Ex veteri consuetudine. Solens.
Pro veteri consuetudine.
Non insolens. Meo more.
De more apud Virg, & Ouid.
Ex more, apud Suet.
Pro more.
Ex instituto maiorum.
Ex antiquitus recepta consuetudine.
E maiorum more.

Custome, Tribute, or a Toll.

Vectigal. Tributum, & tributus apud Plaut.
ἐλλιμένιον. τέλος.

a Customer, or a Tolgatherer.

Exactor. Telonarius. Telo, onis.
Publicanus. τελώνης.
Portitor.

to Cut, to Rid, to strike off.

Amputare. Abscindere.
ἀποτέμνειν. ἀποκόπτειν.
Truncare. Detruncare. Defalcare.
Auellere Caput humeris.
Deturbare, scindere, auferre ense caput.
Iugulum mucrone resoluere.
Attondere vlmos, id est, amputare.
Abscidere, ex ab & cædo.
Desecare. Præcidere.
Resecare. Decurtare.
Ferro demetere, Apud Horat.
Incidere. Lucos metere vel incidere vtrumque apud Soli.
Stringere folia, glandes.
Decerpere. Distringere.
Detrahere. ἀποφυλλίζειν.

a Cutpurse,

a Cutpurse.

Manticulatis, Crumenarum Præcisor.
Crumeniseca. Marsupicida.
βαλαντιοτόμος.
Marsupiorum, loculorum incisor.
Sacculeiarius, apud Ascon.
Sector zonarius.

a Cutler.

Faber cultrarius. Cultellarius.
Cultrifex vulgo dicitur Gladia faber gladiarius μαχαιροποιός.

to Cut in quarters, vide *to Quarter.*

D

Daft, vide *Foole.*

a Dagger, a Skeine, or Hanger.

Pugio. Pugiunculus.
Enchiridion ἐγχειρίδιον.
Parazonium, *a vvood knife.*

a day, Time, or Season.

Dies. ἡμέρα. Lux.
Prima luce, id est, die, apud Foe.
Septima à partu luce. Plin.
Soles in plurali pro die, apud Virg.
Summa dies & ineluctabile tempus.
Lux vltima.
Iubare exorto.
Primo cum lumine solis.
Astra ignea surgunt.
Dies adest.
Nox abit & fessis lux inimica venit.
Reuoluta ruebat matura iam luce dies, noctemque fugarat.
Iamque fugatura Titanis coniuge noctem.
Præuius auroræ lucifer altus erat, vide *Earely, davvning of the day.*

to appoint or set a day.

Diem dicere, constituere, præstituere, dare.
Destinare, prodere diem alicui, Cic.
Præfigere, figere diem, signare.
Præscribere, statuere, præfinire.

a Day appointed or a set Day.

Dies statuta, fixa, præfixa, limitata, stata, assignata.
Præscripta, præstituta dies.
Dies præfinitus, certus, destinatus.
Hic dies dictus est nuptijs.
Tempus ratum.

Day labourer, vide *Iourneyman.*

Day & night, vide *Alwaies and Continually.*

after a fewe daies.

Paulo post. Haud multo post.
Non multo post.
Post paucos dies, vel paucis post diebus, vbi post aduerbiascit pro postea positum.
Post parum temporis
Paucis diebus interiectis.
Paucis diebus, pro paucis post diebus, apud Cic. ad At. 5.
Lapsis paucis post diebus.
Aliquot post diebus.
Post dies aliquot.
Pauculos post dies.
Proximis, superioribus diebus.

the Day following, or the next Day after.

Postridie. ὑστεραία.
Die exinde sequenti.
Postero deinde die.
ἐπὶ τὴν αὔριον, Altera luce.

by day, or in day time.

Interdiu. Die. Luce. Luci.

Palam. Sole corusco. Teste die.

to spend the Day in vaine.

Produ[illegible]ere, ducere diem.
ἡμερεύεσθαι.
Dare diem ocio lusibus.
Diem terere. Traducere.
Finire. Condere.
Perdere commessationibus, ocio, lusibus, potationibus.
Absumere diem rebus frigidis.

Dammage, vide *Losse*.
Danke, vide *Moist*.

Darke, Obscure

Tenebrosus. ἀυχμηρὸς σκοτεινός.
Caliginosus. obscurus.
Cæcus Latebrosus.
Vmbrosus. Opacus.
Tenebricosus Furuus.
Squalidus. Piceus.
Fuscus. Fuliginosus.
Ater. Teter. Niger.

to make Darke or Obscure.

Tenebras nebulas offundere.
Obscurare. Obtenebrare.
Obstruere lumen.
Offundere caliginem.
Inuoluere negotium.
Intricare. Implicare.
Perstringere.
Gordianos stringere nodos quos vix Tenedia (vt fertur) bipenni dissecare possis.
Cimmerias offundere tenebras.
Contenebrare. Illatebrare.
Innubilare. Obnubilare
Puluerem oculis offundere.
Tenebricari. σκοτίζεσθαι.
Tenebras inducere, tacere.
Offundere nocte quandam rebus Cic. pro tenebris inuoluere.
Rem omnem tenebris inspergere.
Tenebras cudere. Plaut.
Reuocare in dubium.
Tenebras rebus clarissimis obducere.
AEnigmata mera loqui.
Afferre rebus obscuritatem vel tenebras.
Tædiosissima verbositate varias recitare ambages, quas ipsemet explicare non possis.

Darke Or obscure and Intricate questions.

Obscuræ, perplexæ, nodosæ, implicitæ quæstiones.
Nodi. Verborum laquei.
Scrupi. scrupuli.
AEnigmata bœotica, quæ ne Apollo quidem intelligat.
Captiones, Labyrintho & Mæandro similes. γρῖφοι
Nebulæ Tenebræ Caligines.
Spinæ Spinosæ argutæ.
Quæst. fumum oculis offundentes, nec caput nec pedes habentes. Implicatæ impeditæ, quas intricatas vulgo vocant.
Ingenium torquentes, Haud facile solubiles, Sophisticæ.
Ceratinæ Crocodilinæque quæst.
Multum facessentes negotii.
Numeris Platon. sobscuriores, ad quarum solutionem Oedipo vel Delio narratore opus sit.
Argumentum circulare, seu reciprocum.
Cornutus syllogismus, κερατίνος. Hic.
Syllogismi vncati, argumentosi, insolubiles.
Labyrinthi. λαβυρίνθοι
Ambages. Anfractus.
Inuoluti, impliciti, obscuri sermones αἰνίγματα.
Mathematici labyrinthi.
Quæst, quas præter Sybillam legas nemo, minus intelligat, lectorem obscuri-

obscuritate remoranates, intellectu perdifficiles.
Africani lex.
Argumentosi disputationum labyrinthi, nec dum explicati.
Inuolucra Realium, Nominalium.
Monstrifica conflictationum vocabula, ecceitatum, qualitatum, formalitatum, quidditatum.
Heracliti & Licophron tenebræ.
Carcin poemata Nodi Gordii.
Gordiani Cassiotici.
Scyrpi, apud Gellium.
Perplexa & anxia Philosophorum dogmata.

Darknesse.

Tenebræ Caligo. Vmbra.
Nubila. Obscuritas.
Claudi tenebris & carcere cæco,

Darkely.

Obscurè. Inuolutè.
Tectè. Intricatim.
Implicitè. πολυπλόκως.
Inuolucro verborum.
Ænigmaticè αἰνιγματωδῶς.

in Darkenesse, vide *Blinded*
a Dart, vide *Arrow*
to Darte vide *Cast.*
to Dash against some thing, vide *to Hit, &c.*
to Dash or beat away by water.

Eluere Fluctuum constigiis abedi.
Fluctus vehementes litoribus illiduntur.

a Dastard.

the Dawning of the day.

Dilucit, lucescit, albescit dies,
Dies appetit, admentat, adest crepusculum.
Sol exoritur.
Tenebras fugat lux.
Nocti succedit dies, noctem subsequitur dies.
Abeunte nocte dies aduenit, lux apparet.
Summo mane, cum lucesceret.
Albescente die, in ortu solis, oriente sole, vide *Earely.* & *Day time.*

to Daunce

Tripudiare. Tripudio gestire.
Choream ducere.
Choros ducere agere, destinare.
Chorizare. χορεύειν.
Ferre, mouere pedes.
Motus dare, pro saltare.
Saltare, Salire.
Manus implicare choris,
Exercere humum choris, Virg.
Pede libero pulsare tellurem, instruere, apud Poet *to Daunce, to leape.*
Restem ducere seu ductitare, apud Terent. Ludere.
In numerum ludere, apud Virg.
ἀρυθμμως παίζειν, ἐγχορεύειν.
Saltare in numerum, Tripudium facere.
Leues celebrare choreas, apud Politianum.
Choreas & carmina ducunt. Virg.

a Daunce or Dauncing.

Choria. χορεῖα.
Tripudium. Saltatio.

a corde Dauncer, one that dannceth vpon the cord or rope, a Tumbler.

Funambulus. Funepæus, ab Apuleio dicitur & funerepæus.
Shcenobates, σχοινοβάτης.
Neurobates apud Firm.
Petaurista. Petaurus.
Ambulare. Ire per extentum funem *to go on the corde.*

Ludendo per funes gradi, Schenobaticam facere, exercere.

Daunger or Perill.

Periculum Discrimen.
Malum. Calamitas.
Procella. Alea.
Flamma metaphorice.
Vbi ostentant omnia mortem. Virg.
Fraus pro periculo apud Virg.
Quis Deus in fraudem egit.
Et in iure frequenter, vt cum dicimus.

Daungerous Rocke on the sea.

Syrtes. Charibdes metuendæ.
Breuia maris. Cautes seu cotes vndisonæ.
Syllea rabies. Ciclopea saxa apud Virg.
Ionii ponti fluxus rauci, Virg.
Abydi. & Maleæ promontorium spumans horidum.
Syndromades Symplegades.
Scopuli sonantes, Cyaneæ.
Fauces sæuæ. Rupes.
Maris pericula discrimina.

to be in Daunger or Perill,

Hærere in vado, in aqua, in salebra.
In præcipiti esse
Summa rerum omnium difficultate premi.
Versari in magnis āgustiis, periculis insidiis, difficultatibus.
Offerre, obiectare se periclis.
Maris & terræ pericula exhaurire.
Periculorum fluctibus agitari.
Perplexo, consternato esse animo.
Pendere animi & animo.
Æstuare. Fluctuare
Quasi ad solem æstuare.
Lupum auribus tenere,
In maximis versari periculis.
In puteo constringi.
In extremum discrimen adduci.

to leaue in daungers.

In presentaneo deserere periculo, discrimine.
Sub cultro linquere apud Hora.
In malis deserere, apud Teren.
ἐγκαταλιμπάνειν. Desertorem agere necessitatis tempore.

to put himselfe in Daunger, to aduenture.

In angustias se redigere.
In pristinum sese immittere, dedere rursus.
Prouinciam capere duram.
Suopte plaustro malorum sarcinam sibi apportare.
Suo iumento sibi malum accersere.
Suo se telo labefactare.
Rem noxiam accersere, conciliare.
Immergere se calamitatibus.
Ambitione in prouinciam duram, aut aliam sese ingerere.
Hinc prou. Molestia vltronea
Cadere in foueam quam ipse feceris
Capiti suo malum suere.
Suopte ingenio dolove capi.
Suo ipsius laqueo capi.
In venatu perire.
In captura capi.
αἱρεῖν ἄγρᾳ
Proprio gladio, suis verbis, telo suo iugulari, conuinci.
Propriis dictis enecari.
Technam in seipsum struere, componere reperire.
σόφισμα κατὰ σοφιστοῦ συντιθέναι, apud Lucia. quum Dolus in alterum excogitatus, in authoris caput recidit vt est in prouerbiis,
Probationes de domo οἴκοθεν ὁ μάρτυς. quando quis proprio ore conuincitur.
Fumum fugiendo, in incendium cidere.

Damno cuidam medendo, in maius prolabi,
Communicando viro malo sibi malum accersere.
Exedere quod ipse intriueris, nere quod colo aptaris, gestare compedes quas ipse feceris vulgo dicitur,
In præsens discrimen ac perniciem se præcipitare,
Sciens exponere se discrimini, malis obiicere, calamitatibus inuoluere,
Sciens se inferre in malum.
Prudens in flammam manum mittere,
Calidum prandium comedere,
Ob liberiorem vitam famam suam in periculum adducere.
Periculo se exponere, obiicere, subiicere, inuoluere, committere.
παραβάλλεσθαι, cum accusatiuo.
Concire sibi malum,
Incurrere, dare se in periculum vitæ, famæ,
Se perdere,
Caput obiectare periculis,
Dare se, abire in præceps, in præcipitium,
Sibi malum accersere,
Temere capitis periculum, accersere,
Adire capitis, mortis periculum,
Subire discrimen, tempestates, procellas, ἀποκινδυνεύειν.
In manifestum discrimen inducere,
Discrimen, aleam subire, vel periculum,
Suscipere, adire, accedere periculum vel aggredi.
Camarinam mouere.
In malum precipitare se, suosque secum in ruinam amicos pertrahere, secum in necem rapere horridam, euertere, adducere in calamitatem.
Omnia sua, quin & vitam profundere pro statu ciuitatis,

to be out of Danger, in Safetie.

In tranquillo, in vado esse,
Stant ea locis suis tuta,
ἐν λιμένι πλεῖν,
In portu nauigare, prouerb. Periculo abesse,
Duabus fulciri anchoris,
Patria est tuta,
Palladio numine tutus,
Extra lutum habere pedes.
ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχειν,
Carminibus metus omnis abest,
In tuto esse, citra periculum,
Extra telorum iactum,
Procul a pedibus, equorum calcitrantium,

the Death or destruction.

Mors, μόρος. Fatum,
Atropos, Immatura fata,
Interitus, Funus, Occasus,
Ruina, apud Plin. Neronis ruina
Nex, cis,
Exangues vmbræ.
Lachesis suprema, Exitus,
Terminus, apud Eras. τελευτή.
Mors vltima linea rerum, Horat.
Exitium, *an ill end*, vt pernicies,
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo,
Læthum, frigus lethale, θάνατος,
Obitus.

Dead, departed out of this life.

Exanimus, Exanimatus.
Extinctus. Defunctus.
Lumine & æthere cassus, apud Virg. pro vita priuatus.
Surreptus primo sub flore iuuentæ,
Ante diem crudeli funere raptus.
Damnatus crimine matris.
Recessit caput ceruice cruenta,
Solutus corporis carcere.
Mersus funere lethali.

Animam exhalare.
Lumine cassus ætherio.
Perfunctus fato.
Corpus spoliatum lumine.
Corpora luce carentia.
Demissus neci.
Moribundus voluitur vndis.
Iacet exanimum tibi corpus amici.
Dies atra abstulit illum, & funere mersit acerbo.
Sine spiritu, voce. ἄπνοος.
Præteritus pro extincto, apud Proper. Desyderatus.
E medio sublatus. Caducus.
Belloq; caduci Dardanidæ. Virg.
Ante diem, Virenti æuo raptus.
Morte oppressus.
Interceptus mortalitate.
Qui extra rerum naturam est, inter homines esse desiit.
Mortuus. οἰχόμενος.
Amissus, apud Virg. & Plin.
Fato functus, & Perfunctus apud Cic.
Exemptus rebus humanis.
Præreptus immatura morte.
De corporis ergastulo eductus.
Corpore solutus, exutus.
ἀδέματος. ἀφειμένος τοῦ σώματος.
Leuatus mole corporea.
Corporis mole posita, deposita.
Vitæ præciso stamine.
Fatales qui expleuit annos.
¶ Cadauerosus propemodum, semimortuus, animam agens, *Dying*.
Fato decedens, extrema in lucta constitutus. ψυχορραγῶν.

a Dead bodie.

Cadauer. Corpus exanime, extinctum, mortuum.
Funus, apud Terent.

Deadly.

Læthale. Exitiale. Capitale.
Mortiferum. θανάσιμον.
Ferale. νεκρικὸν, apud Virg. & Apule
Fatale. Pestiferum.
Læthiferum. Lethificum.
Funestum. Exitiosum.
Tabicum. Immedicabile.
Perniciale, Perniciosum.
Adferens mortem vel necem.
Perniciem & exitium adferens.

a Deadly sinne.

Peccatum criminale, læthiferum.
Piaculare. Capitale.
Mortale peccatum, seu læthale.
Morte piandum, apud Iuuenal.
Delictum enorme, quemadmodum criminale.
Inexpiabile, quod difficile expietur.
Capitalis noxa, noxia.
Dicimus etiam Capitale, quod capitis pœnam meretur.

to sing before a Deafe mans doore.

Surdo canere.
Narrare surdo fabulam.
Κωφῷ ᾄδειν.
Verba mortuo fabulari, id est facere, apud Plaut.
Frustra canere, suadere, loqui.
In vanum cantare.
Ingerere dicta in dolium pertusum, Plaut. Frustra pulsare chordas.

to be or wax Deafe.

Surdere. Surdescere.
Obsurdescere, Auditum auferre, exurdare. Auribus captus.
Surdus ad munera vota, mens surda.
Surdior freto.
Saxa surda mouere blanditiis.

a great Deale, vide *Heape*.

Dearth or Scarcitie of victuals.

Cara annona est, Plaut.
Caritas est annonæ.
Alimentorum inopia Campania grauiter

uiter affligitur.
Summa annonæ difficultas.
Annonæ caritate premitur.
Annona in dies ingrauescit, quoniã annona carius multoque pluris væ ire incipit,
Precium augetur, intenditur, accenditur triplo plus quam æquum est.
Est magna istic rei frumentariæ inopia.
Sterilitas annorum incessit hominib. i. annonæ caritate vrgentur.
Cæsareani graui annona sunt conflictati passiue apud Cæsa,
Multo malignior est nunc anni prouentus ac solet.
Prouenit frumentum propter siccitatem angustius, Cæsar.
Rerum omnium caritas indies crescit.
Penuria insecuta est frugum omnium Soli.
Res frumentaria ipsos deficere cœpit Cæsar. ¶ Contra.
Annona se laxare dicitur, quando annonæ precium sese remittit, *to fall to a lovver price.*
Sicut apud Liuium: Leuare annonam, *to bring to a lovver price.* quum vberior, largior solito prouenit annona.
Precium retro abiit, apud *Plin.* pro imminutum est, ἀγορὰ εὔωνος.

to make Dearth or Scarsity of victuals.

Retinendis frugibus ac vino annonæ caritatem efficere,
Comprimere frumentum. Cicer. posuit pro diligentius asseruare, & studiosius recondere, ingrauescente annona, idque spe lucri vberioris.
Rerum precia intendere, apud Erasmum.
Annonam flagellare. Plin.
Precium rei augere, ἐπιτιμᾶν.
Grauiora iusto precia rebus, præsertim annonæ imponere.
τὴν τῶν ὠνίων τιμὴν ἐπιτείνειν ἐκ τιμᾶ-
ϛ.
Hinc timiopilæ dicti, qui res præmercantur, vt earum precia accendant, & annonam flagellent.
¶ Propolæ. Dardonarii. Annonarii.

Debate, vide *Discord and Sedition.*

Debts.

Debita. Aes alienum. Nomina.
Syngraphæ debitarum pecuniarum,

to be in Debt.

Facere æs alienum. Nomina facere.
Contrahere debitum.
Conflare æs alienum grande, *S*alust.
Aere alieno quotidie degrauari, deprimi, premi, immergi.
Ex ære alieno laborare, apud Cæsarem.
In omnibus esse, & in alieno esse, apud Cic. verumque.

to pay his Debts.

Nomina soluere. Exoluere
Nomina explicare, expedire, expungere.
Nomen tollere de tabula.
Aes alienum dissoluere, exonerare apud Cic.
Ducatum, comitatum creditoribus oppignoratum, nexu æris alieni soluto, in pristinum statum dignitatemque restituere.
¶ Exire ære alieno.
Eximi creditorum tabulis.
Aere alieno liberari, *To come out of debt*

to pay Debt with Debt.

Versuram vel vorsuram facere,
χρεαλαμβάνειν ἐπὶ μείζονι τόκῳ δανείζειν. est æs alienum soluere

ære alieno, quod etiam nomen transferre dicitur Ciceroni, & quasi vertere creditorem. Cice. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putare posset, cum venderet aliena.
Eximere ex ærariis.

a Debtor, one that oweth much.

Aeratus homo, qui vsitatius dicitur.
Obæratus. Debitor ὀφειλέτης.
Obnoxius creditoribus.
ἀγώγιμος δεδανεικόσιν.
Addictus.
Qui immodico ære alieno tenentur, *all mens Debtour.*
Plebs Romana ære alieno dimersa, apud Liu. primæ deca lib. 2, Conflator æris alieni, & qui tenetur ære alieno.
Animam debens.
ψυχὴν ὀφείλων.
Obstrictus, constrictus, pressus, oppressus ære alieno, in bibliis.

to Decay, to come to naught

Degenerare in peius.
Vergere in deterius, ruere in peius.
In dies in peius labi, deflectere.
Abire pessum. Plaut,
Ad deterius dilabi.
Mandrabuli more res dicitur, prou. succedere. Ab equis ad asinos ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους.
A magnis relabi ad minima, Vide *to perish.*

to Decay, to perish for euer.

Obliterari. Intercidere.
Antiquari. Exolescere.
Aboleri. Cado.
Occido, media correpta. *to grovv out of vse.*

to Deceiue, to Beguile.

Fallere. Decipere.
Ludere. Deludere.
Eludere. Illudere.
Ludere dolis aliquem.
Ludificare, vel ludificari.
Fuco imponere,
διαπηνικίζειν ~~θρύπτειν~~.
Circumscribere, αἰολίζειν.
Fraudare. Circumuenire.
Implanare. Subdole agere.
Cretizare. κρητίζειν.
Dolum intendere.
Fallere dolis, fraude, perfidia omni, dolosa specie petere,
Imponere cum datiuo constructum.
Vitiata merce vel nimis carè inscripta alicui imponere,
Agere in fraudes.
αἰγυπτιάζειν.
Versare dolos.
Fallaciam intendere.
Fallacias struere.
Fraudem innectere.
Facere ludos.
Pellicere. Supplantare.
Dolo adducere, rapere, agere.
Dolum struere.
Ductare aliquem dolis,
Imposturam facere, ἀπατᾶν.
περιπρέυσαι δόλους.
Fucum facere.
Interducere aliquem.
Verbis circumuenire,
Exbalistare, Fructra habere Admouere fabricas.
Conficere fallaciis, apud Plaut.
Falsum habere pro decipere, apud Salust. Nec ea res me falsum habuit.
παραλογίζειν. Falsis decipere rationibus, Seducere.
Iniicere tragulam.
In fraudem illicere, pellicere.
Frustrare & frustari verbum commune, secundum Priscianum.
Dare verba παράγειν.

Dicta dare dulcia.
Os sublinere.
Phaleratis dictis ducere. Terent.
Capere astu, Emungere dolo.
Capere aduersarium.
Obtrudere palpum.
Dolis circumducere.
In transenam inducere, est dolo tollere, insidiis excipere.
Et spes blandissima dicitur alicui imponere.

a Deceiuer, a Beguiler, a Iugler.

Impostor. Seductor.
Implanator. Planus πλάνος.
Halophanta apud Plaut. & Fest.
Sycophanta. Circulator.
Ludificator. Circumuentor.
Nugarum & fuci artifex.
Circumscriptor.
Supplantator. Perperus.
Veterator, Deceptor.
Sacularius, apud Vlpianum, & Iuriconsultos.

to be Deceiued or Beguiled.

Circumueniri.
Capi blanditiis, astu, astutia, dolis, Fuco, promissis, imagine falsa, specie veri.
Decipi. Eludi. Deludi.
Falli. Implanari.
Frustrari passiue.
Fraudari.
Frustratum iri.
Disparem promissis fidem experiri.
Frustra esse apud Aul. Gel.

Deceitfull, vide *Craftie*.

Deceitfully, vide *Falsly*.

Deceit, vide *Craftinesse*.

to Decide a matter, vide *to Examine*.

to Declare or Shew.

Declarare Interpretari.
Manifestare. Diluere.
Ostendere. Edocere.
Significare. Explicare.
Exponere. Enucleare.
Enodare. Dilucidare.
Expedire. Explanare.
Aperire. Exprimere.
Reuelare. Patefacere.
Pandere. Expromere.
Demonstrare. Vide, *to Rehearse and to Denounce*.

to Declare, to Shew, or to approue by good and sufficient reasons.

Validis tum rationibus, tum argumentis adstruere, probare, ostendere, declarare. ἀποδεικνύειν.
Frangere sententiam alicuius, Cic.
Demonstrare ratione inconfutabili, argumento Achillis.
Reddere rationem, causas aliquade re probabiles.
Approbare.
Re ipsa docere.
Refellere.
Conuincere argumentis, verbis, persuasionibus, veritate.
Acutissime & subtilissime excogitare argumenta.
Acerrimum agere disputatorem.
Vrgere propugnatorem.
Obuia quæque confutare valide.
Rationes aduersarii infringere, & suas confirmare.
Conuincere & elinguem reddere.

to Decline, vide *Eschew*.

to Decree, to Ordaine a law or statute.

Indicere, præscribere legem.
Edicere seu edicto præcipere.
Facere Plebescitum, senatusconsultum

tum. Ferre legem.
Legem instituere, constituere, Promulgare, sancire, componere, imponere, scribere, iubere.
Rogare legem. Sciscere.
Leges tradere. Dare.
Rogationes scire.
Decretum facere, interponere.
Ponere decretum. Iubere.
Decernere. Statuere.
Statuere decretum apud Hier.

to Dedicate, to Consecrate,

Dicare. Dedicare.
Consecrare. Deo se addicere, tradere dedere.
Sacrum, id est, venerabile, reddere facere. Sacrare. ἱερεῖν.
Initiare. τελετουργεῖν.
Religiose colendum indicere.

a Dedication of a Temple, or Church.

Dedicatio, sanctificatio Templi.
Templi consecratio. καθιέρωσις.
Encænia pluraliter ab ἐγκαινίζειν. quod innouare significat.
χαρμοσύνη, lætitia, festum erat Athenienium a χαρμονή, id est, gaudium.
Ambarualia a nonnullis dicitur hic dies, ab aruis ambiendis.
Paganalia, rusticorum sunt festa.

to Declare in few words, vide to Dispatch.

a stout Deede or Fact,

Strenuum facinus.
Audax factum. νεανίευμα.
Capitale, seu capital.
Nefarium facinus.
θέρμον ἔργον ἢ παράβολον.
Facinus calidum, pro audaci.
Præclarum & strenuum gestum.
Facinus insigne, gloriosum, & apud posteros, cuius famam posteritas celebratura.
Facinus in bonam & malam partem accipitur.
Facinus præclarum & pessimum, maximum, indignum &c.
Piaculare flagitium.

in deed, vide Truly.

Deere, VVelbeloued, Acceptable.

Acceptus. Gratus.
Amœnus. Gratiosus.
χαρίεις. Suauis.

Deerer, Better, more Beloued.

Amantius. Venerabilius.
Antiquius. Charius.
Gratius. προτιμότερον.
Melius. λῷον.
Præstantius. ἄμεινον
Optatius. Præstabilius.
προυργιαίτερον.

to Deface ones honour, to Backbite, to Slaunder.

Honori detrahere, vel honorem.
Derogare existimationi, honori.
Sinistros rumores de quopiam spargere.
Lædere, rodere famam.
Genuino mordere.
Genuinum infigere.
Obstrigillare.
Dente Theonino rodere.
Mordere per metaph.
Lacerare famam. Obloqui.
Maledicere. Obtrectare.
Vellicare. metaph.
Traducere. διαβάλλειν
παραδειγματίζειν.
Maledictis prosequi.
Maledico dente carpere.

Carpere

Carpere famam hominis.
Carbone notare Imprimere, vel inurere notam, stigmata.
Aspergere labem
Detrahere, διασύρειν.
Infamare, Fama spoliare.
Incessere, obtenebrare famam.
Honorem minuere, proscindere.
Alicuius famam contaminare.
Sinistrum quid euomere.
Deferre, Lingua bisulca detractionis venenum spirare
Lolliginis succum in aliquem effundere.
Lethalibus siculis impetere.
Mordicus impetere, arripere.
Famam alienam mendaciis contaminare, & sycophantam agere. συκοφαντεῖν.
Struere sycophantias.
Fœdum rumorem de aliquo in vulgus spargere.
Impudentissimis confictis calumniis in alienam debacchari famam.
Aspergere aliquem nota infamiæ.
Boni viri nomen linguæ virulentia contaminare.
Bonorum virorum famam conspurcare, constuprare.
De fama detrahere
Infamia aspergere.
Famam depeculari, atterere.
Odiosissimis dictis in aliquem debacchari
Telis veneno tinctis impetere.
Aliorum famam in discrimen adducere vt suam nobilitet.
In absentem orationem ore impurissimo euomere.
Nullis non conuitiorum adspergini. bus fœdare.
Vario probrorum genere denigrare
Fama probatum hominem spoliare, proscindere maledicentia, contumeliis flagellare, onerare inuidia, grauare detractionibus, venenatis linguis sauciare.
Acuere linguam vt serpentes.
Apertis tibiis in aliquem inuehi, est non clanculum obtrectare, sed palam insectari, diffamare, Defamare Ad calmunias impia ora laxare. διαφημίζειν.
Calumniari. Vituperare.
Genuinum in aliquo frangere.
Per ora oculosque hominum circumducere.
Famosis libellis patronos veritatis pondere pressos famæ iniquitatis, omnibus spoliare ornamentis dignitatis.

Defamed, Despised.

Mala fama grauiter apud exteros laborans. Flagrans infamia.
Prostitutæ famæ.
Oenobatis prouerbio.
Infamia publica laborans.
Cerite cera dignus. Horat.
Cytonimi probrum dicitur, prouerbio vehementer infamis.
Quem deterunt fides & fama.
Niger, apud Horatium.
Pudendus. Infamis.
παλίμφημος Praue viuens.
Inglorius. ἀκλεής.
ἄδοξος Abiectus.
Inhonoratus. Vilis.
Despectus. Execrandus.
Despuendus. Contemnendus.

to Defende, to Keepe, to Maintaine, to Preserue.

Tueri alicuius crimina. defendere.
Tutari omni diligentia atque officio.
Protegere. Contueri.
Defensare. Vindicare.
Propugnare. patrocinari.
Portum statione tenere.
Patriæ curam gerere.
Adesse pro aliquo.
Penes me huius rei tutela manet.

Patrociniumpræ bere,præstare.
Tegere simplex pro composito apud Poetam.
Patriam armis tegere.
Causis præsto esse.
Pro aliquo stare. Terent.
Causæ suscipere patrocinium.
Causam alicuius sustinere, agere, tutari, defendere, defensare armis prudentiæ.
Capessere rempub. apud Salust pro defendere.
Hostem a reipub. ceruice depellere.
Seruire defensioni patriæ.
Ancipitem magno discrimine causam protegere. Iuuenal.
Iniuriam persequi, vlcisci, insectari, apud Ciceronem, defendere, propulsare, depellere.
Suscipere in Sacris literis passim ponitur pro defendere seu protegere.
Suscipiens mansuetos Dominus, in Psal.

a Defender, vide *Patron*.

a Defending or keeping.

a Defence.

Tutela. Tuitio.
Tutamen. Clientela.
Defensio Munimen.
Protectio. Præsidium.
Fides, vnde in suam fidem recipere.
In clientelam alicuius se dedere.

to Deferre, to Prolong *or Delay.*

Cunctari. Differre.
Differre de die in diem.
Protrahere. Extrahere
ἀναβολὰς ποιεῖσθαι.
Crastinare. Procastinare.
Recrastinare. Prolongare.
ὑπερβάλλεσθαι, ἀναβάλλειν.
Conferre Cicero. omnia conferre in Martium mensem
Negotium, diem litis, vel litem in longum Proferre.
Moras nectere.
Acessæi lunam expectare.
Lunas causari Laconias, prouerb.
Ducere res. Proferre.
Detrudere, apud Cice. ad Att. 4. procrastinare. Lactare.
Extrahere diem.
Agitare moras, apud Sallust.
Facere moram Tardare.
Moram interponere, iniicere, producere, moliri. Morari.
Diem producere vel ducere
In alium diem differre.
Reiicere in aliud tempus.
Diem diffindere, id est, in crastinum continuare vel remittere.
Longiore tractu quam quis speratit rem protelare
Perendinare. Protendere.
Comperendinare Prorogare.
Remorari Retardare.
Diem de die vel ex die ducere.
In posterum reiicere.
Protelationibus implicare.
Dilationes frustratorias quærere.
διακρούεσθαι.
Prolatare dies, consultationes.
Protelare diem.
Suspendere.
Dilationes, querere
εἰς τὴν ὕστεραν, εἰς τὸ ὕστερον ἀναβάλλεσθαι
¶ Mora, Procrastinatio.
Tarditas, *Delay*.

a Deferring, vide *Prolongation.*

to Defile, vide *to make Fowle.*

to be Defiled, or Polluted.

¶ Inquinamentum, maculam contrahere.

Ex-

Ex inobedientia Adæ omnes inquinamentum contraximus.
Ducere notam. Horat.
Fœdatus criminibus.
Ærugiuis aliquid contrahere.
Puluere turpis.
Vitium concipere. Cicero.
Non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Vide *Filthy.*

to Defloure a maiden, vide *to Violate a Virgin & Maide.*

Deformed, vide *Ill-fauored*

of low Degree, vide *Base minde.*

to Delay.

Moram interponere.
Procrastinari.
Differre, referre in aliud tempus.
Diem ducere.
Rem proferre, producere, protrudere.
In aliud tempus reseruare, *to Linger.*

Delectable, vide *Glad and pleasant.*

to Deliberate, vide *Consult*

Delicate, vide *Womanlike.*

Delicate meats, Ionkets or Dainties, Fine dishes.

Cupediæ ὀψοφαγία.
Dapes. Secundæ mensæ.
Lautitiæ Saliares, Attica Bellaria.
ἀττικὰ πέμματα.
Tragemata.
Ædulia exquisita, opipara, delicata, lauta, prælauta.
Mactea, apud Martialem.
Iouis aut Regis cerebrum prouerb.
Veneris aut Iouis lac.
Nectaris flos.
Cibus deorum. Helenæ cibi.

a Delicious mouth.

Delicati palati homo.
Delicatus. Abron.
Palato qui est moroso, fastidioso.

Deliciously, Sumptuously, daintily, or costly.

Opiparè. περιέργως.
Deliciosè. Delicatè.
Curiosè. Lautulè.
Lautè. Splendidè.
Regaliter. Lautissimè.
Magnificè. Magnificenter.
Pollucibiliter. Dapicè.

to delight, to take Pleasure.

Capere voluptatem non mediocrem animo.
Duci, capi oblectatione rei.
Lætitiam concipere.
Haurire voluptatem.
Gaudio exilire, perfundi.
Gaudio subsultare.
Lætitia corripi, exultare, gestire.
Oblectari. Delectari.
Amare pro delectari, apud Cice.
Percipere incredibilem animi voluptatem.
Capi voluptate, specie mulieris.
In deliciis rem aliquam habere.

to deliuer from feare and trouble, vide *discharge.*

Abstergere, eximere metum.
Metu liberare, vacare.
Timorem deponere. Animum cōfirmare, ad fortitudinem reuocare.

Afflictum

Afflictum excitare. vide *to Discharge to quite.*

to Delude, vide *to Mocke.*

the vniuersall Deluge, or Noes floud.

Diluuium vniuersale.
Diluuium aquarum, Aquosa clades. Soli.
Diluuialis irruptio, quæ vniuersa obduxit humido situ.
Vndosa tempestas Soli.
Cataclysmus. κατακλυσμός.
Eluuio vel eluuies terrarum.
¶ Proluuies, *a great deluge.*
Romæ mira proluuies, Cice.
Magna vis aquæ.

to Demaund, vide *to Aske, & Inquire: to* Denie, *to disaffirme.*

Negare. ἀπαρνεῖσθαι, ἀρνεῖσθαι.
Diffiteri. Pernegare.
Ire inficias. Inficiari.
Refragari. Denegare.
Abnegare.

to Denie, to Refuse.

Negare. ἀρνεῖσθαι.
Alicuius vota contrahere.
Auersari. Fugitare.
Refellere. Abnuere.
Renuere. Reclamare.
Fugere. Respuere.
Nolle. Contradicere.
Haudquaquam assentiri.
Tergiuersari. Refutare.
Denegare. Repugnare.
Obstinatius renuere, reniti.

to be Denyed, or Refused.

¶ Repulsam ferre, pati, accipere.
Repelli, Præteriri in petitionibus, Cice.

a Denne, vide Caue.

to Denounce, to Declare.

Nunciare. Denunciare.
Demandare.
Indicere, tametsi magis sit quam denunciare.

to Denounce, or Declare warre.

Hosti aqua & igni interdicere.
Bellum facere patriæ. Salust.
Bellum indicere, denunciare, facere.
¶ Niti insidiis ac perfidia.
Proditione rem gerere.
More latronis occulte rem gerere, fraudibus atque dolis, *Traiterously, vvithout any declaration or vvarning.*

Deintie.

Delicatus. Deliciosus.
Lautus. Deliciosus.
Suauis. Opiparus.
Saliaris.

to Depart, or goe away.

Discedere. Recedere.
Abire. Amoliri.
Abcedere. Secedere.

a Departing, or going away.

Discessus. Discessio.
Abitus. Recessus, & io.
Fuga. Abcessio.
Degressus, & io. Abitio.
Profectio. Secessio.

to Depraue, vide *to Sclander, to Blame.*

to Depriue one of his autoritie or office.

Mouere & Amouere cum accusatiuo personæ, & ablatiuo dignitatis gradum significante constructa.

Vt mouere vel Amouere Dictatorē, Consulem, Tribunos, Quæstores, Prætores, Aediles, &c. Item Regem, Ducem, Præsidem, Præfectū, Episcopum, Diaconum, Pastorem, Ministrum, Seruum.
Et, ab Dictatura, Consulatu, Tribunatu, Quæstura, prætura, Imperio, Regno, Ducatu, Præfectura, Episcopatu, Diaconatu, Ministerio, Seruitio.
Adimere imperium, regnum, dictaturam, consulatum, tribunatum, quæsturam, præturam, ædilium, dignitatem, ducatum, præfecturam, &c.
Abdicare magistratu quempiam.
Abrogare alicui magistratum.
Exauthorare.
Priuare officio.
Priuatum reddere.
Alienare à senatu, deiicere, dimittere cum ignominia.
Eximere honoribus senatoriis. Cice.
Dominos de fastigio suo deiicere, apud Macrob.
De gradu vel statu deiicere.
Omni honore ac dignitate priuare.
Detrahere, delere authoritatem.
Statu mouere atque deprimere.
De cœlo detrahere.
Dignitate spoliare.
E gubernationis fastigio deiicere.
Ordine mouere.
Numero expungere.
De curia eiicere.
Despoliare honore.
Exuere imperio.
De dignitatis gradu dimouere.
Cogere & redigere in ordinem.
Ordine seu senatu mouere.
ἐκφυλλοφορεῖν.
Deiicere aliquem consulatu, loco, principatu, authoritate, ædilitate, de honore, à gubernaculis senatus.
Conuellere de pristino statu aliquem

Minuere maiestatem, de gradu existimationis deturbare, quod Græcis, καθαίρειν τὴν μεγαλειότητα. τὸ ἀξίωμα τῆς μεγαλουργίας κολοβοῦν.

to Depriue out of his goods.

Priuare, Spoliare, Orbare bonis.
Auferre, Eripere, Adimere bona omnia, carissima quæque.

to be Depriued of his authoritie, or to be Disgraded or Discharged of his orders, office or dignitie.

Exauthorari. Reprobari.
Dimoueri gradu vulgò dicitur.
Degradari. Absolui.
ἀποχειροτονεῖσθαι.
De cœlo detrahi.
De summo honoris gradu deturbari
Deponi imperio.
Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu.
Capite minui, diminui, apud Cicero, vbi caput ponitur pro status & conditionis decessione atque iactura.
Abire honore, Suet. pro abdicare.
Ex astris decidere, Cic. ad At. 2.
Concidere, apud eundem, pro deiici de statu, ab existimatione pristina παρελθεῖσθαι τῆς τιμῆς, ἢ τοῦ ἀξιώματος.

to Describe, to Register, to declare in writing.

Clarorum virorum laudes, virtutes, prælia in monumenta referre.
In acta referre, apud Iuuen.
Ad posteritatem stylo transmittere.
Referre in commentarium, in anniuersaria, in fastos.
In annales referre.
Canere pro describere Virgil. Frequens.

Literis mandare,tradere.
γράφῃ παραδίδοναι.
In tabulas, literas publicas referre.
Chartis illinere.
Describere.
Chartis ceu fidis memoriæ sodalibus commendare,committere,Eras
In literas referre,recipere.
Posteris tradere,prodere memoriæ.
διδόναι λόγῳ.
Prodere memoriæ virorum fortiũ facta,Cic.
Diffundere in æuum,in posteros.
Mandare æternitati,monumentis, memoriæ.
Audita,visa,gesta,libris credere, vel ceræ, proscribere in cereis tabellis.
Consignare literis.
Graphicè pingere,depingere.
Describere longis voluminum ambagibus.
In tabulas quæ memoria digna videntur referre,posteritati commẽdare.
Doctorum hominum literis,immortalitati,æternæ memoriæ consecrare.
Stylo prosequi.
Prodere posteris, litteris aliquid.
Perpetuæ memoriæ tradere.
ἀναγράφειν.
Literarum monumentis tradere
Litteris prodere.
Perscribere in eodem significatu,dixit,Cic.
Manifesto scribere.
Per scripturam publicare.
Monumentis librorum seu litterarũ inserere.
Litteris consignare quæ mandare memoriæ volumus.Cic.
Celebrare literis & memoria.
Commentariis inscribere.

Deserts,or good Turnes.

Beneficia,Officia, Merita.
Beneuolentia, Beneficentia.
Benignitas,bona Voluntas.

I shall neuer Deserue your benefits.

Omnia studia,omnia prorsus officia tibi tuisque beneficiis debeo.
Præstare tua causa cogor,quicquid possum,quantum valeo,quantum viribus consequi possim,quantum in me situm est.
Tua in me beneficia, omne meum studium, officium, omnes à me curas,omnem industriam,omnia denique quæ in me sunt, non solum postulant, verum etiam exigunt.
Quid est quod ego tua causa non debeam?
Obsequi tuæ voluntati,morem gerere,parere,inseruire prorsus in omni re debeo.
Officia tua nunquam rependam,remunerabor,cõpensabo, officiis paribus æquabo.

to Desire,to require,to Long or wish for.

Petere. Expetere.
Appetere. Cupere.
Quærere. Concupiscere.
Desiderare. Velle.Gestire.
¶ Contendere,*to desire greatly.*
Gliscere.ἵεσθαι.
Affectare.Ambire.
Optare. Exoptare.
Suspirare metaphoricè.
Adamare.apud Cicer. pro concupiscere.
Cogitare apud eundem, pro cupiditate teneri,curam omnem defigere.
Tangi,teneri desiderio.
Sitire.
In votis habere.
Incitari,ferri,impelli animo,moueri κινοῦσθαι τῇ ψυχῇ. vide *to pray.*

to desire greatly or feruently, to haue a great longing for a thing.

Sitire, Suspirare.
Exardere desiderio alicuius.
Primis votis, ardentibus desideriis sitire.
Ardere. Desiderare.
Flagrare desiderio, cupiditate rei.
¶ Percupere.
Miram habere sitim.
Inflammari cupiditate.
Flagrantibus desideriis optare.
Tangi, teneri, æstuare desiderio.
In votis habere. Gliscere.
Ardere, desiderio, cupiditate incredibili.
Fame vel siti opum teneri.
Ad supernam beatitudinē adspirare.
Non mediocriter captare.
Aliquem suspirare ademptum.
Vehementi animi adiectu rapi.
Ingenti affectu, omnibus votis expetere.
Capi cupidine rei alicuius.
Indefessis, flagrantibus, ardentibus, ardentioribus votis exoptare.
Macerare se desiderio.
Angi, discruciari desiderio.
Mira quadam ardere cupiditate.
Quod si tantus amor maneat, si tanta cupido est.
Iucunda cupiditate aliquid expectare.
In magna expectatione esse, *to long much for.*
Deplorare desertos penates.
Expectationem sustinere.
Longum alicuius desiderio torqueri
Expectatione teneri, pendere, torqueri, angi, cruciari, discruciari.
Nullum facere rogandi, flagitandi finem.
Alicuius rei desiderio animus dicitur titillari.
Longe trahi, proue. pro vehementi & impotenti desiderio trahi, rapi ad aliquid.
Inhiare per translationem pro vehementer cupere, datiuo vel accusatiuo construitur.
Adhinnire apud Cice. pro impotenti cupiditate gestire.
Cupidus. Auidus.
Studiosus. Ardens.
Appetens. Cupiens.

with great desire or Longing.

primis votis, apud Iuue.
Ardentibus desideriis.
Mira siti, fame.
Longa maximaq; expectatione.
Cupiditate præcipua.
Nullum mihi votum ardentius fuit quam, &c.
Nil sane mihi vnquam prius in votis fuit.
Obuiis aut porrectis vlnis.
Obuiis manibus.
Ambabus manibus.
Auidè, Sitienter.

as I Desire, vide *as Heart would wish.*

a Desire, a Lust, a Longing.

Desiderium. Votum.
Voluntas. Studium.
Beneuola animi propensio.
Cupiditas, ἐπιθυμία. Affectus.
Auiditas. Appetitus
Cupido fem. gen.
Concupiscentia, *great Lust.*
Libido. Amor. Ardor pectoris
Æstus per metaph, Sitis. Flamma.
Calor. Fax. Ignis, quæ postrema Auxesin habent,

to satisfie ones Desire, or to grant ones request.

Postularis precibus annuere.
Petitioni,postulationi,votis subscribere.
Precibus benignum impartire assensum.
Voto paratis auribus annuere.
Audire preces,pro exaudire,apud Cicer.
Ne apud te cassæ sint preces,quæso.

a Desire of honour or glory. vide Ambition.

Desirous of glory or praise.

Omnes tuos ad laudem impetus noui.
Quam sis ad laudem & gloriam propensus,inclinatus,quanti sit apud te laus, quàm labores de laude, quam vehementer ad laudem incumbas,quam laudi studeas, quo studio laudem sequaris.
Quæ tua sit laudis,gloriæ,famæ cupiditas præclare noui, cognitum habeo,vide *ambitiosus*.

to Despise,to Contemne, to Reiect.

Auersari & pro eodem.
Auerti. Spernere. Fugere.
ἐξουθενεῖν. ἐξουδενοῦν.
Aspernari. Despicari.
Dedignari. Despicere.
Contemnere. Temnere.
Abhominari. Detestari.
Despuere. Respuere.
Reijcere. Reiectare.
Repudiare. Refutare.
Vultum ducere.Negligere.
Abhorrere pro fastidire,& cum fastu quodam contemnere.
Perhorrescere.
Auerso vultu,tetrica & corrugata fronte aspernari.
Præ se contemnere.
Mandare laqueum.Fastidire.

Medium ostendere vnguem, apud Iuuen.Dedignari.
Medium porrigere digitum , apud Mart. vide *Naught*.
¶ In nullam sortem bonorum admitti.
Iacere.Ex omnium hominum cōsortio deturbari.

Despised , vide Defamed.

Destitute,vide voyde.

to Destroy, vide to Ouerthrow,to Waste.

Destroyed by your enemies.

Inimicorum tuorum iniuria te afflixit,perdidit, euertit omnibus fortunis.
Oppressit.ad exitium detrusit, impulit.
Non modo è numero viuentium,sed plane infra mortuorum conditionem amandauit.

to Destroy,to Vndoe,to Sack or to Spoile a towne.

Ciuitatem delere,deuastare, destruere.
Subuertere mœnia, euertere funditus.
Vastum labefactare opus.
Vrbem euertere,ruere,diruere, perdere,corrumpere,extinguere,exterminare.
Dare excidio ac ruinis.
Oppidi excidionem facere.
Vrbem diripere,dissipare,vastare, dilacerare delere,depopulari.

a Destruction,a Sacking,an Vndoing,a Ruine.

Excidium. Ruina.
Exitium. Disturbatio.
Excisio. Destructio.

Desolatio. Interitus.
Euersio. Occasus.
Pernicies. Pestis.
Clades. Calamitas, naufragium.
Internecio. perditio ὄλωσις.
Deletio Vastitas. Casus, vide *an Ouerthrowe.*

to Determine, to Appoint, to Ordaine, to Purpose, to Minde.

Instituere. Constituere.
In animum inducere.
Animo concipere.
Statuere, proponere.
τὶς νοῦν ἐμβαλλεσθαι.
In animo decernere, statuere,
Animum inducere, adiicere, applicare, adiungere

I haue determined or fully Purposed, I am minded.

Decreui. Decretum est mihi.
Statui in animo.
Facere certum est.
Statutum, constitutum, destinatum est mihi.
Ita facere consilium est.
Proposui, destinaui in animo.
Animo decretum est,
Sic stat sententia.
Certo decreui.
Certum est mihi.
Deliberaui, constitui sanè.
Certum atque obstinatum est mihi.
Certus semper huius propositi fui.
Fixo consilio ac cōfirmato istud auspicabor, progrediarque. Budæ.
Nulla ratione ab instituto mouebor.
Certo meditatoque proposito institui.
Constat sententia.
Murus aheneus esto, apud Hor.
Neque me sententia vertit, apud *Virgilium. I haue not yet changed my minde.*

Animo insedit, insidet.
ἐκβλήκα εἰς νοῦν.
Apud animum meum statui.
Nunc quoque mens eadem mihi perstat. Virgil.
Sic habeo statutum cum animo.
Rata, firma est sententia.
Stat sententia stabitque.
Mecum statui, constitui in animo.
Deliberatum est.
Certum est consilium.
In animum induxi meum.
Fixum est animo.
Animo immotum sedet.
Obfirmaui animum.
Sic est sententia.
Mea sic est ratio.

to detract, to speak ill of.

Vellicare. Mordere.
Lacerare. Obloqui.
Detrahere, vide *to Slaunder, ill name.*

a Detractour, vide *Slaunderer.*

to Deuide, vide *to Parte.*

the Diuell or Sathan.

Cacodæmon, id est, malus dæmon
Diabolus, à διαβάλλειν, criminari.
Sathan, & Sathanas med. prod.
Sinuosus Draco.
Immanis, tortuosus *Leuiathan.*
Leo tartareus.
Draco magnus, in Apocalypsi.
Spiritus malignus, immundus.
Serpens antiquus. Anguis.
Tænarius spiritus.
Fulcæ Deus aulæ.
Behemoth immanis bellua.
Vitiorum omnigenum incensor.
Stygia Echidna.
Teter spiritus. cacoangelus.
Inimicus homo in Euang.
Tentator callidus.
Lucifer. plutonici regni primipilus & antesignanus.

Dux Erebi phlegetontis, regni tartarei.
Princeps tartareus.
Primogenitæ noxæ suasor.
Hostis generis humani, sitiens exitium animarum.
Dæmonarches, apud Budæum, id est princeps dæmonum.
Veterator ille Stygeus, errorũ architectus & adornatus. Budæus.
Zabulus, ζάβυλος, apud Cyprianum & *Bernardum* pro diabolo, quod incessanter mentibus humanis mala suggerat consilia ἀπὸ τῶ ζαβάλλειν, decipere.
Pluto qui & Cereris gener, vt est apud Iuuen.
Beelzebub, vel potius Beelzebub multa animarum agmina in æternum trahens exitium.
Misanthropos à Basilio dicitur, id est osor hominum.
Dæmon δαίμων, idem quod sapiens sciens: dictio nil mali significans, quamuis spiritus è cœlo deiecti ob scientiam nũc dæmones nominentur.
Se diis manibus, hoc est, inferis, æternisq; cruciatibus deuouere, *to giue himselfe to the diuell.*
Seipsum damnare.

to Deuise, to Inuent, to Imagine.

Excogitare. ἐξευρεῖν.
Comminisci. Inuenire per se.
Adinuenire. ἐπιλογίζεσθαι.
Moliri apud Plaut.
Fingere. πλάττειν.
Effingere ex proprio ingenio.
Machinari meditari, per cogitationẽ inuenire.
Effugia inuenire.
Effugia inuenire elabendi. Vide *to Muse.*

That is Deuised or Inuented.

Excogitatum, Commentitium. ἐπινενοημένον.
Fictitium. ἐξεικασμένον.

a Deuourer, vide *Glutton.*

Deuout, vide *Godly*

Dew or Dewing.

Ros roris. Roratio.
Sparsa cælesti rore madescit humus.
Ros tenera pecori gratissimus herba.
Rorem latè dispergit amarum.

a Dyall, vide *a Clocke.*

a Dice, or Die.

Alea. κύβος, Tessera.
Calculus. Talus.
Taxillus diminutiuum.

to play at Dice.

Ludere aleam & alea, tesseris.
Lusitari taxillis tesseris.
Fritillo lucra parare, apud Sene.
Iacere talos.
Aleæ arte lucrari opes.
Talos in pyrgum mittere, apud Horatium.
Noctem insomnem ludendo ducere
Totum ludendo concelebrare diem.
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.
Taxillos mittere compositos.

to Die, or depart this life.

Mori. Obire, absolutè.
Diem obire. ἀποθανεῖν
Obire mortem.
καταλλάττειν τὸν βίον.
E vita decedere, excedere.
Concidere. Occido. med cor.
Excedere corpore. Decedere.
Vita vel de hac vita excedere.
Discedere ex hac vita lugubri mortali. Egredi, Expirare.
Excedere de sæculo.

Cadere pro mori, Ouid,
Excedere è viuis.
Recedere à vita, Cicero.
Efflare animam, vitalem ſpiritum.
Supremum reddere, efflare, & exhalare ſpiritum.
Fato rapi, fungi κεῖλαμοῖραν καλυπλειν, apud Platonem.
Recedere ab oculis pro mori, apud, Plinium.
Morte rapi E medio ſuſtolli.
Excedere humanis.
Morte ſuſtolli, conſumi, confici.
Morte, mortalitate, morbo intercipi,
Mortem oppetere.
Dare animam pro mori: apud Virgilium in Io,
Exuere hominem. Soli.
Deſinere hominem viuere, Idem.
Vitæ penſum abſoluere. Budæ
Vitam auſpicato initam fœliciter actam, fine quoque beata claudere, Budæ.
Fato diſcedere, conſumi.
Deponere corruptibile corporis indumentum, apud Fulgent.
De tabernaculo corporis exire
Educi vel egredi de carnis ergaſtulo,
Vitalia lumina linquere,
Carnis compede, ergaſtulo ſolui,
Lethi flebilem inire tramitem,
Vitam vniuerſæ carnis ingredi.
Humanæ naturæ debitum exoluere.
Morte ſubitanea mori.
Obire diem ſupremum.
Corruptibilem corporis ſarcinam deponere.
Finire morbo. Diſsipari.
Vinculis carnis abſolui, in ſacris.
Supremum vitæ reddere ſpiritum.
Fato vel fatis concedere.
Fato defungi. Fungi morte.
Defungi, Diſſolui.
Occumbere. Interire.
Extingui. Extingui vita.
Depoſitum Deo reddere.
Deſinere inter viuos agere.
Cernere vitam, Cice. pro finire.

Temporalis vitæ ſpacium peragere, emetiri.
Ex hac lacrymarum, plorationis valle reuelli.
Flebili ſæculo supremũ dicere vale.
Exequi mortem, apud Plautum.
Mundo ærumnarum pleno valedicere.
Obire morte repentina Sueto.
Tenues vitam profundere in auras.
Fata ſuprema, fata ſua claudere, Poëticum.
Occumbere morti, Virgilius.
Occumbere morte *L.*
Occumbere mortem. Cice.
Ex huius miſeræ vitæ incolatu digredi.
Cum morte permutare vitæ munia, vitam. Cice.
Animam ſingultire in auras.
E viuorum contubernio migrare.
Peragere mortem.
Anima priuari, Decumbere. Cice.
Vita deſtitui. Morti ſuccumbere.
Supremum fundere halitum, apud Hieronymum.
Cicero. Cuius in complexu, libenter extremum vitæ ſpiritum ediderim
Vitam terminare, finire, perdere.
Vitam ponere, mittere, deſerere.
Facere finem vitæ. Salluſt.
Animam ponere, exuere.
Migrare, Demigrare.
Ex hoc ſeculo migrare.
Migrare ex humanis ex hac vita.
Commutare vitã mortalem cum immortali, caducam cum perpetua.
Naturæ debitum abſoluere.
Soluere iura ſuprema neci
Mortalitatis tunicam exuere.
Ex corporis vinculis tanquam è carcere euolare.
De præſidio ſtationeque huius vitæ iuſſu Dei omnipotentis decedere.
Ab ſuis Babylonis fluminibus ambulare ad portum quietis æternæ.
Ex huius mundi tempeſtuoſi limo pelago enatare ad portum ſalutis.

Mortali vitæ Colophonem imponere, valedicere, & ad aliam lætiorem meliorem concedere.
Miseræ, caducæ isti ac momentaneæ Vitæ valedicere.
Valedicere mortalium hominum conuersationi, ac vitæ.
Mortalibus eximi rebus.
Hanc lucis vsuram reddere.
Vitam naturæ reddere.
Ambulare viam vniuersæ carnis.
Abiicere corporis exuuium.
Morte conficere extremũ vitæ diem.
Euocari ex hac vita mortali.
Agere supremum vitæ diem.
Ex hac misera vita ad æternæ ac immortalis possessionem emigrare.
Emigrare ex huius vitæ carcere, ex hoc lugubri, calamitoso sæculo, ad libertatem vitæ æternæ.
Ex hac mortali ad immortalitatem fœliciter emigrare.
Concedere ad æternam patriam, ad beatarum animarum domicilium.
Ex hac vitæ vmbra, ad supernam lucem euocari.
Decedere ex hac lugubri vita, ad omnis tristitiæ expertem, ex momentanea ad æternam.
Valedicere rerum naturæ.
Fatalem complere diem.
E vita, ex huius corpusculi domicilio emigrare.
Extrema pati.
Exanimari. Deficere.
Res humanas deserere.
Debitum carnis vel mortis soluere, dissoluere
Terrenis cœlestia commutare.
Corporis exuuias ponere graues.
Vita excedere.
Vitæ cursum implere.
Vinculis corporeis exui.
Terreno deposito corporis onere, cælestem scandere ad patriam.
Terreno carcere recludi, resolui.
Carcereis huius corporis exui gurgustiis.
Corporea mole leuari, releuari.
E medio discedere, excedere. Terent.
Obdormire in domino.
In pace quiescere.
Somno consopiri sempiterno, Cice.
Vocari ad superos.
Nube carnis detegi.
Mortalem sortem egredi.
Humana desinere conditione frui.
De ergastulo huius sæculi vocari.
Vita priuari.
Vitæ cursum conficere.
Mortis tributa persoluere, Augu.
Terrennis exui contagiis.
Carnis onus deponere.
A contagio mortis liberari.
Ire. abire ad inferorum portas seu domicilia. Esaiæ 38. de Ezechia rege.
Vitæ seu militiæ humanæ complere cursum.
Animam ebullire.
Parare extrema.
Agere animam.
Supremos ducere spiritus.
In deliquio esse.
In extremis esse.
Laborare vicina morte. κάμνειν λειποψυχεῖν. Readie to depart.
E medio abire, apud Terent.
Diem vitæ claudere nouissimum.
Orbari vita. Abire è vita. Cice.
Morte dira occupari rapi.
Supero priuari lumine.
Fato è medio tolli, ferri.
Vitam exire, fundere.
Corpus deponere.
Quem dederit cursum fortuna peragere. Virg.
Horrendos fati subire agones.
Conficere summam fatalem. Cice.
Soluere oculos lætho. Virg.
Humanitus accidere. i. mori, & simpliciter Accidere & Contingere, pro vita defungi accipiunt Iurisconsulti, vt refert Alciatus.
Vitæ euanescere auris, & matri terræ

ræ ossa reddere. *to die and be buried.*
In communem abire locum.
Hac luce priuari.
Vita defungi.
Euehi rebus humanis.
Perire, pro mori, a doctis vsurpari passim legimus, & Disperire.
Cedere vita, & è vita.
Cedere fato. *to die vvillingly.*
Cedere naturæ Sallust.
Dormire in sacris, pro mori ponitur.
Mori stamine nondum abrupto.
Ante diem scilicet. *to die before his time.*
Ire sub vmbras, poëticum est sicut sequentia: In cineres ire.
Stamina vitæ Atropos rumpere dicitur Senecæ, & vitam abrumpere.
Exacto parcarum stamine, vita destitui.
Pendula adhuc tereti rumpere pensa filo.
Petere, adire Lethæi transtra Charontis.
Fundere animam, extemam vocem.
Vita me deficit.
Decedere ex partu, Alco, *to die in childbed.*
Ab intestato decedere, *to die intestate.*
Vitam cum morte vel in mortem commutare.
Natuæ concedere, satisfacere.
Fatali necessitati concedere.
Spiritus æthereas postquam soluerur in auras.

Corporeis nexibus, vinculis solui dicitur anima, excedere è corpore animus.
¶ Pro Apostolicis, Euangelicis traditionibus, pro Ecclesiæ Christi Disciplinis sanguinem effundere.
Capere mortem ob remp. Cice.
Pro repub. vitam reddere, id est, mori.
Pro patria vitam effundere. Cicero Grata memoria eorum virtutem prosequamur, qui pro patria vitam effuderunt.
Suam vitam communi bono posthabere.
Voluntariam occumbere necem. Salustius.
Expleta mortalitate, Manium consortio sociari.
De istis mundi turbinibus extrahi.
Expuncta hac morte ad immortalitatem venire. Cypria
Fatali necessitate à marito diuidi, diuelli.
Deficere castæ coniugis in gremio.
¶ Perire aeris contagio, *to die of the Plague.*
Mori, perire peste.
Communi aeris infecti contagio ex hac vita decedere.
Subito, non sine veneni porrecti suspicione mori.
¶ Huic titulo Germanico, *steruen oder sterben*, toties Synonymicωs variato & plus ducenties decies Latinè reddito, subiicimus in gratiam φιλελλήνων, Græca quoque Synonima.
Αναφυστᾶν. ἀποβιοῦν.
ἀποθνήσκειν. ἀπογίνεσθαι.
ἀποδημεῖν τῆς ζωῆς.
ἐκψύχειν. ἐκπνευεῖν.
τελευτᾶν. κεραίνειν.
ἀπέρχεσθαι. ὑποψύχειν.
ἀπαλλάττειν, ἢ ἀπαλλάττεσθαι.
διαλύεσθαι. ἀπόλεσθαι.
ἐκλιπεῖ κ, ἐκλείπειν.
κατοίχεσθαι. καταστρέφειν.
περιτέλλειν. παρεστιχίζειν.
δυσθανεῖν difficili morte mori.
θνήσκειν. τεθνάναι.
Et τεθνάμεναι dorice ac Ionice τεθνάμεν abscisim ἀποθανεῖν.

to Die colours.

Tingere vel tinguere.

βάπτειν

βάπτειν. Inficere.
Colorem inducere,
Colorare. χρώζειν.

Diffamed, Slaundered.

Notatur Ignominia, Infamia.
Districtus aliqua nota.
Maculosus homo.

to Diffame, vide *to Slaunder.*

to Differ, or to Dissent

Differre. Abesse.
Discrepare. Dissentire:
Dissidere. Abhorrere.
Dissimile esse.
Interesse. διαφέρειν.
Non conuenire.
Diuersum sentire.
Distare. Pugnare.
Discordare. Non congruere.

it Differeth but a little.

Parum discriminis est.
Paruum interuallum.
Haud multum differt, abest.
Non multum abhorret, dissidet, discrepat.
Parum differt.
Parum differentiæ.
In idem recidit, *it agreeth.*
Et prouerbio dicimus, ne punctum quidem, aut vnguem trāsuersum, differre, discrepare.

it Differeth verie much Great difference, verie vnlike.

Maximum, ingens discrimen.
Ingens, longissimum interuallum.
Longè lateque distat.
Magna differentia.
Plurimum interest.
δὶς διὰ πασῶν.
Longissime disiuncta. Cice.
Ex diametro inter se pugnantia.
Diametro distantia.
Toto differentia genere.

Difference, Diuersitie.

Discrimen. Differentia.
διαφορά. Distantia. Disparitas.
Interuallum. Dissimilitudo.
Diuersitas. Varietas.
Discretio. Separatio.
Discerniculum. apud Aul. Gel.
Discrepatio. Distinctio.

to digest the meate.

Longa deambulatione cibum digerere, conficere.
Concoquere. Perficere.
Coctionem facere, apud Plin.

Dignitie, vide *Honour.*

I will not suffer your dignitie to be defiled or hurt.

Violari tuam dignitatem, imminui, offendi, lædi, oppugnari, damno affici, iniurias pati.
Detrahi de tua dignitate, honorē minui, adimi, auferri.
Iacturam fieri tuæ dignitatis nunquam patiar.
Nihil vnquam feci, quod contra tuam existimationem esse vellem.
Si res exiget, pro tua dignitate, vitam liberalissime profundam.

to Digresse from his matter or to go from his purpose, to be in another tale.

Digredi. Dilabi. Delabi.
Institutum deserere.
Diuertere. Deflectere.
Longius euehi.
Aberrare proposito, Cic.

Deerrare. Longè digredi.
πόῤῥω τοῦ παρόντος γίνεσθαι, apud Demost.
Abire, apud Cic. Quid ad istas ineptias abis?
Digredi à re proposita, ab instituto.
Egredi à proposito ad rem alienam.
Aliò deferri. Latius expatiari.
Extra præscriptum transilire.
Extra oleas ferri.
Extra chorum saltare.
Vltra septa, limites salire, prouer.
ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν.
A re proposita ad longè diuersam digredi.
Deerrauimus ab eo quod cœpimus exponere.
De calcaria in carbonariam decurrere.
A narratione deflectere, vagari.
Aliò sermonem conuertere.
¶ Quo me sermonis cursus abripuit?
Sed quò me rapit alienior cogitatio?
Sed hæc extra viam.
ἀλλὰ τὰ ταῦτα ἐκ τῆς ὁδοῦ. vide *nothing to the purpose.*

Diligence, Care, Studie, Labour, Indeuour.

Sedulitas. Cura.
Industria. Virgilantia.
Diligentia. Labor.
Assiduitas. Nisus.
Conatus. Studium.
Molimen. Conamen.
Opera. Diligens.
¶ Accuratus. Vigilans.
Sedulus. Studiosus.
Industriosus. Operosus.
Multæ sedulitatis homo.

with great diligence. or care.

Summa, exquisita diligentia.
ἀκριβέστατα. Exactissima cura.
Accuratè.
Adamussim. Examussim.
Amussatim. Examussatim.
Ad vnguem. Sollicito labore.
Summa cura adhibita ἀκριβέστατα.
Omni animi contentione, diligentia.

Diligently.

Sedulò. Exactissima cura.
Summa cum diligentia, cura.
Studiosè. σπουδῇ.
Diligenter Vigilanter.
Assiduè. Impigrè.
Curiosè. Gnauiter.
Solerter. Accuratè.
Haud somnolenter.
Attentis animis.
Studiosa indagine.
Haud oscitanter.
Animo ad subeundos labores prompto.

to Diminish, to bring Lowe to Extenuate.

Vilem leuemq; verbis demonstrare.
Despectum reddere.
Eleuare. ἐκφαυλίζειν.
Authoritatem detrahere, minuere, Extenuare, exprimere.
Res gestas verbis extenuare, deprimere, minuere.
¶ Peruenire ad paucitatem.
Ad paucos redigi.
Contractiore numero.
Contrahuntur, extenuantur præterea opes cum atteruntur, & accidunter.
Liuius. Accisæ Volscorum res ἐκ τετκόμμεναι

to Disagree, or to dissent, to be of contrarie minde, or opinion.

Dissentire. Refragari.
Longè secus sentire, abesse.
Longè diuersum sentire.
Multo aliter sentire.

Calculum

Calculum suum negare.
Dissimile esse.
Non subscribere alicuius sententiæ.
Reluctari. Discrepare.
Non conuenire. Repugnare,
Dissidere. Diuersum sentire.
Tergiversari Reniti. Abhorrere.
Reprobare. Reclamare.
Discordare. Aduersari.
Differre. Distare.
Pugnare, Non congruere,
διιςάναι. Nimium abesse. vide *To discord*.

that Disagreeth, or is cleane contrary.

Discrepat, διαφωνεῖ.
Dissidet. Variat.
Non conuenit.
Longè lateque diuersum.
ἐκ διαμέτρου dissidet.
Longe latèque discrepat.
Controuersia est.
Secus, aliter est.
Ex diametro pugnat;
Plurimum distat, multum interest vide *Diuers, Contrarie.*

to Disanul, vide *to Abolish*
to Discerne, vide *to Separate & Examine.*
to Discharge, vide *to Quite.*

Discharged, Deliuered.

Expeditus, Exoneratus.
Solutus. Ereptus.
Absolutus, Leuatus, Euolutus.
Liberatus fluctibus, vndis negotiorum, ac curis.
Defunctus periculis.
Expeditus negotiis, molestia,
A litibus absolutus.
Laboriosis explicitus curis.
Leuatus molestia.
Qui pistrino curarum sese explicuit.
Qui onus, pondus humeris excusserit, abiecerit
Clitellas humeris excusserit.

to Discharge himselfe vide *to Excuse.*
to Disclose, vide *to Bewray.*
to Discomfite, vide *to Ouercome.*

to Discord, to Disgrace, to Contend, to Striue.

Certare. Altercari. Contendere.
Argutari. Cauillari. Disputare.
Decertare inter se. Digladiari.
De asini vmbra, de lana caprina rixari, digladiari, *to striue for a trifle.*
Nimium altercando veritatem adimere.
Ardentius concertare quasi pro aris & focis, vt dicitur.

Discord, Debate, Variance Controuersie, or Brawling.

Dissidium. Dissensio. Segregatio.
Inimicitiæ. Simultas, Factio,
Seditio. Litigium. Pugna.
Discordia, Tumultus. Discrepatio,
Diuisio. Discrimen. Turbatio,
Concertatio. Altercatio, Scisio,
Contentio. Iurgium. Bellum.
Schisma. Certamen. σχίσμα.
Rixa. Lis, Ira. Controuersia.
Fatalis orbis Christiani tempestas.
Subita rerum humanarum procella.
Macedonica res dissentione iactata. Soli.

to make Discord or Debate.

Concire lites, turbas.
Discordiam concitare, inducere.
Dissensionem mouere, commouere, facere.

Serere

Serere dissidium, rixas, lites.
Dissidium facere, altercationes, lites, iurgia. Afferre pestem.
Tollere concordiam, Iudicia, leges, omnem hilaritatem.
Spargere venena, virus.
Iucundissimam vitæ societatem fictis sermonibus. & falsis criminationibus dirimere, Cic.
Pacem sanguineis rixis & cædibus funestis mutare, perdere, vide vp-rore

to Discouer, vide *to Bewray.*

Discreetly and Wisely.

Examinate. Perpensè. Ponderate.
Non ociose, Cogitato. Cogitate.
Non temere. Haud oscitanter.
Meditato, consulto. aduerbia.
Cordate. Considerate.

without Discretion, vide *without reason.*

a dish a Platter.

Catinus & catinum media prod.
Catillus. Gabata media cor. apud Mart. Scutella, πίναξ.
Lanx. Discus, *a Platter.* patina
Paropsis, idis per openult.
Patina Patella.
Alueus & Concha in libro Iudicum.
a Trey.

to Disherit, or to take away ones goods.

Exhæredare. Abdicare.
Summouere ab hæreditate.
Iure hæreditatis priuare.
Possessione eiicere.
ἐκβάλλειν τῆς κτήσεως.
ἐξειλλειν.
Alicui bonis interdicere.
Possessionem alicui interuertere, interturbare,

to Dishonor, vide *to blame.*

Dishonesty Rebuke, Shame, or Infamy.

Infamis nota.
Hipponacteum præconium, prouer.
Dedecus non eluendum.
Ineluibilis nota. Contumelia.
Nota, Notula, Vitium. Dedecus.
αἰσχύνη δυσφημία. Ignominia.
Infamia. Sordes Cic. Turpitudo.
Opprobrium. Probrum. Labes. Macula.

Dishonestly. Shamefully.

Contumeliosum. Flagitiose.
Impure. Ignominiosum.
Maculosum. Sordidum ad famam.
Ignominia coniunctum.

Disloyall, vide *False.*

Disobedient, Stubborn, Wilfull, Vnruly.

Inobediens. Rebellis.
Dicto non audiens. Immorigerus.
Monenti non auscultans. ἀνήκοος
Inobsequens, Ambros.
Contumax. ἀπειθὴς.
Non parens, Refractorius.

to Dispaire, to be discouraged, or to abate in Courage.

Animum despondere.
ἀπολεκτηγέσθαι τὴν ψυχήν.
Animo frangi, Deiicere animum.
Pusillanimum esse. Deiici animo, spe.
Spe deplorata confici.
Animo elanguescere.
Excidere spe, Decidere spe & de spe.
Ad subitam fortunæ commutationẽ concidere.
Animum abiicere, demittere.
Concidere animo, ἀλύειν quod etiã contrarium significat.
Dimittere aures, auriculas.
Deficere absolute.

Deficere

Deficere animo, & animus alicui deficit, Cic.
Non animus eis sed vires deficiunt.
Animis cadere.
Abiicere spem.
Pennas demittere.
Spe destitui.
Submittere animum.
Contrahere animum, Cic.
Abiicere hastam, clypeum, prouer.
Concidit vel decidit illi animus in genua, in pedes, prouer. qui despe- rat consternaturue. Home
πᾶσιν δὲ παρὰ ποσὶ κάππεσε θυμός
Omnibus autem in pedes decidit animus.
Desperare. Diffidere.
ἀπελπίζειν. Spe destitui.
Demittere mentem.
Cadere animo.
In desperationis foueam cadere.
Peruenire ad summam desperationē, Cæsar.
Adduci, duci desperatione.
Extra spem omnem esse
Spe priuari, orbari, frustrari.
ἀλεφαιρειν. In salutis suæ proruere desperationem.
Desperatio omnium populorum animos occuparat, id est, inualerat. Cic.
Desperationis barathrum incidere.
Spem deiicere, abiicere.
Ad laqueum, ad restim confugere.
Ad restim res abiit. Terent. i. periit.
¶ Huc referendæ prouerbiales illæ Hyperbolæ.
Nullus sum. Perii.
Occidi. Totus occidi.
Tam periimus quam extrema (quod dici solet) faba.
Actum est. πέπρακται.
Virg. Occidimus penitus nec habet fortuna regressum.

to Despatch in few wordes
to Declare or shew briefly.

Breuibus perstringere.
Comprehendere, complecti breuibus.
Paucis recensere.
Vno verbo complecti, absoluere.
Latam materiam contrahere, eamq; breui sermone perstringere.
Rem breuibus, breuitate, breuiter percurrere.
Carptim dicere.
Carptim breuiterque perstringere aliquid.
Rem cum circumstantiis omnibus breui compendio delineare.
Expedi paucis quid sit. *Make Short.*
Paucis dabo. i. dicam Terent.
Contracte rescribere.
Rerum summas tantum persequi, nō luxuriari orationis vbertate.
Pauca obiter delibare.
Leuiter, paucis dicere, percurrere.
Referenda angusto contrahere sinu.
Tribus verbis dicere.
Compendio dicere.
Compendium facere dictis. Plin.
Numero dicere, apud Plaut.
Vno vt verbo tibi responderim.
Vt vno dicam verbo.
Atque vt semel quod sentio hac de re dicam.
Dicam libere quod res ipsa loquitur.
Breuiter tibi dixerim.
Ne sim prolixus.
Paucis rem accipe.
Strictim attingere, referre.
Leuiter in transcursu contingere.
Laconicè scribere.
Vti breuitate litterarum.
Rem omnem verbo complecti.
Breuiter transcurrere.
συνεσταλμένως λέγειν.
Paucis dicere.
Vti verborum compendio.
Summatim dicere λακωνίζειν
Dicere in genere, Breuiter dicere.
Compendio loqui.
ὡς τύπῳ λαβεῖν.

Vt semel finiam.
Vt oratio fiat breuis paucis dicam,
Vt semel dicam.
ἀκκαρυφῶσαι, apud Hesiodum summatim ac breuiter perstringam.
Vt compendio loquar,
ὡς τύπῳ εἰπεῖν.
ἑνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν.
Ne multis morer.
Ne sim prolixior, ne prolixa digressione lectori tædium incutiā. Cic.
Ne in eo quod attingendum fuit lōga ponatur oratio.
Ne sim longior,
Vt rem contractius eloquar,
Ne prolixitate fastidium audientibus ingeram.
Quo parcam tædio multæ lectionis paucis cuncta absoluam.
Quàm potero in verba conferam paucissima. i. dicam, Plaut.

Displeased, vide *Angrie*.

to Dispose, to set in Order.

Ordinare, Ratis, concinnis, certis ordinibus describere.
In ordinem redigere certum.
Suis quæq; locis coaptare, reponere, disponere. διαθεῖναι.
Texere metaphoricè,
In ordinem colligere, coarctare.
Dirigere in numerum. Virg, vide *to Order*.

to Dispraise, vide *to Blame*

subtill Disputations, vide *Contentions or Strifes in words.*

to Disquiet from sleepe, vide *Sleepe*.

a Dissembling face, one that beareth two faces vnder one hood.

Fucatus, Duplex corde.
Aliud fronte simulans, aliud corde promens.
Duplex vir, διπλοῦς prouerb.
Mendaci fronte rem gerens.
Bilinguis, μαγαδίζων, *Double tongued*
Æs subæratum.
ὑπόχαλκοι χρυσίοι.
Vna manu aquam ostentans, altera ignem,
Altera manu caput scabens, altera malam feriens,
Aliud pectore clausum, promptum, aliud blando semper in ore ferens,
Longe aliud conditum habere in pectore, aliud sermone fingere.
Coram blandiri, clam obtrectare.
Hodie in astra laudibus extollere, cras eundem diris deuouere,
Palam amicum agere, clanculum nocere.
Altera manu panem ostentare, altera lapidem ferre.
Ex eodem ore frigidum pariter & calidum efflare.
ἐξ αὐτοῦ στόματος θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγειν.

without Dissembling, vide *Freely*.

to Dissent, vide *to Discord, to Differ*.

a Distance or Space.

Distantia. Spatium.
Interuallum. Intercapedo.

in Distresse.

In summas angustias compellere.
In omnium rerum difficultates conijcere, redigere.
Rerum multarum penuria laborare.
Inopia premi, confici,
In maximis angustijs, difficultatibus versari.

Plurimis incommodis affici.
Plurima incommoda sustinere.

to Distribute, vide *to part.*

to Disturbe in speaking, vide *to Interrupt.*

to Disswade, to Counsaile to the contrarie, to make one to chaunge his minde, to withdrawe from some purpose.

A cœpto, à cõsilio, à proposito auertere.
Deflectere. Retrahere.
Flectere. Deterrere.
Auocare. Mouere.
Dissuadere. Abducere.
Auellere.
Totum ab instituto auertere.
Populum, plebem, vulgus facere suum, in suã sententiã pellicere, traducere, perducere ad suam sententiam: adducere ad arbitrium suum Cicero.
Dimouere. Retrò agere.
A proposito dehortari, peruertere.
A recto dimouere, de sententia.
Transuersum agere. παράγειν.
Persuasione subdola obrepere.
Dissuadere & in prauum propellere.
παραπείθειν.
Cœptum, institutum, amici conceptum labefactare.
A sententia abducere, deducere apud Terentium.
In diuersam sententiam pertrahere, rapere.
Transuersum distrahere ingenium, apud Zasium.
Impetu quodam ab instituto, consilio, initio deflectere.
Longissimè a proposito abducere.
Naribus trahere.
τῶν ῥινῶν ἕλκεσθαι.
Mouere de sententia. Liuius.
Nec ante mouerunt de sententia cõsulem, quam Tribuni se in autoritate patrum futuros esse polliciti sunt.
Circa iudicium alieno arbitratu quouis abduci.

Diuers, contrary.

Aduersum. Diuersum.
Varium. Aduersarium.
Contrarium. Alienum.
Inter se pugnans.
Repugnans. Discordans.
Confligens. Discrepans, &c.

Diuersitie, vide *Difference*

Diuersly, in diuers sorts or maners, after diuers and sundry fashions.

Multifariè & multifariàm.
Plurifariam. Sueto.
πολλαχῆ, κατὰ πολλοὺς τρόπους.
Terque quaterque secundum Donatum.
Diuersis modis. Variè.
Multis variisque modis.
Multiformiter apud Gell. & Plinium.
Varium. Diuersum.
Multiplex. πολύχοον.
Multifarium. Multiforme.
Aliud atque aliud. Multijugum, & multigenere, apud Plautum.

Diuinatiõs or Soothsayings of good or ill lucke.

Omen. Auis. Ales.
Auguria. Aruspicia.
Auspicia. Extispicia.
Curiosa horarum obseruatio.
Vaticinia. Prodigia.
Diuinationes. Prognostica.
Portenta. Monstra.

Et

Et id genus permulta.

to tell by Diuination what shall happen, vide *to Ghesse.*

a Diuorse, a Separation betwixt man and wife.

Diuortium. Separatio.
Digressio. Repudium sponsi, & sponsæ proprie ante nuptias.
Dissidium pro discessione ac diuortio à Cicerone ponitur.

to make a Diuorse, or to Separate vtterly a man from his wife.

Sponsalia contracta, matrimonium scindere.
Futuri matrimonii sponsalia dirimere.
Thori & mensæ consuetudinem scindere.
Dimittere matrimonium, dirimere.
¶ Diuortium facere.
A viro discedere.
Repudiare, abdicare, exigere vxorem.
Dimittere, Missam facere, apud Suetonium pro repudiare.
Abire ex matrimonio, Plaut.
Misso repudio in diuersas partes ire.

a Doe, or a Buck.

Daxus seu taxus per t in prima, vt scribunt nonnulli.
Dama δορκάς.
Damula. Meles.

Dominion, vide *Lordship.*
to Doe, vide *to Make.*
to doe or Execute his charge.

Exequi negotium. imperat. a, iussa.
Τὰ παραγγελλόμενα δέχεσθαι.
Explere mandatum. Præstare.
Conficere iussa, Cicero.
Confeci quæ iussisti omnia.
Facere, facere mandata, iussa, imperata.
Τὰ κελευόμενα ποιεῖν.
Commissa peragere, optimè transigere.
Curare mandatum, negotium:
Susceptæ legationis munus obire.
Actum reddere.
Reddere dictum ac factum. i. cito.
Negotium ex animi sententia conficere.
Negotium ad finem perducere.
Mandatam à quoquam prouinciam gnauiter obire.
Negotium obire.
Summa diligentia ac prouidentia gerere negotium.
Exequi mandatum, pro factum curare.
Curare rectè. Terent.
Huic mandes quod quidem curatum rectè velis.

to Doe enough.

Satis facere. Facere satis.
Respondere promissis, factis.
Facere quod satis est.

to Doe for.

Merere & ri. Promereri.
Commereri. Officia.
Beneficia. Conferre.
Efficere. Vide *Doe.*

it must be done, it is needefull, or it must needs be.

Necesse vel necessum est.
ἐπάναγκες. Fit ex necessitate.
Necessitas est, pro eodem Quintiliano frequens.
ἀνάγκη. Oportet. δεῖ.
Trahit, vrget, cogit necessitas.

Necessarium est. Opus est.
Fato datum est seu decretum.
εἱμαρται. πέπρωται.
Fatatum est.
Sic fata tulerunt.
Sic in fatis fuit.
Ineluctabile fatum apud Virg.
Fatum ineuitabile Immutabile.
Necessitas nos ad ea detrusit.
Ita negotium est apud Ciceronem pro ita oportet, sic res postulat.
Fatis adactus, id est, impulsus.

Dores or gates.

Ianuæ. θύραι. Ostia.
Fores. *Dores that open into the streete.*
Antica idem.
Postica vel Posticum. *a back doore.*
Valuæ, κλισιάδες, *tvvo doores together.*
Biualuium, δίθυρον. Vestibulum.
Limina. Introitus. Ingressus.
Portæ. πύλαι.

to burst or breake open Dores.

Conuellere fores toto cardine.
Effringere fores & refringere.
τοιχωρυχεῖν, ἀνακλᾷειν.
Diruere fores.
Claustra reuellere, effringere, & refringere.
Demoliri, comminuere fores & postes securibus.
Ostium cardinibus eijcere.
Ianuam saxis cædere, pro rumpere, Cice.
Facere assulas foribus, Plaut. pro frustatim fores effringere.
Igne abhibito corrumpere.
Repagula conuellere, excutere.
Tartarea frangere repagula, *to burst open the Hell.*

to open the Dores.

Recludere ostium, fores.
Aperire, reserare, patefacere, pandere.
ἀνοίγειν.

to shut, to bolt or barre the Dores.

Pessulo firmare fores.
ἀσφαλίζεσθαι θύρας.
Claudere, obfirmare ostium.
Obicem, pessulum, ostio obdere.
Oppessulare fores. Serare.

to Dote, to waxe Foolish, to Forget to be deceiued.

Excidere à memoria.
Mente excidere. Hallucinari.
Aberrare. Falli. Memoria labi.
Claudicare ingenio.
Delirare animo, Lucretius.
Claudicat ingenium, delirat linguaq; mensque.

to Doubt, or to be in doubt, or vncertaine of any thing.

Ambigere. Addubitare.
Hæsitare. Incertum esse.
Hærere animo.
Pendere absolutè.
Nutare. διαπορεῖν.
Dubitare. Fluctuare.
Esse in consilii triuio.
Anxiis æstuare cogitationibus.
Consilii inops ac perplexus sum.
ἐν τῇ λογισμῶν τριόδῳ εἶναι. ἀπορεῖν
Æstuare.
Cunctari. Suetonius. Ambiguum habere. Subdubitare.
Titubare, apud Augustinum.
Ancipiti esse animo, & incerto.
In ambiguo esse, seu in dubio.
Perplexo esse animo.
Suspendi animo.
Deliberare.
Disputare secum, vel cum animo suo.
Ancipitis esse sententiæ, consilii, animi.

Dubita-

Dubitationem habere, dicitur pas-
siue.
Pendere animus quoque dicitur.
Dubitatione æstuare, apud Cice. pro
maxime hærere, dubium vehemen-
ter habere, distorqueri in delibe-
rando.
Amphibologiæ aliquid in animo.
linquere.
Spem cum metu versare animo.
Inter spem & metum fluctuare.

to put in Doubt, *or to make one to doubt.*

Dubitationem inijcere, adferre.
In dubium, in questionem vocare,
reuocare, venire.
Facere rem dubiam argumentando.
Facere animum dubium,
Suspensum aliquem tenere.
In dubio pectore nostra labant.

without Doubt, Certainely *Assuredly.*

Dubio procul omni, hemistichion.
Absque & sine dubio.
ἀναντιῤῥήτως, Haud dubium.
Pro certo Pro vero.
Indubie Haud dubiè.
Facile. Nempe
Indubitato. Non dubio.
Sine vlla dubitatione.
Indubitanter. vel potius non dubi-
tanter.
sine controuersia apud Vallam pro.
eodem.
Procul dubio.
Extra vel citra controuersiam.
Profecto. ἀναμφιλόγως.
Verè. Ναὶ næ.
Citra contradictionem.

I Doubt not of it, vide *Sure.*

I am in Doubt, vide *Vncertaine.*

Doubtfull-vncertaine.

Ambiguum. Anceps-
Creperum. Dubium.
Suspensum. Obscurum.
Incertum. Perplexum.
Quod in deliberationem sæpe cadit.
in controuersiam, contentionem
venit.

Doubt Doubtfulnesse, Vncertainety.

Dubitatio, Dubitas, Hæsitatio.
Scrupulus & Æstus pro dubitatione
non mediocri, apud Plin.
Explica æstum meum. Sulpitio.
Exime scrupulum *Help me out of doub-*
Consilii inopia. Perplexitas.
Hæsitantia ἀπορία offendiculum.
Ambiguitas

one that is Doubtfull.

¶Hæsitabundus nutabundus, hæsi-
tans, dubius incertus, anceps, nu-
tans, perplexus spemque metumquè
inter dubius, vt est apud Virg.

a Dowrie

Dos. Donarium apud Alciat.
ἕδνον Paraphernalia.
Parapherna: παράφερνα & non para
Phrena, vt imperiti pronunciant.
Quæcunque præter dotem fœminis
sponsis dantur.

a Draught, vide *Priuie.*

a Dray or Sled, a Chariot, or Coche.

Rheda, Traha ἑλκηθρόν.
Epirhedum Carpentum
Essedum. Essedulum
Vehiculum, Carruca-Thensa.

to drawe.

Trahere distrahere, pertrahere. de-
trahere, extrahere, raptare bigis,

Exuere, exerere, expromere nummos.
Educere, exantlare, haurire aquam.
Effodere e terra.
Euellere telum.
Corpora circum muros raptare.

to Draw nearer, vide *to Approch.*

to Draw a sword.

Ferrum gladium, ensem stringere.
Ducere mucronem, virg. Auxilium ducto mucrone petebat.
Nudare, euaginare, exercere, educere gladium.
Vagina liberare ensem.
Distringere gladium, apud Cæsa.
Lætale ferrum stringere, apud Lu. ἀποσπάειν τὴν μάχαιραν.
Eximere. eu ellere glapium.
Strictum gladium intentare.
Irruere cruento ense, gladio stricto, manu mortifera.

to Draw Cuts, vide *to Cast Lots.*

to Dread, to make Afraid.

Præbere metum. Acuere timorem.
Metu pauidus, attonitus.
Timore pallent horrentes comæ.
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Corda timore micant.
Pectora terror habet.
Hæc res est mihi causa timoris.
Abstulit timor vires.
Confiteri pallore gelidum timorem
Illi membra nouus soluit formidine torpor.
Arctæq comæ, & vox faucibus hæsit.
implere vrbem terroribus timore
Turbare omnia magno metu
Sin frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,
Pauor occupat artus.
Comas rigere.
Exultantia haurit corda pauor.
Ancipiti mentem formidine pressit.
Obstupui. Sollicitum timor anxius viget.
Inficit ora pallore timor.

to Dreame.

Somniis illudi.
Insomniis ludificari.
Somniare. ἐνυπνιάζεσθαι
Videre in quiete. seu per quietem.
Insomnia videre.
Simulachra videre volantia. Virgil in 7. Videre in somnis.
Diros nocte Maniũ vultus, dira semper somnia ferre.
Vana deludere imagine mentem.

Dreames or visions in ones sleepe.

Somnia. Insomnia.
ὕπνια
phantasmata.
Nocturna dæmonum ludibria.
Deliramenta & terricubamenta nocturna.
Apparentiæ. Spectra.
Prodigiosa noctis ludibria.
Illusiones imaginariæ.
Visiones. Simulachra.
Visa, pluraliter.
In eandem fere significationem cadunt, tametsi nos non lateat nonnullis distingui.
His confinis est illa passio quam Latini Incubum dicunt, ἐφιάλτην Græci dicunt, the Mare, ex sanguine prædominante in corpore cerebrumque occupante oriri plerisque creditur, aliis ex copia vaporum in caput redundanetum ex cruditate.

Dreaming, vide *Sleepie.*

Dregges, vide *Lyes.*

to waxe Drie, to Wither away.

Tam ad arbores, plantas & herbas filatres, quam ad corporis membra.
Arescere. ἀποψύχειν.
Aslicare. Tabescere.
Arefieri. Exarscere.
Exiccari. Marcere.
Intabescere. Extabescere.
Emarcere. Elanguescere.
Languescere. Contabescere.
Emori. Marcescere.
Siccare. Desiccare.
Corrumpi. Stupere.
φθίνειν. ἀζαίνεσθαι.
Exsiccare. Torrere.
Deficere Tepefieri.
Torrefacere. Vaporare.
Arefacere.

to Drie himselfe:

Asficcessere. Exarere.
Exarefieri. Arescere.
Inarescere. Serescere.
Siccesceri. Adareri.
Exareficeri. Areri.
Infumare *to Drie by the smoake.*

to be Drie.

Siccus. aridus.
Torrus. Torrefactus.
Arefactus. Vaporatus.
Exiccatus.

to Drinke vp all at once, Carouse all out, vide *to Quaffe.*

to Drinke himselfe drunken to Ouerdrinke.

Ebriari. καρῶσθαι.
Inebriari. ἀμυστίζειν.
Bibere affatim capacibus crateribus,
Potu se obruere.
Ingurgitare se.
ad capitis vsque virtigenem bibere, potare.
Ingentia exiccate pocula.
Vino sepeliri, soporari, madere.
Exercere Bacchanalia, Plaut.
Ingurgitare se potu, mero.
Meracum bibere.
Meracius potare.
ἀκρατοποτεῖν. οἰνοφλυγεῖν.
Ab ambas vsque aures bibere. Pontificialiter.
Threicio vel Græco more bibere, vt est apud Pollucem.
Gulæ indulgere.
Ad ambas vsque aures se implere metaphorice.
μέχρι τῶν ἀμφωτίδων.
Largius potare bibere.
κωθωνίζειν. κυαθίζειν
Poculis indulgere. Vinum merum intemperantius bibere.
Ex amphiteto bibere.

a great Drinker, vide *a Drunkard.*

to Driue away, vide *to put to Flight.*

to Driue one out of his goods or lands, to dispossesse, to disseaze.

Deiicere, deturbare de possessione fundi, e fundo aliquem.
Exuere possessione.
Exturbare è possessionibus,
Possessione eiicere
ἐκβάλλειν τῆς κλήσεως.
Exedificasset me ex his ædibus, id est eiecisset. Plaut.
Exturbare fortunis, penatibus, sedibus suis.
Sua ditione profligare, in perpetuum eliminare.

to Driue one out of of the hous.

house, or to thrust one out of the dores

Exturbare aliquem ædibus, vel ex ædibus aut foras.
Sedibus expellere, exigere.
pellere foras.
Propulsare. Submouere.
Domo extrudere, pellere.
Excutere, deturbare e domo.
Χωοίειν. Eiicere.
Explodere. ἐξοικίζειν.
Eliminare. Repellere.
Expellere ædibus, vel depellere.
Exsibilare. Exturbare.
διωκειν τ̃ οικιας, διωθειν.
Quatere pro eiicere, apud Terent.
Quatiemus cum domo fores.
Detrudere, apud Ciceronem, pro eiicere. Protrudere.
¶ Dicimus quoque Exigere comœdiam, fabulam explodere, exhibilare cum displicet. ἐκπίπτειν

the Dropsie.

Aqua intercus. Hydrops.
Morbus intercutis, apud Hier.
Morbus aquæ subter cutem fusæ, dicitur Plinio.
Hydropisis. ὑδρώπισις.
Aquosus languor, apud Hor.
Tympanites. Ascites.
Hyposarca diuersa sunt intercutis nomina.

One that hath the dropsie.

Hidropicus ὑδρωπικός.
Hydropem patiens, qui a Catone Veternosus appellatur.
Aqua intercute, morbo intercutis laborans, male habens.
Tympanicus.

Drought drinesse.

Siccitas. Ariditas.
Ariditio. Siccatio
Desiccatio. Exiccatio.
Vaporatio. Insolatio.
Siccis feruoribus vstus.
Vstus humor ab igne solis.
Percaluit cælumque, vdæq; paludes
Æthereo recens exarsit sydere tellus
Solibus ætheriis, altoque recanduit æstu.
Pocula canescunt cum frondibus vritur arbor.
Exhausta palus; terræque ardore dehiscunt.
Iam rapidus torrens sitiente Sirius
Indos ardebat cælo,
Et medium sol igneus orbem hauserat.
Arebant herbæ; caua flumina siccis faucibus ad lumen radii tepefacta coquebant.

to Drowne, vide *to Ouerflowe,*

Drowsie, vide *Slowe.*

Drowsinesse, vide *Slouthfulnesse.*

a Drumme to Play on a Drumme, or Tabour, a Drumslad.

Tympanum. Tympanizare.
Tympanista Tympanotriba.
Tympanistria.
Tympanum adhibere.
Tympana ignauia Pulsare, tundere, quatere cymbala vel tympana.
Vidi splendentia cymbala multiplices edere pulsa sonos.

Drunken or cupshot.

Plenus vini. Temulentus.
Ebrius Madidus absolute.
Nimio potu mente alienatus. *Drunken and mad.*
Obrutus, sepultus, madidus vino, mero nimio probe appotus.
Potus; absorptus a vino. Ebriacus.

Zitho & vino æstuans.
Vino languidus, confectus.
¶ Nimio se mergere Baccho, ebrietare, ebrium facere.
Inebriare. Commessari,
Congræcari. Pergræcari,
Perpotare.

Drunkennesse, Surfaiting.

Crapula. Ebrietas.
κάρος. Ebriositas, Cic.
Temulentia. Bacchatio,
Immoderata cibi potusque sumptio.
Vinolentia. Morbo vinolentiæ exemptus est apud Babylonem Alexander. Soli.
Capitis grauedo.
καρηβαρία. Propinatio.
Intemperantiæ potus. Heluatio.

a Drunkard, a great drinker, a Swillbolle, or one that is much giuen to wine.

Ebriosus, Bibulus.
Bibosus. Potor.
Bibendi auidus.
Potator, Multibibus.
Crapulam ructuans. Vinosus,
Vinolentus. Zythobibulus.
Gulæ mancipium.
Vinarius apud Vlpia.
Thericlei amicus. Θηρικλείου φίλος.
Miconius, prouerbialiter.
Silenus Bacchi scilicet pædagogus.
Bibo, onis, Tricongius.
Bibax. Bibulus. πολυπότης.
Potator. ποτης.
Bibosus, & pro eodem in Capnionis comœdia Bibaculus.
Vinibibulus. Meribibulus.
Vinipotator. οἰνοπότης.
οἰνοβαρής, vino grauis & pressus.
Vinolentus. Temulentus.
ἔξοινος. Merobibus. ἀκρατοπότης
Bibax imprudens vertitur arte meri.
Illius oculique animique nutant,
Valido titubantia vino membra mouent.
Dubii stantque labantque pedes,
Linguam non tenuisse mero.
Multo perfusus tempora Baccho.
Nondum exhalasti crapulam,
Cura fugit, & multo diluitur mero

to aske his Due.

¶ Nomina appellare, exigere, est debitorem ad dissolutionem cogere apud Cic. in Verr. Act, 3. & Colu.
Repetere æs. Debitum exigere.
ἀναπράττειν τα χρήματα.

to make Dull, vide *Blunt.*

a Dulhead, an Assehead, or a Blockish dullard.

Hebes. Caudex. Stupidus.
Rudis, Inurbanus.
Crassus, Grossus.
Asinus, *an asse*. ὄνος,
ὄνος ἀκροατὴς λύρας.
Plumbeus, metaphorice,
Corpus sine pectore, Tibul.
Ex hara productus,
Stupida mente, Crassæ naris.
Indocilis, ἀδαής,
Tardus. Nullius iudicii.
Crasso ingenio,
βατταλαρίας. παχύνους.
Obesæ naris.
Cui nasi obstat obesitas quo minus olfaciat. Larus, prouer
Semen Arcadicum. Arcadicus,
Gotthicum ingenium,
Cui opus est vt edat nasturtium.
Ingenium pistillo retusius, plumbeum,
Stipite stupidior,
Stipes, *a Lobbe*,
Crassis auribus, Fungus,
Bœotica auris,
Expers ingenii, Hebes animi,
Nihil ab elephante differens,

Antronius asinus, *a Clovvne.*
Animus vel sensus communis, apud Terent. pro negligenti, dissoluto ignauo,& stupido
¶ Ruditas,infirmitas ingenii.
Stupor, stupiditas.

Dul witted,or of a dull wit.

Obtuso,hebete esse ingenio.
Stupidissimum habere ingenium.
Ingenio parũ,aut nihil vigere, valere
Ingenium pistillo retusius.
Cuius ingenio nihil magis Caricum nihil captu tam Bœoticum.
Germen Arcadicum.
Non pollere ingẽnio,nihil posse.
Ingenio parum præstare.

to Dung, to Compasse.

Stercoribus arua saginare, apud Eras.
Ruderare agrum.
Facere stercorationem.
Rudus agro inducere.
Fimum agris fœcunditatis gratia adhibere.
Nilus annuæ inundationis excessibus Aegyptum dicitur opimare.
Euphrates terris superfusus inuehere fœcundĩtatem fertur, Soli.
Facere agrum honestiorem,pro fimo impinguare, apud Colu.
Stercore saturare terram.
Stercorare,pinguefacere agrum.Col. Vitia & faba stercorare agrum dicuntur.
Lætamine agrum adspergere.
Lætificare agrum Stercoratione,Colum.
Facere, reddere lætum.
Fimo agrum impinguare.
Stercoratione fertilem agrum reddere, κοπρίζειν.

dung, dunging.

Lætamen.Fimus,& genere neutro.
Fimum. κόπριθ.,
¶ Stercoratio. Instercoratio.
Lætaminis inspersio.
Insuper Fimetum seu Sterquilinium locus, *a dunghill.* κοπρὼν.
Gallus in suo sterquilinio audacior, fidentior.

dung, or Ordure of cattell, or men.

Merda. ἀποπάτημα.
Stercus. Excrementum,
Recrementum,apud Cel.
Oletum.humanum stercus.
Corporis fex.
Egestum. Egestio. Excretum.
Digestum vetus,vt quidam nugãtur
Forium. Stercus liquidum, Succerda,stercus liquidem, *Hogs dung.* ἀφόδευμα. Murinum stercus. Fimum apud Plinium, græcè Mycopros, λυσπχίδιον quod etiam Muscerda appellatur Latinis.
Stercus bubarum. βόλιτος.
Retrimentum, *Filthinesse.* apud Macrob. pro stercore.

dimme sighted, vide *to see but a little.*

long during, vide *Continuall.*

during but a little, vide *Transitorie.*

Durt, Clay, Mud, Myre.

Cœnum. Lutum. ἰλύς,
Limus. βόρβορος.

a dwarfe.

Pomilio, vel Pumilio.
Nanus. νάνος.
Pygmæus. πυγμαῖος.
Pumilius, vel Pumilus. Pusillulus.
Pusillus,quantus Molon,prouerb.
Breui corporis statura homuncio.
Improcerus,apud Plin,

Stipo-

Stipo. Paruus. Breuis.
Miſcelus.
Fraterculus gigantum, Ironice.
Pygmæorum ſtirpe oriundus.

to dwell, to Inhabite.

Habitare. οἰκεῖν. Manere.
Agere. Manſitare. Inhabitare.
Manſionem trahere. Incolere.
Moram trahere, Morari.
Commorari. ἐπιχωριάζειν.
ὑμῖν ἐπιχωριάζει. Apud vos moratur, verſatur vobiſcum.
Conquieſcere. Nidum habere.
Habere ſedem.
Habere apud Saluſt. & Plaut. pro habitare ponitur.
Conſidere penul. producta, vel Conſidere. Seruare ſyluas, apud Virgilium pro inhabitare.
Vmbroſis vitam degere in hortis.
Habitare laxe, apud Cice. *To dwell in a great roome.* Habitare ædibus modicis, *to dwell ſtreightly,*
Incertis vagari ſedibus, *To haue no dwelling place.*
Colere, inhabitare domum aliquam.

Dwelling in heauen, as Saints, Angels, Soules,

Cœlites. Cœlum pro cœlitibus, continens pro contento.
Cœlicolæ. Aſtricolæ. Cæligenæ.
Superi. Sancti, Diui. Cœleſtes.

to goe to dwell in another place, to flit or remoue his dwelling.

Migrare. Demigrare.
Relictis ſedibus alio commigrare,
Solum, ſedem mutare.
ἐκτοπίζειν. μεταβάλλειν.
Alias ſedes petere.
Mouere ſedes.
Mouere ſedes. Alio migrare.
In aliam regionem commeare.
Commigrare, apud Terent,
Commutare locum.
Mutare domicilium, cœlū ſeu ſedes.
Facere commutationem loci vulgus dicit.
Vertere ſolum, in hoc etiam ſignificato, apud Eraſ. nec erat intempeſtiua admonitio, iuſſus adire magiſtratum, maluit ſolum vertere.
Supellectilis ſarcinam colligere, componere, *to breake vp.*

a dwelling place, vide *an Houſe.*

E

to Eare, to Till, to Plough land or ground.

Exercere terram.
Telluri aratrum imprimere.
Premere terras aratro,
Ducere, deprimere, ſignare & partiri limite campum.
Incuruo tellurem findere aratro.
Subigere aratrum, arua, humum, terram, ſegetes, Cicero: Segetes agricolæ ſubigunt aratris.
Solum, terram, humum proſecare,
Arare. ἀροτριᾶν.
Terram vertere, inuertere agrum, ſolum,
Sulcare. Proſcindere aruum.
Perdomare terram.
Colere, Plin.
Humum frangere raſtris,
Aratro, vomere, ferro proſcindere, ſcindere.
Conuertere ſemina ſulcis,
Agricolationem exercere,
Agricolari, apud Eraſ.
Sollicitare tellurem, apud Virg. & ſollicitare humum ac pinguia findere arua, vtrumque apud Tibullum, pro eodem.
Cice. de ſenect. Terra gremio molli-

to & subacto semen sparsum excipit.
Fœcunda versare ligonibus arua.

Earelie in the Morning, betimes in the dawning.

Diluculo, ἀκρίκνεφής.
Sub auroram. εἰς ἠῶ.
Sub auroræ ortum.
Rutilante aurora,
Rubente mane.
Quum aurora se depromeret.
Prima luce. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ.
Mane, πρωΐ.
Luce adhuc dubia. Matura.
Bene mane, & multo mane pro prima luce, vt refert Hadrianus Cardina. *verie earely,*
Tempore matutino.
Rubescente cœlo,
Circa matutinum crepusculum,
Primo mane.
Circa extremum noctis,
Sub lucis ortum.
Sole diem illustrante face aurea.
Auricomo sol igneus axe.
Exiit Eoæ Tethyos è gremio.
Aurora croceo sinu diem ferente, coma refulgente aurea.
Ante solis ortum.
Primo statim diluculo.
Sub tempus antelucanum.
Aurora procul radios in terram dispergente.
Aurora croceis orbem lustrante capillis, roseis splendoribus caliginem dispellente.
Summo diluculo.
Antelucano.
Ad primam auroram,
Illucescente die, seu surgente.
Sub Oceanum pulsis hiperione stellis.
A primo [illegible].
Summa procul radiis feriente cacumina Phœbo,

Mane cum ab Eois sol fuit ortus aquis.
Iam roseos ignes terris spargebat Eous.
Quum croceis fulgens aurora quadrigis, Protulerat roseas ore nitente genas. *At the sun rising.*
Ortus diei descriptio varia, apud Poëtas.
¶ Lucescit. Dilucescit.
Roseus surgit dies.
Lucere incipit, melius & ornatius dixeris quam dicit. *The day appeareth.*
Lucem portat Eous.
Lucis ortum anteuertere, *To rise before day light or time.*

to Earne, vide *to Get.*

an Earnest pennie.

Arra. Arrhabo. ἀῤῥαβών.
Pignus emptionis. ἐνέχυρον.
Rabo, onis, apud Plaut.

in good Earnest or sadnesse.

Serio. σπουδαίως.
Non iocose. Ex animo.
Extra iocum. Sine risu.
Citra vllum figmentum.

the Earth, the Ground.

Humus. Terra.
Tellus. Solum.
Mater magna quæ & Ops ab opere. γαῖα, γῆ.
Vesta aliquando pro terra accipitur.
Arida ξηρά frequens in sacris Bibliis pro terra, estque Hebræis familiare.

to Ease, or to deliuer from trouble vide *to Ouercome trouble.*

East

Ease or Rest.

Quies. Ocium. Requies.
Quietudo. Ociatio,
Tranquillitas,

to be ill at Ease, vide to be Sicke.

an East winde.

Eurus. εὖρος.
Subsolanus latinis dictus, quod a sole spiret vt græcis ἀπηλιώτης.
Euronotus vel euronaster & Syroeus South East.
Vulturnus Latine.
Hellespontius, Græcus Græcis, καικίας, qui & Euroaquilo vocatur in actis apostolorum, North East,
¶ Oriens, ἀνατολή,
Exortus solis, East,

to Eate.

Manducare, Mandere,
ἐσθίειν, ἔδειν, Edere,
Esitare, Vesci deponentale,
Victitare, Comedere. φαγεῖν,
Cibum sumere, capere.
αἱρεῖσθαι σῖτον, Pascere,
Capere cibum, Ouid,
Explere ventrem,
Famem cibo solari,
Latrantem & iratum placare ventrem. Horat,
Tuburcinari,

a great Eater, vide a Glutton.

to Ebbe.

Mare dicitur refluere, resorberi, deferuere seu deferuescere,
¶ Refluxus,
ἄμπωτις, quasi ἀνάποσις quod mare aquam rebibere videatur,
Recessus æstus destituentis littora, quando post exundationem, aqua ad mare reuertitur, the Ebbe,
Solinus scribit, subita vi spiritus citissimi aut reuomi maria aut resorberi,

Eftsoones, vide Againe.

to Egge, stirre, or prouoke a man to wrath or contention.

Lacessere, καθάπτεσθαι,
Irritare, ἐξοργίζειν,
Exacerbare,
Agere aliquem stimulis,
Prouocare. Incessere,
Insultare. Impetere,
Infestare, Iratum reddere,
Ingenio irritabili.

the Eyes.

Oculi, ὀφθαλμοί,
Lumina. ὄσσε, ὄμματα,
Orbes pro luminibus seu oculis apud Lactan. & Pruden,
Oculi receptu concaui, introrsum recepti compressi, deepe eyes.
Oculi feruentes, ardentes, acres, eager sharpe, fierce, angrie and burning eyes,
Acuti, cleare and sharpe eyes.
Caues, grieued, heauie eyes,
Lubrici, vvauering, variable, deceitfull eyes.
Lippientes, bleare eyes.
Cruentati, suffusi cruore, bloudie blacke: or blevv eyes.
Torui, crudeles. cruell, sturdie, grim, fell, frovvning, lovvring eyes,
Glauci, herbey greene eyes, like to Cats, Lions or ovvles eyes.
Rauidi, Cerulei, skie colour eyes.
Ludibundi, vvandering, loytering, or harlots eyes,
Rigentes, stiffe, hard, rough eyes, that cannot be mooued nor here nor there.
Lyncei, quicke sighted eyes.

to lift vp the Eyes, to Looke vp wards.

Oculos leuare, eleuare, tollere, attollere, erigere, efferre ad sydera, æthera.
Tollere humo lumina, vide *to Looke*

one that hath but one Eye.

Vnoculus *Latine* vocatur, & apud Plautum Vnioculus.
Defioculus. Luscus.
Monopthalmus.
μονόφθαλμος. pro quo inepti monoculum dicunt, conflantes ex Græco & Latino dictionem quod vitio datur.
Thersites. Cocles.
De Coclitum familia, prosapia.

to close the Eyes of one which is dying.

Morienti premere oculos, apud Virg.
Condere lumina chara manu.
Comprimere, & opprimere oculos apud Valerium, & Ouidium, pro quo Claudere oculos, seu lumina Lucanus posuit, & Plinius.
Oculos operire. Soluere oculos morientis lethum dicitur.

to put out ones Eyes.

Eripere visum, Cæcare.
Occæcare. Lumen adimere.
Lumine priuare oculorum.
Oculos effodere, eripere alicui.
Tollere. Exæcare. τυφλώειν
Telo lumen tenebrare acuto.
¶ Oculorum visum recipere, restituere, *to restore the sight.*

to put out ones Eyes with gifts to Bribe or Corrupt with Bribes.

Muneribus, largitione rem agere.
Mentes imperitorum largitione cæcare *Cice.* δωροδοκεῖν.
Corrumpere pecunia muneribus, & prouerbialiter: Argenteis hastis pugnare.
ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι.
Exoculare iudicem. Erasmus.
Pecunia tentare sollicitare.
Muneribus illicere inuitare.
Profundere largitionem.
Obcæcare animum auro.
Muneribus adducere a vero.
Pecunia, largitionebus persuadere.
Sententiam auro impetrare.
Largitionibus, Simoniacis artibus ad ecclesiæ gubernationem peruenire ascendere.
Largitione pecuniæ captare animum alicuius.
Flectere muneribus auro, iudicem.
Auro enim nil inexpugnabile.
Malis ferire. μήλοις βάλλειν.
Corruptus pecunia argentanginam pati prouerbio dicitur, & *Græcè* δωροδοκούμενος corruptus muneribus. ¶ Largitionibus corrumpi.
Muneribus allici. Suscipere accipere munera in corruptionem.
δωροδοκεῖσθαι, δεκάζεσθαι.

Eldership, vide *Old age.*
to be the Eldest.

Præcedere, præcurrere ætate.
Antecellere ætate. Cicero.
Antecedere ætate vel anteire.
Natu maior, Natu grandior.
Esse maiore grandiore, prouectiore ætate.
Annis grandior. Primæuus.

to Elect, vide *to Choose.*

Elegancy, Finenes of speech.

Decus sermonis. Concinnitas.
Munditiès Splendor. Nitor.
lepos. χαριεντισμός. Venustas.
Polities, Scitamentum metapho.

Cultus

Cultus. Gratia. Veneres.
Lenocinia. Phaleræ. Elegantiæ.

Elegant, Clean, Neat, Gay, Feate, Prety, Fine, Minion, Trick and Trimme.

Elegans. Ornatus. Politus.
Cultus. Nitidus. Bellulus.
Splendidus. Concinnus.
Comptus. Mundus.

an Elegant stile.

Stylus elegans, ornatus, facundus limitatus, elimatus, comptus, politus, cultus, compositus, venustus, nitidus, suauis, elaboratus.

an Elephant.

Elephas. Elephantus.
Barrhus. Anguimanus. Lucabos.
Bela. Lybissa. Marmarica.

Eloquent.

Disertus. ῥητής.
Facundus. Rhetor.
Beneloquus, nec inamœna sermonis facilitate.
Cœlestis in dicendo vir.
Concinnus. εὔκοσμος.
Eloquens. λόγιος.
Eloquio præstans Ciceronem, omnes eloquentia vincens.
In dicendo suauis, ornatus, non indisertus.
Plato alter, vtpote qui singulari suauitate orationis.
Suauissimæ pronunciationis.
Orator omnibus pene numeris absolutus, in quē sua munera effusissimè natura contulit.
Dicendi arte & facundia nobilitatus.
Eloquentia Ciceroni vix cedens.
Mercurius alter. Ilioneus.
Nestore facundior.
Nestorea eloquentia.
Cicero. Demosthenes alter.
Pithius deliciæ & condimentum.
Suadæ medulla. Budæus.
Raræ facundiæ.
Qui eloquentiæ est absolutæ.
Florens eloquentia.
Cui est facundia vatis Andini, id est, Virgilii.
Cuius ab ore fluit melliti gurgitis vnda.
Mellitam in ore habens dulcedinem.
Facundissimi oris præditus eloquentia.
Mellitam habens facundiam.
Insigniter disertus.
Aurea præditus lingua, qualem Dionem philosophum & rhetorem testatur. Suidas.
χρυσόςομος.
Fluuius Tullianæ eloquentiæ.
Oratoria, Comicaque præstans facundia.
Fonte potatus Tulliano.
Marcus Tullius Omnium suffragiis vberrimus & inexhaustus facundiæ fons.
Cuius ex ore verba facundissima velut riui viuo fonte lepidè fluunt.
ἀλλ' ἀγορητὴς ἐσθλοί.

to Embrace, to Loue.

Imbrachiare. Amplecti.
Amplexari. Amplexus dare.
Tenere aliquem complexu.
In complexum alicuius venire.
Circumplecti.

an Emperour.

Augustus. Imperator.
Ausonius dux.
Cæsar καῖσαρ ἀρχηγός.
Imperatoris fungens munere.
Cæsarea maiestas.
Induperator in versu.
Orbis Christiani moderator.

Quem

Quem penes imperium terræ, cui summa potestas.
Summus orbis terrarum princeps.

Emptie.

Cassus, Vacuus, Inanis,
κενος. διάκενος. Vanus
Ventosus metaphorice.
Subuentaneus, ὑπηνέμιος
Exhaustus vide *Voide*:

to Enchante to Bewitch.

Fascinare, effascinare Incantare.
Oculis aspectuq; necare.
βασκαίνειν. Cantare.
Magia visum auferre,
Aciem animi, oculorum, intuentium oculos præstringere,
ἀνακόπτειν τῆς ὀφθαλμῆς.
Exercere artes veneficas, præstigias artis magicæ-
Canere, pro incantare, apud Virgil.
Præstigiare.
Lumina, oculos alicuius fallere.
Præstigiis oculos eludere.
Incantationibus perniciem adferre.
Excantare idem quod incantare.
Carminibus maleficta facere.
Noctu euocare vmbras & animas responsa daturas.
Defixa cœlo deducere sydera. Horatius.
Lunam cœlo deducere, deripere incantatione,
Carminum maleficiis varias imaginum facies mentiri Sol.
Miris præstigiis circumuenire, ludere illudere, vulgus decipere.
Curceo poculo hominem in alium subito mutare.
Dementate.
Perstringere.
¶ Soluere maleficium.
Excantare · Recantare. *To vnvvitch.*

Enchantment, vide *VVitcherie.*

to Enclose, to hedge, or wall about, or to Enuiron with hedges or vvalles.

Sepire. Circumsepire.
Ducere vallum.
Castra vallo cingere.
Circumuenire vallo Salust.
Munimentum ex palis struere.
Iacere aggerem
Vrbes multo vestire aggere.
Firmare locum in magnis munitionibus Cæsar.
Confirmare castellum tum præsidiis tum multis tormentis.
Locum præsidiis vincire.
Vallo munire.
περιβάλλεσθαι, Obserpire.
Obuallare, Circumuallare,
Segeti prætendere sepem.
Circumvallare. Cingere.
Ambitu cingere circundare
περιφράττειν περιεμβάλλειν.
Ambire, munire,
Latera sepimento iungere,
Obijcere obducere sepismunimen
Pomarium hortum frutice obsepire spinoso
Vestire vepribus & dumetis Cic

to encorage, to Animate, to Comfort.

Addere animum.
Inspirare animum,
Facere alicui animum bonum Plin.
Animare Erigere.
Subleuare, frequenter in sacris
Inducere in spem Dare spem,
Suppeditare vel dare animum,
Multum animi adferre,
Incendere Soluere corda metu,
Acuere pro animum addere.
Spiritus adferre Hor, Timido quoq; possunt addere mentem
Viros in arma suscitare,

Mouere

Mouere, Accendere, inflammare.
Cicero: Vt amici iacentem animum excitet, inducatque in spem, cogitationemque meliorem.
Sufficere animum vireśque secundas Danais. Virg.
Cohortari, ne animo deficiant.
Addere, dare audaciam, alacritatem
Adiicere animos vel mentem.
Verbis animos confirmare, addere.
Reddere, redascendere animum ac metum adimere.
Animam reddere & vitam.
Aspergere aquam. Eras.
Erigere animum.
Armare animis aliquem.
Excitare alicuius animum.
Inimicorum augere animos. Plaut.

to Encrease, vide *to Augment*.

what Encreaseth, may Decrease.

Quicquid augetur, crescit amplificatur, maius atque amplius, quancumque fit ad rē accessio, aliquid accedit, accrescit, eandem minui, imminui, diminui, comminui necesse est. attenuari, extenuari, iacturam pati, de ea detrahi, auferri adimi potest.

an End.

Finis. τέλος: Calx:
Exitus vnde illud Nasonis. Exitus acta probat.
Catastrophe fabulæ, cuiuslibet rei exitus prouerbialiter, vocatur sicut.
Coronis, vnde dicimus ad coronidem vsque.
Exitium, *an ill end*.
Terminus. Virg. Terma.
Meta. Extremum. Limes.
Regio præsertim in plurali numero, à Cic. & Budæo ponitur pro finibus & terminis.
Vrbs vltima *the ends of the towne*. remotior, longinquior vrbis locus.
Cic. vltimam habitare vrbem.

to End, to bring to an end, to Atchieue or Finish.

Finire, τελευτᾶν. Peragere.
Consummare. Complere.
Perficere rem. Absoluere.
Ad metam vsque peducere.
Vltimam manum, summum fastigium imponere. Perorare.
Concludere. Claudere.
Componere. Virg.
Finem imponere.
Finem facere.
Terminare.
Ad calcem vsque deducere.
Ad vmbilicum ducere, deducere.
Extremum actum, seu Colophonem addere, κολοφῶνα, ἢ τὸ τέλος τῷ κεφαλαίῳ ἐπιθεῖναι.
Complanare opera iam constituta. est operi manum extremam imponere.
Ad vltima venire.
Detexere, pro perficere, seu multum texere, apud Virg. *to vveaue off*.
Supremam, seu extremam manum imponere, addere.
Cic. Manus extrema non accessit operibus eius.
Vela complicare, constringere.
Omnibus partibus, numeris absoluere.
Hic terminus hæret.
Ad calcem, metam, finem ducere.
Persequi opus cœptum.
Receptui canere.
Ad finem perducere. Profligare.
Bellum iam profligatum est. *Brought to an end*.
Dirimere bellum.
Prima mei pars est exacta laboris.
Finis adest.
Meta vltima rerum.

Perfectum

Prefectum reddere.
Extremum fabulæ actum peragere.
Patrare incepta, est perficere.
Perpetrare sed malam plerunque in partem.
Opus meum vt volui omne perpetraui.
Ad destinatum exitum perducere.
Orationem terminare. ἐπιλέγειν.
Ad bonum & congruum finem deducere
Exædificare, est absoluere ædificanda, opus ædificiorum cæptorum, Cic. Ne graueris exædificare id opus quod instituisti.
Ad calcem peruenire.

to bring to a good End.

Fæliciter, prospere, ex animi sententia rem expedire, conficere, terminare, perducere.
Ad bonum exitum, finem, Euentum, terminum reducere.
Vt finis sit propitius, fœlix, facilis, secundus, perbenignus.

in the End.

In fine. In calce.
Venire ad vltima.
Circa finem, calcem.
Exijt emeritis cursibus annus.
In Extrema, in postrema parte.
Operis fastigia summa.
Littera defesso pollice sistit opus.
εἰς τὸ τέλος. Ad finem.

to Endure, vide *to Suffer.*

to Beget for the man, to cōceiue, bring forth or be deliuered, for the woman, to Engender for them both.

Parere. τεκεῖν τίκτειν. Ferre.
Ædere. Gemellos ædere. *to bring forth twins.*
Filios, fœtum producere.
Serere metapho. Virg. Sate sanguine diuum.
Fœtum emittere.
Eniti, procreare. Generare de maribus propriè, licet de fœminis etiam ponat, Plin, *to beget.*
Gignere tam virum, quam mulierem spectat.
E tenebris vteri in lucem fundere.
Aedere in lucem. Cic. Simulatque æditi in lucem & suscepti sumus, *Brought foorth.*
Puerum, partum, fœtum efferre lætas sub auras.
Vitæ ad munera, luminis sub auras infantem profundere.
Effundere proles, pro parere, apud Virg.
Geminam partu dabit Ilia prolem.

to Enioy, to haue Possession, to obtaine, to take fruition.

Vti. Frui. Perfrui. Potiri.
Vsurpare, vsum habere.
Fruiscor & fruniscor idem sunt.
Vtimur tamen vtilibus, fruimur delectabilibus.
Fructum voluptatémque percipere, vide *to Possesse.*

to Enlarge the Empire, or dominion.

Proferre limites.
Prolatare imperium.
Dilatare regni pomeria.
Augere imperium, regnum.
Propagare fines imperii, dilatare imperium; latum, amplumque reddere.
Fines imperii regionibus adiectis adaugere.

Enemie, vide *Foe.*

Enough of this, vide *to Speake no more of this.*

to Enter, to goe in.

Intrare, Ingredi.
Inire domum, Casam.
Ferre, inferre pedem intro.
Succedere Tectis, vrbe.
Subire. Introire. Subintrare.
Pedem inferre. εἰσέλθειν, εἰσέρχόμαι εἰσοδόομαι.
Insistere limen, Virg.
Succedere, apud Virg.
Nostris succede penatibus hospes.

to Entice.

Allicere. Illicere.
Pellicere. Allectare.
Prouocare. Lacessere.
Suggerere. Irritare.
Inuitare. Inducere.
Inescare. Vide *to allure.*

an Entrance or going in.

Introitus εἴσοδος, in primo limine ad ora vrbis.
Ianua. Limen.
Ingressus. Aditus.
Fauces metaph. stricti ingressus. *Narrovv Entries.*

to Entrappe, to lay an Ambush,

Insidias facere.
Insidiose vni, damna, ignominiam inferre, obferre.
Insidiose tractare.
Insidijs petere, perdere, opprimere.
Technas struere.

to Enterprise, vide *Begin.*

to Enuie or to Hate.

Inuidere. Aemulari.
Inuidiosum esse.
Inuidia tabescere.
Odisse cane peius & angue.
Inuidiam habere, apud Cic.
Inuidia flagrare, stimulari.
φθονεῖαζ.
Inuidia vel odio æstuare, *Full of Enuie.*
Ardere, inardescere odio, inuidia, facibus inuidiæ.
Acrioribus inuidiæ stimulis vri.
Inuidia rumpi.
Prosequi aliquem odio capitali.
Capitaliter odisse.
Liuore consumi, exedi.
Exercere odium, iracundiam.
Odisse fratrem tacito sub pectoris antro. Odisse.
Odio prosequi.
Parum fauere.
Prosperum inuidere successum.
Exercere aliquem odiis, Virg.
Prælatos, seu in dignitate constitutos voracissima circumlambit inuidiæ flamma.

Enuious, wicked, malicious.

Æmulus. Aemulator.
Zelotes. ζηλώτης. Zoilus.
Osor. Exosor. Inuidus.
Liuidus, metaph. Inuidiosus.
Criticus. Insectator.
Calumniator. Obtrectator.
Vitupero. Vituperator.

Enuie, hatred, Spite.

Liuor, Odium. Inuidia.
Inuidentia. *Ill vvill.*
Zelus. Simultas.
Loligo pro inuidia ponitur.
Rancor in eadem reperitur significatione, quamuis à plærisque barbarum censeatur.
Abiit de corpore liuor.
Inuidia nullum maius tormentum

Siculi inuenere tyranni, quod suum torqueat authorem.

to Enuiron or Compasse about with a Ditch or trench.

Ciuitatem ferè collapsam egregiis fossis, turribus, ac propugnaculis munire.
Fossis binis cingere.
Turribus, mœnibus firmioribus ac profundioribus fossis egregiè munire.
Cætu cingere locum.
¶ Ducere fossam, fouêam, Circundare fossam latam.
Amictu Cinctus.
Obscuro aëre septus.

to Enuiron or Compasse about with walles.

Muros vel murum ducere, extruere.
Muro cingere vrbem, Liuius.
Mœnibus includere suburbium.
Armare, munire oppidum muro
Ducere mœnia, Virgilius.
Iacere mœnia, muros.
Circundedit noua mœnia oppido.
Muro concludere.
Murum circumducere.
Murum obiicere, opponere.
Murum addere. ἐπιτειχίζειν.

an Epitaphe.

Epitaphium.
Lapis inscriptis stat super ossa notis
Lapis carmen habet.
Signatum carmine saxum.
Nomen in marmore sculptum.
Tumulo super-addere carmen.
Insculpere nomen defuncti.
Nomina scripta tenet Tumulus.
Inscribere marmora notis.

Equally, vide Likewise,

Equally, vide Likewise,

Equitie.

Æquitas,
Aequum & bonum.
ἐπιεικεία. Iustitia
Adrastea pro Iustitia ponitur.
Aequa gerens rectam quæ librat pondere lancem.
Iustitia immota, firma tenaxque manu.

to Erre, vide to Faile, and to Go out of the way.

an Errror in opinion, a fault in writing.

Error. Erratum.
παραφορά. Falsa opinio.
Hallucinatio. Dormitantia.
Menda, dæ, & Mendum, di.
Culpa. Noxa.
Delictum.

to Escape, to flie away, to Auoid.

Euadere. Elabi.
Fuga dilabi. Aufugere.
ἐκπεριδιδράσκω. ὑπαλύγειν.
Subterfugere. Subterlabi.
Erumpere. Effugere.
Euolare pœna vel ex seruitute.
Pedibus salutem quærere.
ἀποφεύγειν ἐκκλίνειν.
Spem in pedibus ponere.
Euolare periculum effugere vt pisces.
λῖνα & retia apud Eustat. in 3. Iliados παρ᾽ ἐμμαχοῖς ponitur.
Fractis vinculis pœnam euadere.
¶ Subducere se, Subtrahere oculis, abdere, abstrudere, Auferre conspectui ὑπεξάγειν.
Sensim se subripere, To slip away. Terent.

Hinc

Hinc vos amolimini, nam mihi impedimento estis.
Facessite hinc, vide *to Flie avvay.*

to Escape or passe without a daunger.

Extollere caput.
Ex malis emergere.
Cum sarcinis enatare.
Transmittere discrimen.
Effugere, euadere periculum,
Excutere ceruice securim. Virg.

to Eschewe, to Auoide, to Decline, to Bend from.

Cauere. εὐλαβεῖσθαι.
Fugere. Vitare.
Declinare. Effugere.
Præterire, apud Terent.
Elabi. euadere.
Cautius aspergine viperina vitare.
Euitare. Abhorrere.
Fugitare prouinciam.
Deflectere.
Defugere authoritatem, munus.
Præcauere cum magna diligentia.
Deuitare, Vitando declinare.
Subterfugere laborem.
Decedere cum datiuo, apud Cæsarem.
Quibus ita interdictum est, iis omnes decedunt, aditumque & sermonem fugiunt.

to Eschewe or Auoide ill companie.

Improba pestiferi fugere cõmercia cætus, Erasmus.
Talis enim quisque fit cum qualibus agit familiaritatem.
Fugere consortia prauorum.
Malis non congredi.
Abstinere ab iis quibus caudæ sunt nigriores.
Malorum declinare consortium.
Cum prauis & dyscolis rationem non habere.
Reuocare se ab omni malorum virorum contagio.
Syrenum cantus, Cyrces pocula & veneris sæuas effugere blanditias.
Blanda Venus pueros nigrum deducit ad Orcum.

Especially, Chiefly, Principally.

Maxime. μάλιστα.
Præsertim. Præcipuè.
Vt qui maximè. Quam maxime.
Potissimum, & potissimè.
Impensius, pro multo magis.
σφοδρότερον.

to Esteeme, or to Set by.

Æstimare. Iudicare. νομίζειν.
Ducere, apud Cicero ἄγειν.
Pendere med. cor. cum genitiuis tanti quanti &c. quemadmodum & facere pro æstimare.
ποιεῖσθαι. metiri.
Ponere, apud Terent.
Censere. Putare.
Reputare. Existimare.

to Esteeme greatly.

Magni instar numinis aliquem habere.
Magno in precio habere.
Plurimi facere.
Magni pendere, habere.
Mirari aliquem.
Magni ducere.
Magni seu maximi æstimare.
Suspicere Reuereri.
Magni facere. Magnificare.
μεγαλύνειν, περὶ πλείστου ποιεῖσθαι.
Eximium habere. Exosculari. Vide *to vveigh.*

to be Esteemed, or much set by, in great estimation.

Magni fieri, in precio haberi, esse

Magnæ existimationis esse.
Plurimi fieri. Censeri.
Haberi in numero.
Maximo in precio esse.
Haberi magni. Clarere.
Magna authoritate pollere, & gratia valere apud omnes.
Reliquos maiestate superare.
Esse in existimatione, in numero.
Florere authoritate, gloria rerum gestarum, honoribus.
Circumfluere, fluere gloria.
Sallustius. Florere. Vigere.
Digitis denotari.
Esse numero & haberi numero.
Habere nomen.
In gratia esse, apud Ciceronem.
Ferire sydera laude, Horat.
Inter homines cæleste quoddam numen agere.
Nomen æthereas adusque nubes ferre.
Sermone hominum celebrari.
Summa gloria frui, apud Gell.
A summis, eruditione pariter atque authoritate viris in dignatione, honore haberi.

greatly Esteemed, much set by, Famous Renowmed.

Clarissimi nominis.
Fama celebratus.
Magnæ dignitatis & authoritatis
Summæ authoritatis.
Clarus. Nobilis.
Celeber. Celebratus.
Grauis & honoratus apud suos.
Celeberrimæ Famæ, quanta vix cœlo capi possit.
Feriens sydera laude apud Horat.
Qui est in magno nomine & gloria. δοξαζόμενος.
Primæ authoritatis.
Primi nominis.
Multi nominis vir.
Primæ notæ, Famatus.
Existimatus. Gel.
Eximius Vir. Gratiosus.
Honoratus. Insignis etiam pro quacunque virtutis fama & celebritate claro ponitur.
Qui in ore viget omnium.
Magnæ æstimationis. εὐδοκιμῶν.
Qui in maximo habetur precio & authoritate non modica.
Grauitatem, comitate pulcherrima conditam, præ se ferens.
Cuius incredibilis est, apud Cæsareã Maiestatem, regiam celsitudinem tum gratia, tum authoritas, penes quem res omnis vertitur. α & ω.
Cuius sententia apud N. oraculi pondus habet.
Authoritate, gratia, atque potentia plus omnibus valens in cælo esse dicitur Ciceroni, vide *Renowmed.*

to Esteeme as nothing, vide *to set naught by.*

to Esteeme or thinke, vide *to suppose.*

to be Euen with, vide *to Recompence & to Reuenge.*

the Euening.

Serum diei. Vesper. Vesperum.
Ἑσπέρα, Serum substantiuum.
Tempus vespertinum.
Occasus Tempus occiduum.
Vespertinum crepusculum.
Vespera pro eodem apud diuum Augustinum legimus.

in the Euening late

Vesperi. ἑσπέρας. ὀψίας.
Vesper. Sero. Tardè.
Serum. Serotinum tempus.
Sub tenebras.
Die iam vesperato, Soli.
Sub obscuræ tenebrosa crepuscula noctis, traherent quum sera crepuscula noctem.

Circa

Circa vespertinum crepusculum.
περὶ δείλην ἑσπέραν. ἀκρήσπερον.
Nocte incipiente. ἀκρήσπερον.
Cadentibus vmbris.
Iam radios sole tegente suos.
Prima nocte. περὶ πρώτην νύκτα.
Die se inclinante, Tvvy light.
Præcipitante se iam sole, ruente.
Prima vespera cum adhuc lux dubia.
Sub noctem.
Proximus æthereas Titan abiturus in vndas.
Deuexo propior fit vesper olympo.
Fusco hespereus ibat equo.
Iamq; suos vultus sol condidit.
Ad prima crepuscula, sub.
Sera rubens accendit lumina vesper.
Cæruleis Titan cum iam demergeretur vndis.
Sub horrentes quum Titan pergeret vmbras.
Sed in multam noctem, vel ad multā noctem, in profundam noctem, vt est apud Cice. *Late in the night.*
Obscura media nocte.
Quum medios cursus nox atra tenebat, flexaque tarda pigri plaustra Bootis erant,

Euery where, All ouer.

Vbique. Vbique gentium.
Vbi locorum. Vbilibet.
Nusquam non. Passim.
ἑκασταχοῦ. πανταχοῦ.
Apud gentes omnes.
Omni in loco. In quolibet loco.

Euerlasting, for euer.

Immortale. Perpetuum.
Sempiternum. Indissolubile.
Æternum Aeuiternum Perenne.
Et Cedro dignum, *VVorthy to remaine for euer.* vide. *Age.*

Euerlastingly.

Aeternum & Aeternè aduerbium.
In perpetuum.
In sempiternum. Perpetim.
In æuum. Omne per æuum.
Omne ad tempus.
In æternum. εἰς αἰῶνα.
Duæ sunt vbiq; dictiones cum in cū accusatiuo construitur, ideoque necessario separandæ.

an Euerlasting, Perpetuall and Immortall Renowne or fame.

Nomen ab omni temporis iniuria vindicare.
Propagare nomen æternitate.
Constituere memoriam perpetuam generi suo.
Nomen immortalitati donare, commendare, tradere. Maximam gloriæ famam posteris relinquere.
Aeditis operibus ac eruditione immortalitatem parare.
Nomen dare gloriæ sempiternæ.
Consecrare memoriam nominis sui amplissimis monumentis.
Sempiternæ hominū memoriæ consecrare. Illa vita est tua quæ vigebit memoria sæculorum omnium
Perpetua tui erit memoria.
Ibit in sæcula nomen tuum, Plin.
Immortalem ex aliqua re deportare gloriam, quæ non nisi magno paratur sudore.
Admirationē sui posteris relinquere
Nunquam inter moriturum famæ decus sibi parere.
Cicero: Cuius ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis plato tradidit.
Eruditissimis lucubrationibus nunquam intermoriturum decus parare.
Nomen ad posteros transmittere.
Famæ immortalitatem consequi.
Haud illaudati nominis æternitatem comparare.

Euident or plaine,

Euidens. Planus.
Manifestus. Apertus.
Expeditus. Lucidus.
Capillis, auribus, obtorto collo trahere Vi perpellere.
Centauricè, Cyclopum more facere.
Rem legibus neglectis pro sua libidine gerere.

For euer, vide Euerlasting.

to Forget.

Obliuisci. Effluere.
Defluere ex animo.
Ire, abire in obliuionem.
Capere obliuionem.
Labi è memoria, è pectore.
Dare ventis.
Excidere alicui.
Ducere obliuia vel obliuionem.
Poet. Obliuioni dare, tradere.
Vino inscribere.
In vento & rapida scribere oportet aqua, apud Catul.
Ventis tradere. Horat.
Delere ex animo
Ex animo reuellere, eijcere.
Imis ceris eradere.
Sapientiæ est atque magnitudinis animi obliuioni tradere irrecuperabilis dispendium.
Nam rerum irrecuperabilium summa fœlicitas, est obliuio, vide to Dote.

to make Forfeit, vide to Confiscate.

Forgetfull.

Obliuiosus. Obliuium.
Immemor.
Collecta obliuia damno.

Non ſubeunt animo meritorum obliuia noſto.
Memoria infirma.

to be Forgotten, to make forgotten.

Aeternum Lethes tegi ſub amne.
Interire à memoria hominum.
Iacere in obliuione.
Obliuionem veterum amicorum inuehere.
Longa obliuia potare.
Alicuius rei memoriam omnem tollere funditus ac delere.
Rebus geſtis offundere obliuionem.
Memoriam habere fluxam, parum tenacem.

I haue Forgotten it, or it is out of my Remembrance or Minde.

Excidit animo. Excidit.
Effugit, Oblitus ſum.
Aufugit. fugit me.
Effluxit, Defluxit.
Cœpit me obliuio.
Obliuio ſuſtulit, abſtulit illa id eſt penitus oblitus ſum
Laticem omnem Letheum aridulis ebibi faucibus.
Venit in obliuionem.
Obliuio intercepit.
Exceſſit è memoria.
Elapſum eſt memoriæ, menti, ex vel è memoria.
Effluxit memoria, à liquorum fluxu ducta metaphora.
Memoria excidit.
Ventis & auræ mandatum.
In tenues euanuit auras.
Cribro excepi, non in dolio.
Memoria non retinui.
Inſcripſi vino.
Non rite audita recordor. Virg.
Omnia non memini, mens eſt mihi debilis, iſta vix teneo.
Mantu. Effluxit ex animo meo.
Euulſum ex omni memoria vitaque noſtra.
Nomen loci, authoris, viri ſubterfugit mihi.
Fugit exulatum pectore meo. Cic.
Hæc me fugiunt, i. non recordor.

to Forgiue or pardon an offence.

Condonare culpam, crimen & donare ſimplex.
Reatuum facere gratiam.
Dare erratorum veniam.
Ignoſcere admiſſum.
Condonare præteritum erratum peccatum, malefacta.
Tribuere veniam errori.
Mittere noxam, Terent.
Remittere culpam, delictum, noxam, vulgus dimittere dicit.
Indulgere.
Veniam dare culpæ.
Offenſam dimittere, ſeu potius remittere.
συγγινώσκειν. συγγνώμην ἔχειν, vt tradit Budæus.
Et ab aliquo veniam petere, orare, παραιτεῖσθαι συγγνώμην παρά τινος, eſt deprecari culpam, pœnam, noxam.
Facere gratiam delicti, apud Sall.
Condonare ſupplicium, Cice.
Offenſiunculam remittere.
Concedere, apud Cic.
Relaxare. Laxare. Reſoluere.
Abſoluere nexum criminis.
Rumpere nexum vinculi, id eſt peccati. Dare indulgentiam. Plinius
Dare remiſſionem criminum.
Ferre veniam offenſis, frequens in ſacris literis.
Animaduerſionem remittere, pro cōdonare, apud Cice.
Peccatorum nubila tollere.
Sarcina ponderum prementium leuare.

Eximere

Eximere noxæ, pœnæ.
Eximere nomē de tabulis, quod vulgo absoluere dicimus reum.
Liberare scelere, de crimine tollere.
Impunitatem dare peccatorum.

For your sake.

Tua causa. Tui causa.
σὴν χάριν ϖ. ὅς χάριν σὰ.
In tuam gratiam, pro quo nonnulli vsurpant has voces, Respectu, & contemplatione tui, minus ornatè.

For my sake.

Mea vel mei causa.
Meo vel nostro nomine.
Mea ex parte.
Meis verbis.
In meam gratiam.
In rem nostram.

a Forme, a Shape, a Shoemakers Last or Least.

Forma. Formula.
Exemplar. Typus.
Figura. Archetypus.

a Fornace, vide Ouen.

a Forrest, a parke, a Wood.

Saltus. Lucus. Nemus.
νέμος. Sylua. ὕλη.
Distinguunt (fateor) nonnulli, sed differentia confunditur.

to Forsake, to Faile, to lack, to Yeeld, to Turne to the contrarie part.

Descire Desciscere. ἀφιστάναι.
Deficere. Rebellare.
Ab imperio deficere, vel à nomine à republica.
Vindicare libertatem.
In oppressionem tyrannidis arma sumere.
Nouis rebus studere.
Reuocare, redintegrare, instaurare amissam libertatem.
Colla iugo subtrahere.
Retrocedere.
Rebellionem moliri, facere.
Sese recipere, vindicare in libertatem.
Imperium detractare.
Seruitutis iugum excutere.
Transfugere.
Deficere ad Francos, ad Turcam.
Conferre se ad regem, Salust.
Transire ad hostes.
Hinc transfuga, defector.

to forsake or resigne his office, to giue ouer or goe from his office.

¶ Abire prætoratu, tribunatu, magistratu, consulatu.
Defungi.
Ablegare vel abdicare se magistratu, consulatu, functionibus, dignitate sua nondum ad plenum functa defungi.
Deponere magistratum.
ἀπιέναι ἀρχῆς, ἢ παραλύειν.
Longum valere iubere.
Decedere de dignitate, de officio.
Ab officio recedere, Cic.

to forsake, vide to Leaue.

to foresee, vide to perceiue, Circumspect.

Forsworne, vide False.

Fortresses, strong holds, or Bulwarkes.

Munimenta. Munitiones.
Propugnacula. ἔρκιον, ἔρκος.
ἐπιτειχίσματα.
Fortalicia. Valla.

Præsidia,

Præsidia. Castella.
ἐρύματα. Castra.
Turres. Arces.
Aggeres. Septa.
Refugia. Loca munita.
Defensacula.
Minæ murorum ingentes. Virg.

Fortune.

Sors. Fors.
Τύχη λάχον. Alta.
Euentus. Exitus.
Casus incertus.
Varietas ambiguitasque fortunæ.
Fortuna, quam Budæus vocat stolidam ac proteruam rerum humanarum arbitram.

Fortunately, vide *Luckily.*

to trie the Fortune, or to aduenture vpon fortune.

Stare fortunæ.
Fortunæ se suaque permittere.
Rei exitum experiri.
Tentare fortunam.
Fortunam periclitari, apud Cæsar. ἐκκυβεύειν
Venari, experiri fortunam.
Iacere, iactare aleam, *to Hazard, to Venture, or put in aduenture.*
κύβον ῥίπτειν. διακυβεύειν.
Sene. Quod sors feret, æquo feramus animo.
Superanda omnis fortuna ferendo est. Poëta.
Fortunæ res humanas pro arbitrio flectenti & versanti se totum committere.
Auræ blandienti vela pandere.
Subiicere rem fortunæ.
Negotii euentum fortunæ committere arbitrio.
Belli virtutem, euentum experiri.
Vela ventis permittere, apud Quinti.
Fluctibus dare ratem, apud Sene.
Ferri procella apud Virg. Æne. pro pati ius fortunæ prout alea casusque temerarius tulerit, *to vvauer in the ballance of fortune.*

Ill fortune, grieuous Aduersity.

Res, fortuna, aduersa, contraria, incommoda, infesta, infensa, iniqua, inimica.
Grauis fortuna, reflans, aduersa.
Res afflictæ.
Malum substant.
Infortunium. ἀτυχία.
Aduersitas.
Malum Lemnium.
Ogygium, Tragicum.
Lerna, Ilias malorum.
Calamitas, Casus. Acerbitas.
Mala malis succedentia, agminatim ingruentia, &c.
Vno ex malo plura consequuntur.
Cui aduenit vnum, non aduenit solum.
Hinc etiã poetis Cathenati labores dicti. Vide prouerb.

to haue ill fortune, or ill lucke.

Infortunia pati, Fatis exerceri.
In salo huius vitæ circumflantibus agitari procellis.
Fortuna vehementer, acriter, acerbe, grauiterme oppugnat vexat, exagitat, vrget, premit, grauat.
Aduersis premi.
Ferri in præceps, præcipitium.
Conflictari incommodis multis & magnis. Cice.
Malo infortunio perire.
Facultatibus labi, *to Decay.*

against ill fortune, good Hope.

Ego ad omnes casus quibus humana vita subiecta, proposita, exposita est, pater, fortis sum.

Contra

Contra fortunam paratus, armatus, firmus, validus.

Firmissimis præsidijs conscientiæ munitus.

Res humanas præclarè contemno, negligo, despicio, aspernor.

Valet animus, firmus est, seipso nititur, sua in seipso præsidia ponit, à seipso præsidium omne petit.

Aduersus fortunæ vim, impetum, conatus, iniurias, tela omnia se ipsum corroborat.

Minimum res humanæ me mouent afficiunt, perturbant.

Minimum laboro de rebus humanis.

Susque, deque res humanas facio, fero.

Humanis casibus animi præstantia virtute, fortitudine resisto.

Fortunæ conatibus obuiam eo, occurro, obiicio me fortiter atque acriter.

Fretus conscientia fortunam spetno, contemno.

Mea me cõtra fortunam conscientia fortem facit, confirmat, auget viribus, validiorem reddit, mihi animos addit, virtutẽ, vires, robur fortitudinem, firmitatem.

Forthwith, vide *Out of hand.*

Foule, vide *Filthy.*

to make Foule, to Array filthily and sluttishly, to Defile.

Contaminare.	Deformare.
Attaminare.	μιαίνειν.
Temerare	Maculare.
Inquinare.	Scelerare.
Polluere.	μορύξαι.
Inficere.	Impiare.
Coinquinare.	

Oblimare metaphoricè.

Violare.	Sordidare.
Vitiare.	Collutulare.
Incestare.	Cloacare.
Prophanare.	Conspurcare.
Turpare.	Tetrare.
Deturpare.	Deuenustare.
Fœdare.	Defœdare.

Spurcum, fœdum reddere, vel turpe.

Gregem sanctum contagione polluere.

Sufficere purpurram. Cice.

Lesbiari. λεσβιάζειν.

Fowles, vide *Birds.*

to Fray, vide *to Abash, to Feare.*

the Fraight, payed for cariage.

Naulum. Merces nautica.

Portorium, & Portorion.

Porthmion græcis.

Porthmeus dissyllabum & portitor.

a Barge-man, or water-man, or a Carrier.

a Franke benefite, vide *Benefite.*

Franke, vide *Mad.*

a Fraternitie, a Brotherhoode.

Contubernium. Sodalitas.

Conuentus. Conuenticulum.

φρατρεία. Græcè

A Diuis passim apud nos cognominata habent.

Ineptiunt prorsus qui cõfratrias vocant.

Phratria enim vocabulum Græcum est non deductum à fratribus, vt autumant.

Contubernales, epulones, coëpulones, syssitos, sodales saginandi ple

runque ventris gratia ita conuenientes Græci φρᾱ́τορας vocant.

Phratriarchus, φρατρίαρχος est præfectus, præpositus & princeps fratriæ, *the Deane or vvarden.*

Curia similiter significat, *a Brotherhoode.*

Vnde curiales & Tribules.

without Fraud or Deceipt, vide *VVithout, &c.*

Free, or at Libertie, his owne man.

Liber. αὐτεξούσιος.
Sui iuris. Suæ potestatis.
Suæ tutelæ, αὐτοκράτωρ,
Sui arbitrij ἐλεύθερος.
Patria potestate solutus.
Dominationi nullius parens.
Suo iure liberatateque utens.
Ingenuus Persius: Meo à prætore recessi.

Free from Subsidie.

Virtute sua cõsequutus est, vt nihil nullum fructum publicè pẽderet, vt vectigalis nõ esset, vt esset immunis, vt ex eorum numero, qui publice aliquid penderẽt eximeretur, nihil publice solueret, vt esset expers onerum quæ publicè imponuntur, vt nullam pecuniã in commune conferret, vt publicis oneribus vacaret, vt tributarius non esset, vt nullum tributum persolueret.

Free from trouble.

Nũc quidem Dei gratia vacuus molestijs, [illegible] citra cura, sollicitudine sum, procul abitum.

Nulla meum animum paulò molestior, grauior, acerbior exagitat, vexat, perturbat, commouet, afficit cogitatio.

Fruitur animus meus tranquillitate.

Bene est, tranquille est, commode est quies est, pax est.

Tranquillitas est animo meo.

Animo sum ab omni molestia soluto vacuo, libero, longe seiuncto.

Dei benignitas me omni molestia exemit, liberauit.

Ab omni molestia vindicauit, dicauit, eripuit, disiunxit.

Freely, without dissembling euen as I thinke.

Ingenuè. Liberè.
ἁπλῶς. ἐλευθέρως.
Ex animo. Citra fucum.
Renudati animi penetralibus.
Recto pectore. Aperto pectore.
Vera fronte. Simpliciter.
Citra dissimulationem.
Rotundo ore. Tutò.

a Friedome, vide *Refuge.* and *Village.*

Fresh, Caller, vide *New.*

to Frie, vide *Roast.*

a Frying pan.

Sartago. Frixorium.
Patella. τήγανον.
Frictorium. φρύγανον.

Friendship, Amitie, Goodwill.

Amicitia. φιλότης.
Familiaritas. φιλία.
Beneuolentia. εὔνοια.
Necessitudo. Vsus.
Conuersatio.

Notitia pro familiaritate nonnunquam ponitur.

Sicut & Charitas à Cic. pro amicitia, & beneuolentia, ac Consuetudo pro intima quadam familiaritate ponitur.

Limen pro amicitia, vt exponit Seruius in Vir. Hinc limine pelli, limine submoueri.

Eliminari, excludi, *To be thrusted out.*

¶ Vetus amicitia, quæ ab ipsis propè cunabilis vna cum ætate accreuit, *Old antiquitie.*

a Friend, an Acquaintance.

Amicus. φίλος.
Familiaris. Coniunctus.
Beneuolus.
Charus. συγγενής.
Quicum bene conuenit.
Necessarius seu potius pluraliter.
Necessarij, amici & quibus vti familiariter solemus.
Coniunctissimus.
Iuratissimus, Plin.

a great Friend.

Quicum haud vulgaris intercedit amicitia.
Arctissimo, sanctissimoque necessitudinis fœdere copulatus.
Affixus lateri alicuius.
Necessitudinis nexu tenacius astrictus.
Quicum necessitudo intima atque arctissima.
Et singulari in me beneuolentia.
Cousuetudine iunctissimus, quicum maxima familiaritas intercedit.
Alicui toto pectore deditus, *a hartie friend.*
Certus, fidus amicus, prouerb.

to be Friends, or to vse ones friendship, familiaritie.

Vti quopiam familiariter.
Habere arctissimam vel amplam cũ aliquo necessitudinem.
Summa alicui familiaritate coniungi.
Amicitiam bene vinctam habere.
Vti consuetudine.
Consuetudine, amicitia deuinciri.
Complecti aliquem familiaritate arcta.
Continuam cum quopiam fouere familiaritatem.
Intercedit mihi cum aliquo familiaritas maxima, cum quo mihi vsus multus est: mutuaque inter nos beneuolentia.

to get, to make Friends.

Contrahere familiaritatem, amicitiam, beneuolentiam.
Coniungere. ἐξαρτᾶν.
Deuincire sibi aliquem amicitia.
Inire amicitiam.
Adsciscere amicitiam.
Iungere se alicui fœdere amicitiæ.
Insinuare se in amicitiam, familiaritatem alicuius.
Emeteri amicos.
Amicitiæ fores aperire.
Iungere amicitias, familiaritatem.
Officiis prouocare, beneuolentia allicere.
Familiaritate deuincire, implicare.
Dare, immergere, insinuare se in cõsuetudinem.
Captare beneuolentiam, gratiam.
Magni viri conflare amicitiam familiaritatem.
Amicitiam conciliare.
Conciliare, ingerere sibi aliquem suo munere, id est, auro.
In fœderis societatem trahere.
Amicitiam parere, gignere.
Gratiam alicuius sequi, est amicitiam ambitiosius captare, ambire, apud Cæsa.
Sic gratiam quærere, aucari, inquirere apud Cic.
Et similiter gratiam acquirere, con

sequi, apud eundem.

¶ Amicitiam confirmare, firmiorem reddere, conglutinare, connexa sibi pectora, strictiore adhuc commissura conglobare, vide *to pacifie*

to breake or to vndoe Friendship.

Amicitiam dissuere, scindere, violare funditus euertere, deponere, extinguere, labefactare, discindere.

Soluere amicitiæ vincula.

Amicitiæ tesseram frangere, perfringere, labefactare.

Scindere necessitudines sanctissimas.

¶ Inimicitias indicere, denunciare, suscipere, gerere, exercere, habere.

the Fringes or Borders of a garment,

Fimbriæ, κρόσσοι.

Laciniæ, cæsuræ vestium extremæ particulatim decoris gratia concisæ, *Fringers*. Limbelli.

Peniculamenta Limbi.

Limbuli φυλακτήρια.

Extremitates, oræ vestium.

Instita, *the hems or welts.*

From henceforth.

Deinde. ἔπειτα.

Deinceps. Sub hæc.

Dein, ἐντεῦθεν Exin.

Post. Postea Posteaquam, *after, afterwards, after that.*

Vbi, Dum, At vbi, Simulac.

Vt, Simulatque, *as soone as,* ὡς δὲ τάχιστα. Simul vt.

Tum proinde, apud Virg.

Interposito, interiecto deinde temporis spatio.

Mox pro eodem frequens, apud Pli.

Dehinc pro deinde, apud Sal.

Secundum cum accusatiuo, pro post frequens est.

Secundum eam pugnam.

¶ Postea, multis labentibus annis, *a grant while after.*

to be Frozen.

Gelari, apud Iuuen Congelari.

Gelascere. πεπηγέναι.

Congelascere, κρυσταλλοῦσθαι.

Durari glacie. λαγηνοῦσθαι.

Gelu coustringi, astringi, durari.

Densari frigore.

In glaciem conuerti. Glaciari.

Asperitate hyemis densari. vide *to waxe hard.*

to Frowne, vide *to looke Sowerly.*

Froward, Crabbed, wayward.

Difficilis. δυσάρεστος, λευγαλέος μεμψίμοιρος.

Morosus, Querulus, Seuerus.

Querulosus. Grauis.

Molestus. Peruersus.

Tristis. Onerosus.

Cilicum moribus vtens.

ἐγκλιόμενος στυγερός.

Insuauis moribus.

ἀθέκαστος κεραβόλος.

Homo suorum morum.

Expers sensus communis.

Suis moribus, suo quodam instituto viuens.

Difficilimis moribus.

Intractabilis.

Quē ne bestiæ quidem ferre possent.

Quem nō tolerent centū Ægyptii.

Iniucundis, asperis moribus.

Et prouerbialiter.

Leberide scabrosior vel asperior.

Thymbra victitans.

Echino asperior.

Totus Echinus asper.

Et præposterus, peruersus homo.

a Fruitfull, a Fertile or Fattle ground.

Ter-

Terra ferax. Fœcunda.
Opima, Luxuriosa.
καρπογόνη.
Omnium ferax. Fructifica.
Fertilis terra, pinguis, diues, frugifera, læta, alma.
Omnipara tellus, Solin. de Creta insula. Larga vitis, mira soli indulgentia, arborarii prouentus abundantes. Idem de India, In anno bis æstatem habet, bis legit frugem.
Ager Rheticus bonus frugibus, opimus & ferax. Idem,
Solum diuitem fœtum prouentum effundens, præfœcundum.
Præpinguis, vber gleba, Fructuosa.
Fructifera. καρποφόρας.
Letissimum lati fundium.
Tellus, ager vbertatis inexhaustæ,
πάμφορος.
Terra, ager restibilis, παλομφυής.
Restibilem fœcunditatem adferens.
Terra benigna, pro feraci. & fructus abundè reddente, apud Pli. ita de Aegypto loquente, Nulla est benignior tellus nullus ager feracior.
Arbor vel tellus bifera, quæ bis fert fructum, sementem.
Fructum ædere. καρποφορεῖν.
Fruges fundere, fructificare, fructum ferre. *to bring forth fruite.*
Dare fœcunditatem terris.
Vberare fœcundum, vber facere.
σιτιάζειν. *to make fruitfull.*

Fruitfulnesse vide *Fertilitie.*

to make Fruition, vide *to Enioy.*

Full, Replenished.

Plenus. Distentus.
Repletus. Refertus.
Satur. Tumidus.
Tumidis nauigare velis, *to Saile with full sailes.*

Funerals, solemnities at ones buriall.

Funeralia. Sacra funebria.
Iusta exequiarum, apud cic.
Supremi diei celebritas.
Exequiæ. Officium funebre.
Parentalia olim dicebantur & Iusta funebria. Feralia.
νεμιζόμενα ὅσια.
Parentationes.
Et inferiæ, apud Virg. pro sacrificiis quæ Manibus, vmbris vel inferis à veteribus soluebantur.
ἐπικήδεια.
Feralis pompa, i exequialis quæ cadaueri offerendo exhibetur.
Et cultus feralis pro funebri & lugubri.
¶ Epicedium, Threnodia, Carmen funebre, exequiale. Ouid.

to keepe a great Funerall, or Buriall.

Iusta celebrare, soluere, persoluere, perhonorifice.
Iusta funebria, honores funebres a[illegible]re, peragere, regio sumptu.
Funebre officium exequi.
Mortualia soluere officia.
Exequias facere, seu celebrare, peragere.
Celeberrima parentatione peragere funus, funeris exequias.
Exequiari etiam dicitur.
κηδεύειν.
Supremas exequias ducere, dare, Soli
Parentare parentibus.
Exequi vxorem defuncti Plaut.
Inferias facere, soluere.
Funus satis amplum facere, Cic.
Iusta facere, conficere magnifice.
Salust. Fere dona sepulchro.
τὰ νομιζόμενα ποιεῖν.
Vita defunctis iusta solemni more facere, exoluere.
Ferre suprema alicui.

Et cineri ingrato suprema ferebant, apud Virg.
Dare iura vmbris.
Defuncti manibus parentare.
Funus magnificum amplum, honorificum deducere.
Ducere pompam funebram.
instruere pompam.
Ire, prodire in pompam funebrem.

Funebre officium, funus, ceremonias funerales agere, celebrare, *to keep a Buriall.*

Prosequendo exequias honestare, apud Ambror.

a Funnell

Infundibulum. χώνη.
Epichysis.
Colum pro eodem.

Furie, vide *Anger.*

Furious, vide *Madde*

Furthermore, beside al this, also, *Moreouer.*

Quin. Quinetiam. Nunc, Iam.
Tum ad hæc. ταῦτ' ἔτι.
Adhæc. εἰς ταῦτα. Etiam.
Super hæc, apud Suet.
super hæc omnia. Item. Itemque.
Præter hæc & hæc præter, Itidem.
πρὸς ἢ τούτοις Insuper.
Denique, Vltra.
Præterea. Vel.
ἔτι δὲ, similiter. Tum.
Porro autem. Dein. Iam vero.
Eodem pertinet.
Sed pene exciderat.
Neque vero te N, Prætereo, Cic.
Quod ad reliqua pertinet.
Age vero.
προσέτι
Accedit his. Accedit ad hæc.
Huc accedit. Huc pertinet.
Superest,
Reliquum est. Huc tendit,
Huic confine est. Non dissimile.
His finitum est, vide *Moreouer.*

G

to Gadde and iette vp and downe.

Volitare & vagari in foro, Cic.
Hac illac itare & circumcursare, cursitare.

a Gaile, vide *Prison.*

to Gaine, to Winne, to Profite.

Facere lucrum & reportare.
Frugem accipere.
Capere, facere emolumentum & decerpere.
Facere rem, frugem.
Parare compendium.
Referre.
Fructum haud contemnendum.
Demetere commoditatem.
Colligere vtilitatem ex re multum frugifera, quæ commodo, vsui, emolumento sit,
Maxime operæ pretium facere in re aliqua.
Fructus fat vberes copiososque metere.
Colligere fructus non paucos.
Non Mediocrem vtilitatem comparare,
Capere fructum, Cic.
Magnorum meorum laborum, multarumque vigiliarum fructum cepi maximum. i, vtilitatem maximam.
Amplo fœnore compendium facere.
Adiumentum importare.
Vectigal magnum alicui adferre.
Vectigal facere.
Lucidentam colligere messem.
Facere, capere messem, Proficere.
Facere profectum.

Fructum percipere, capere.
Adipisci, comparare commodum.
Vtilitatem afferre.
¶ Commodis seruire, consulere.
Circa emolumenti messem vigilare, *to Gape after profite, and gaine.*
Prospicere sibi.
Sui rationem ducere.
λόγον ἔχειν
Suis seruire commodis.
In futurum, in posterum consulere sibi.
Rei familiari insudare, seruire, *to seek his ovvne profite.*
Habere rationem rei familiaris, quā delabi sinere flagitiosum est, vt scribit Cicero.

Gaine, Winning, Profite, or Vantage.

Lucrum, κέρδος.
Lucellum diminutiuum.
κερδύφιον. Compendium.
Emolumentum, Fructus.
Fœnus. Quæstus. Vsus.
Vsura. Aucupium.
Impendium, prō eodem, apud Varronem.

a Gammon or a Flitch of bakon.

Perna fumo indurata.
Coxa suilla fumosa. Petaso.
Petasunculus diminutiuum, apud Iuuenalem. πτέρνα.
Succidia. *a flitch of bacon.*

to Gape, to Chincke or Chappe.

Findi Diffindi.
Aperiri. Hiare.
Dehiscere. Fatiscere.
Hiare æstu, ariditate humus seu flores dicuntur.
Agere rimas.
Deduci rimis.
Ducere rimas, apud Ouidium.
Tenui rima fissus apud eundem.
Hiulcare. Catullus.
Cum grauis exustos æstus hiulcat agros.
¶ Hiulcum, nimio calore deductum

the Garde of a Prince, as the Queenes Garde.

Stipatores. Apparitores.
Fascium baiuli. ῥαβδοῦχος.
Somatophylaces. Liburni.
Satellites pedestres.
Doryferi, à ferendis hastis.
Latrones & laterani olim; quod principem stiparent latera vocabantur, qui nunc latrones à latēdo dicuntur. Lictores.
Equestres corporis principis custode Archeros vulgo vocant ab arcubus quos olim in equis ferebant, vnde rectius Arcigeri appellarentur: & latiniis, sicuti Græcis ἱπποτοξόται defendendi causa principem stipantes, circundantes, ex equo sagittarii, apud Cæs. li. V. de Bello Afric. Cum sagittariis ac funditoribus, hippotoxotisque compluribus.
Quadruplatores.
Delatores. Emissarii.
Emissitii, Exploratores, Coricæi, idem ferè, *Espiers or Spies.*
ὠτακουστής.
¶ Latus suum armatis hominibus stipare.
Se militari manu sepire, *To haue a Gard.*
Satellitum post se trahere centurias
Satellitium militare ad corporis tutelam, sui custodiam adhibere.
δορυφορεῖν.
Obsequentibus fulciri cuneis.
Factionibus armatorum succingi.
Alcel.

Stipatus agmine armatorum, telis multis,
Armatus sicariis.

a Gardener.

Hortulanus. Custos hortorum,
Horti curam habens.
Κηπωρὸς. κηπουρὸς. Olitor,

a Garland, vide *a Crowne*

a Garment.

Vestis, Vestimentem.
Indumentum, Amictus.
ἱμάτιον, Crocota, genus vestis.
Chiridota, *with long sleeues,*
Rall*a, a bare or a turne coate.*
Victus appellatione etia vestis continetur, vt ait Vlpianus
Arca vestiaria. ἱματιοφυλάκιον
Vestiarium vulgus vocat.

to Gaspe, Gape, or yawne.

Oscitare. χασμᾶσθαι.
Os totum aperire, commouere.
Diducere os.
Oscitari, apud Ciceronem legitur.
Facere rictum.
Hiare. χαίνειν.

a Gasping. Gaping or Yawning.

Oscitatio, actus ipse, nempe intensa oris apertio. χάσμη.
Pandiculatio toto corpore fit quādo brachiis extensis, pedibusque porrectis, os diducimus, quod vicij plærumque post somnum diurnum, præque laboris tædio, subrepere solet.
Et verbum Pandiculari.
σκορδινᾶσθαι, extendere seu protendere membra cum oscitatione & capitis grauedine.

Gates, vide *Dores.*

to Gather thinges togither, to Assemble.

Colligere. Corradere.
Coadunare. Coniungere.
Conglomerare, Compellere.
Congerere, Cumulare.
Accumulare. Aceruare.
Conflare. Contrahere.
Coaceruare. Cogere.
ἐπισωρεῦσαι.
Congregare. Corrogare.
Aceruatim cuncta congerere.
Vndecunque comparare.
Aceruum parare.
Centuriare, apud Plaut.
Perfasque nefasque congerere,
In vnum conferre.

to Gather, to assemble, to come togitheir in a place.

Conuenire. Coire.
In vnum locum conuenire.
Congredi. Congregari.
συνέρχεσθαι
Venire in vnum, Virg.
Confluere in aliquem locum.
Conuolat populus, Terent.
Facere concursum, in vnum locum currere.
Glomerare. contrahere, congregare, compellere.
Animi gratia circumuolitare.
¶ Comitia habere.
Conuentum celebrare.
Agere cum populo, *to call the people togither.*
Concire, conuocare multitudinem obscuram.
Vocare cætum, consilium.
Corrogere cœtum proximorū, Soli
Vocare, conuocare senatum.

Gelded,

Spado. Eunchus.
Εὐνοῦχος. Semiuir.

Castratus

Castratus, Euiratus.
Exectus. ἐκτομίας.
Capus vulgo dicitur, cui testes sunt execti vel testiculi amputati.
Thlasias θλασίας, qui attritis est testiculis.
Distinguunt Grammatici Spadonem & Eunuchum, sed differentia fine robore est.

to Geld.

¶ Exsecare testes. ἐκτέμνειν.
Virilia resecare. Excidere.
ἀνορχίζειν. Eiuare.
Emasculare. Castrare.
Spadonem eunuchum facere,

a Generall of an army, vide a Captaine.

Gentle, Ciuill, Courteous.

Humanus totus. Ciuilis.
Vrbanus. εὐτράπελος.
Facetus. αἱμύλος.
Comis. Lepidus.
Facetijs fluens, abundans.
Facundus. Antropelinus.
Habens leporem in verbis.
Modestus.
Moribus integris.
Moribus festiuis, ac citra grauitatis detrimentum amœnis.
Modestiam præ se ferens inauditam.
Nihil factitium præ se ferens.
Candidus, integer, sine fuco.
Gratiarum alumnus.
Apertus homo. Hilare ingenium.
Festiui & amœni ingenij.
Rara præditus humanitate.
Ad omnem humanitatem propensissimum habens animum.
Mira grauitate conditam præ se ferens comitatem, morumque ciuilitatem.
Comitate, conuictus facilitate, facetissimis colloquijs, atque omniū honestissima morum probitate quosuis præcellens.
Homo vrbanitatis ac facetiarum artifex.
Leporum ac facetiarū disertus puer. Catul.
Homo iocis ac leporibus concretus
Insatiabilis lerna nugarum.
Lepore, iocis, ac salibus, vndique refertus.
Vafer tamen vitia tangit, & admissus circum præcordia ludit. Horatius & Pers.

Gentrie. vide Nobility

Gentlenesse, vide Courtesie

Gently, beningly, Fauorably

¶ Benignè. Amicè.
Comiter. Populariter.
Candidè. Sincerè.

to Gesse by diuinatiōs what will happen, to Prophecie, to shew things to come.

Augurari. Diuinare.
Vaticinari. Præsagire futura.
Augurate. Prophetare.
Prædicere. Præsignificare.
Augurare. Futura prædicere.
προφητεύειν. πελωρεύειν.
Ominari. Augurem agere,
Ariolari. aruspicium agere, facere, de cœlo seruare.
Prodere ingruentia.
Canere, apud Virgilium.
Babylonicos numeros tentare, & genethliacorum more diuinare.
Futura significare, aperire.
Ex coniecturis prudenter collocatis colligere.
Conijcere.
Euentura fata dicere.
Ventura præcinere.
Oraculum ædere.
Tanquam de spiculo futura præuidere,

dere, coniectura prospicere.
Perendinum ventum præscire, præsentire.
Destinare oculis furem, apud Curt. pro certis quibusdam indicijs oculorum, furem denotare.

to Gesse, or to iudge by suspition.

Conijcere. Coniectare.
Diuinare. μαντεύεσθαι.
Coniectura assequi, consequi, prospicere cognoscere.
Colligere. Cogitare.
Interpretari.

Gesters, vide *Fooles.*

to Get, to Obtaine.

Consequi Adsequi.
ἀφικνεῖσθαι Impetrare.
Ferre, apud Terent.
Nancisci. Adipisci.
Quærere. Parere. Potiri.
Indipisci pro eodem, apud plaut. à quo frequentatiuū Inde pro, apud Varronem.
Conquirere. Acquirere.
Obtinere. Lucrari.
Colligere. Eblandiri.
Exorare Blanditijs impetrare.
Surripere cum datiuo personæ per falsam seu mendacē narrationem aliquid impetrare extorquere à principe vel senatu.
Impetrare, exprimere, extorquere.
Parare, comparare.
Conciliare, tam in bonum quam in malum.
Contrahere.
Conflare cum datiuo personæ. & accusatiuo rei constructa.

to Get, or to Earne his liuing.

Conquirere victum, Quærere.
Quæritare, Viuere ex re aliqua.
Exercere sumptum suum opere rustico faciundo, apud Terentium in Heaut.
Lucrari victum.
Ob exiguum idq; incertum lucellum per omnia maria volitare, transcurrere, vndis ac ventis vitam cōmittere.
Maximis sudoribus, innumeris vitæ periculis sectari, quærere lucellum.
Vndique lucella venari.
Cibum per ignem quæritare & per saxa.
E flamma cibum petere.

to Get a good name, to become Famous.

Nominis splēdorem, bonam famam, nomen adsequi.
Clarescere. εὐδοκιμεῖν.
Magna cum gloria & gratia ad summam amplitudinem peruenire, apud Ciceronem.
Crebescere, percrebescere, increbescere.
Bene passim audire.
Enitere, & enitescere metaphoricè.
Gloriam adsequi.
Altius emergere.
Celebrem fieri.
Diuulgari. Probus habeor.
Cresco, id est, honoratior fio.
Bonæ sum famæ.
¶ Summam rebus bellicis referre gloriam, acquirere famam.
Bellica industria, morum integritate honestis studijs gloriam consequi immortalem.
Prorogare nominis famam.
Spargere famam.
Nomen adipisci, augere, consequi.
Lucubrationibus ingentem parare famam.
Moribus egregijs mortalem extendere famam.
Egregiam laudem ferre, apud Virg.

Gloria superare inuidiam,
Parare,captare famam,gloriam.
In existimationem venire.
Existimationem accipere.
Rebus gestis inclarescere.
Famæ pulsare polos,& sydera laude
Nomine per vniuersum orbem inclarescere.
Colligere admirationem sui,existimationem,famam.
Famæ ianuam,seu aures hominum patefacere.
Quærere nomen per Gallica regna Hispanumque Tagum,&c.
Quærere famam egregijs factis,rebus bellicis,eruditione,virtute.literarum studijs.

to Giue, to bestow.

Dare,διδόναι. δοῦναι.
Largiri. Tribuere.
Præstare. Præbere.
Conferre. Concedere.
Offerre. Donare.
Impendere.
Impartiri vel impartire.
Dono dare.
Accumulare donis.
Largissimo sinu , plena manu effundere.
Munera libare.
Condonare pro dare,datiuo vel accusatiuo iungitur.
Mittere pro dare,apud Horat.
Scribe decem Nerio.

to giue niggardly.

Dare manu contracta, seu parca,apud Hora. pro parcè vel frigidè aliquid dare.

to Giue in Waste.

Dare in sumptum.apud Terent.
Omnia conferre in commune.
Dare vt insumatur in conuiuium.vel compotatiunculam, pro quo barbari dicunt,dare in antipodio.

to Giue ouer, vide *to yeeld himselfe.*

the holy Ghost.

Spiritus sanctus.
Flammifer spiritus.
Sacrum pneuma.ἅγιον πνεῦμα.
Flamen sacrum, almum.
Spirabile numen.
Flatus viuus.
Halitus, afflatusq; Dei sacer. Eras.
Paracletus,i. consolator.
Mysticum spiramen in hymno natalis Domini.
¶ Afflatus Spiritu sancto almo flamine.
Illustratus sacro lumine.
Diuinitus afflatus,
θεόπνευστος.

a Giant, vide *Stature.*

a Gibbet, or Gallowes.

Patibulum. ἴκριον.
Crux. σταυρός.
Græcum Π.
Furca. αἰώρα.
Gabalus apud Varronem, pro patibulo. Stipes.
Lignum in sacris literis, pro eodem.
Trabs excelsa in libro Esther.

Gifts or Benefits, Presents,

Munera. Munuscula.
Dona. δῶρα. Præmia.
Data pro donis in sacra scriptura.
Xenia. Xeniola. Beneficia.
Lautia latinè.
Liberalitates.
Eulogiæ. εὐλογίαι.
¶ Muneris,beneficio afficere *.to Bestovv a benefite.*
Conferre beneficium.

Donare munere aliquem.
Dare Donum. *and to bestowe a benefite.*

Gilefull, vide *Craftie.*

Gilty, Wicked.

Reus. Noxius.
Facinerosus. Criminosus.
Peccator. Labe reus.
Obsessus culpis.
Vitiis contaminatus.
Sustinens culpam,
Delictorum mole obrutus ac sepultus.
Mole seu pondere peccatorum pressus, oppressus.
Nefandissimus, sceleratissimus.
Maximus peccator.
In vitiorum luto & sentina immersus.
Conscientiam occulto peccatorum reatu obstrictam tenens,

Giltlesse, Vide *Innocent*

a Ginne, a Trap, a Snare.

Laqueus. Perdica. Trica.
Compes. Inuolucrum. Decipula.
Vendicula. Venabulum. Vide *Trappes.*

a Girdle, a Belt.

Baltheus, vel Baltheum.
σφεχγίς. Zona. ζώνη
Cingulum ζώνη
Cinctorium.
Cinctus substantiuum.
Strophum in himno palmarum.
Corrigia. Lorum.

Glad, Mery, Ioyous Delectable, Cheerefull.

Hilaris ἱλαρός
Alacer. Iucundus.
Lætus εὔθυμος
Serena seu explicata frons. *A Glad countenance.*
Frons defecata.
Frons generosa, hospite digna.

to be Glad, Merie, Ioyful.

Lætari. Exhilarescere,
Exporrigere frontem.
καὶ προσώπων ἀνίμι.
Plaudere. Iucundari.
Iucundus sum. εὐθυμέομαι.
Variè afficior,
Iucunditate perfundi.
Cum amiculis se recreare suauibus.
Operam dare rebus ludicris.
Virg. Soluite corda metu, secludite curas,
Tempus iucundum agere.
Curam animo expellere, eruere, eximere.
Multi fabula plena ioci.
Leuare pectora diris sollicitudinibus.
Munera iucunda,
Excutere animo sollicitudinem omnem.
Ferri lætitiæ vel differri.
Dare se iucunditati.
Gestire. Ouare,
Canere ad veteres verba iocosa modos,
Ouationem agere.
Relaxare animos, & dare se iucunditati, Cic,
Gaudere. Exultare. Triumphare.
Diffundere animos, frontem, vtrumque, apud Ouid.
Alacri animo esse. Iubilare.
εὐθυμεῖν. Sustollere manus.
Hilarem hunc sumamus diem,
Lucentem hunc habeamus diem
Hodie modò hilarem facere, Terent.
Hilariter viuere.

Gladnesse, Reioycing, Delight and Pleasure.

Voluptas. Gaudium,
Lætitiæ. εὐθυμία τέρψις.
εὐθυμοσύνη. Oblectamen,

Oblecta

Oblectamentum. Oblectatio.
Iucunditas. Delectatio.
Delectamentum. Delectamen.
Delinimen. Delinimentum.
Delicium & deliciæ in plurali, quæ nobis voluptati sunt, sicuti Amores Latini appellant rem qua maximè oblectamur, quæque nobis velut in delicijs sunt.
Vocis iucunditas ac alacritas.
Res est arbitrio non dirimenda meo.

Gladly, willingly.

Vltro. Sponte. Libens.
Libenter. Cupidè. Auidè.
Maximè. Spontane.
Vehementer, vide VVillingly.

to make Glad and Ioyous, to Recreate, to Refresh, to Delight.

Voluptatem adferre.
Adoptare gaudium.
Oblectare. τέρπειν.
Volupe esse. Delectare.
Grata gaudij dulcedine pertentare intimis præcordijs.
Recreare. Hilarare: Exhilarare.
Lætificare, & ri, deponens.
εὐθυμεῖν. ἱλαρύνειν.
Iuuat impersonale in tertia persona cum accusatiuo.
Delinire voluptate.
Lætum facere.
Delectamentum conciliare.
Afficere lætitia. Reficere.
Gaudio perfundere.
Parere lætitiam, & adimere mœrorem. Explere animum gaudio.
Cumulare, accumulare gaudium.
Iucunditate afficere.
Parare animos, apud Ouid.
Eximere sollicitudinem.
Solicitudinem ex animo âmouere.
Vberiore lætitia animum opplere
Anxiis curis animum liberare.
Diuino quodam nectare perfundere
Animos releuare dolore.
Delibutum gaudio reddere, Teren.
Multiiuga voluptate animum delibutum reddere.
Incredibili quadam lætitia perfundere. Oblectamentum præstare.
Capere quoque pro magis afficere & oblectare. Ouid. Factum mirabile ceperat aures.
Pictura capit oculos.
Afficere animum res aliqua dicitur quæ oblectat.
Oblectare lumina.
Læta corda vel animum aliqua re pascere & occulos.
Iucundo pruritu titillare aures.

Glorious from a childe.

Inflammatus ad gloriam à puero fuisti.
Iam inde à pueritia gloriæ studio atque amore flagrastri, spectasti gloriam ante omnes res à primis annis.
Tibi erat gloria omnium rerum antiquissima, in animo erat, in oculis erat, in amoribus erat, in delitiis erat. vide Prowd.

Glorie, vide Honor, praise

Glue, Soulder.

Gluten. Glutinum.
κόλλα ἰξός. Visus, Cic.
Bitumen. media producta.
Pertumen, apud Plinium.
Viscum in neutro genere, Col.
Lithocolla. *Stone glue.*
Ichyocolla. *Mouth glue.*
Glutinosa mollities.

a Glutton, a Gulligut, a Ravenour or deuourer, a great Eater

Cibi pernicies. λαφύστης.
Helluo. Gluto. Epulo.
Edo, onis, Gurges, Mando.

Ganeo apud Iuuen.
Immensam habere gulam.
Culæ parens.
Gulosus. Venter.
Ingurgitator. Genauius.
Parasitus. Lurco.
Edax & bybax. Vorax.
Profundæ, intempestiuæ, sordidæ Gulæ homo.
Catillo, onis. Insatiabilis.
Inexplebilis. Ligurio.
Commestor. Gulo.
Phago. Nepos.
Comedo, onis. Ligurior.
Apitius à Romano quodam nobili, admodumque guloso.
Cotem aleus, Prouer.
Barathro, βάραγθρ.
Asini mandibula.
Gastrimargus.
Manduco & manducus.
Qui etiam Bætilum deuoraret.
Heterognathus. ἑτερόγναθος ob voracitatem alternatim vtraq; mandibula cibum commandens.
¶ Infercire corpus.
Distendere ventrem, aqualiculum.
Explere se, vide *to Fill*.

Gluttony, Rauening.

Ingluuies. λιχνεία.
Gula. Gulositas.
Intemperantia, λαιμαργία.
Crapula. Voracitas.
Gastrimargia, per g. in prima syllaba.
Abdomen pro vitio ventris ac gutturis, quam gulositatẽ vulgo vocant, frequenter ponit, Cic.
Ille gurges natus abdomini suo.

Gluttonous, Rauenous.

Gulosus. Intemperans.
Gastrimargus. Lurco.

to Gnash, to grinde the teeth.

Fremere. Frendere.
βρύχειν. Labra mordere.
Os distorquere.
Dentibus stridere.
Nares crispare.

to Goe or walke.

Ire. Vadere. βαδίζειν.
πορεύεσθαι. Pedare.
Tendere iter, viam.
Tendimus in Latium.
Concedere. Terent.
Concede hinc domum.
Iter capere, facere, meteri, aperire:
Gradiri βαίνειν.
Gressus ferre vel inferre.
Carpere viam.
Incedere pro simpliciter ire, apud Liuium.
Concedere ad dextram, Terent.
Moliri iter, apud Poetas.
Ambulare, pro iter facere, apud Ci. ad At.
Premere humum.

to Goe away out of his countrey.

Recedere. Commeare in aliam regi-gionem.
Totum percensuit orbem.
Sedare in viam, viæ committere.
Abire. ἀπαμέναι.
Iter ingredi. Inire viam.
Cedere patria, vrbe, pro discedere, Virg.
Inuitus regina tuo de littore cessi.
Patrios linquere fines.
Abscedere, Discedere.
Decedere. Sarcinas colligere.
Digredi. Secedere. Soluere.
Accingere se itineri, se ad iter.
Alium locum petere.
Abire vrbe.
Talaria induere. Proficisci.
Auolare in aliquam regionem.
Migrare. Auferre se.
Molliri iter, apud poetas.

Iter

Iter instituere, ingredi.
Alio ire, se recipere.
Peregrè longinquas inuisere terras.
Conicere se in prouinciam vltimam
Commouere se, pro abire seu discedere, apud Cic.
Concedere, apud Terent. & Liuium, Ἀναχωρεῖν.
Corripere se inde, *To get him from thence.*
Credere se nocti. Guid.
Noctu iter ingredi.
Cōcedere aliquo, apud Cic.
Facessere, apud Nonium.
Rus iam iam proficisci.
Abrippere se, apud Eras.
Itineri se committere.
¶ Postico decedere, sese subducere. Inscijs alijs, furtim abire. *To slippe avvay.*
Postico fallere, Horat.
Abire fœtore relicto.
Abire, discedere hospite insalutato
ἀυτομολεῖν *vvithout taking his leaue.*
Pro quo Cæsar in Commentariis dixit.
Non conclamatis vasis abire.

to Go backe, to Retire.

Retrogradi, Retroire.
Regredi. Recedere.
Excedere terris.
Remeare. Plin. Iter remetiri.
Si patrios vnquam remeassem victor ad agros.
Conuersis recurrere equis.
Reuocare gradum superasque euadere ad auras.
Refugere. Tergiuersari.
Repedare. Imitari nepam.
Retrocedere. Reuocare.
Referre pedem ac retrahere.
Gradum, pedem retroferre, Virg.
Pedemque refert quasi tactus ab angue, Sene. Audax virago non tulit retrogradum, vide *to recoyle.*

to Go about, to Attempt.

Conari. Moliri.
Affectare aliquid.
Niti. Eniti.
Parare. Studere.
Satagere. Operam dare.

to Goforward.

¶ Procedere. progredi.
Addere gradum. Plin.
Gradum promouere.
Inire.
Cæptum peragere cursum.

to Go to bed, or to Sleepe.

Petere quietem.
Seram dare membris quietem, Virg.
Concedere cubitum.
Dare se somno, quieti ex labore.
Quieti se tradere.
Ascendere, conscendere lectum.]
Ad quietem componere sese.
Soporifero componere membra grabato.
Lassos artus componere cubili.
Molli condere membra thoro.
Conferre se dormitum.
Componere se lecto.
Capescere nocturnam requiem.
Cōponere se somno, deponere caput
Defessa thoro membra reponere.

to Go in, vide to Enter.

to Go out or forth of dores.

Efferre pedem. Excedere.
Migrare loco.
Pedem efferre. Exilire.
Prodire. Procurrere.
Educere se foras
Proripere se ex ædibus foras.
Egredi, Exire domo, tecto, foribus, limine, laribus, templo.

to Go forth or abroad, vide to Come forth:

Iter

to Go in pilgrimage.

Peregrinari. ἐκδημεῖν.
Foris agere.
Peregrinare Romam, Hierosolymâ.
Religionis ergo terra mariq́ue peregrinari.
Omnia terræ ſanctæ loca inuiſere, perluſtrare, perreptare.
Pietatis ſtudio ad terram ſanctam peregrinari.
Peregrinationem ire, inire votiuam, Eraſ.
Facta vota ſoluere, perſoluere.

to Go round about, to Compaſſe about.

Circumire. Luſtrare.
Obire. Obambulare.
Ambire. Oberrare.
Circinare. Gyrare.

to Go out of the way, to Erre, to Wander, to Stray abroad.

Errare. Palare, Aberrare auia.
Decipi errore locorum.
Vagari. Oberrare. ἀλητεύειν.
Diuagari. Circumambulare.
Incerta ſede vagari.
Deerrare. Declinare à via.
Deflectere è recta via.
γῆν πρὸ γῆν ἐλαύνεσθαι.
Surſum ac deorſum per orbem vagari.
Ire per deuia
Surſum deorſumq́ue curſitare.
Sparſim ac diſſolutè ciuitatem obire palando.
Pecudum more pererrare auia. Claudi.

to Go a tippe to.

Tollere, ſuſpendere gradum.
Summis pedibus ingredi.
Summis pedum digitis.
Suſpenſo gradu ire, incedere. i. placido.
ἀκροποδιτεῖν.
ἐπ' ἄκρων ὀνύχων.
ἐπ' ἄκρων δακτύλων.
Summis pedum articulis vnguibus ingredi.

to Go limping.

Ire pede incerto.
Aegrè pedibus ingredi. Columel.
Ferri pede incerto, apud Horat. pro ire caſabundè, id eſt, crebro cadẽdo. vide *to Stumble*.

to Goe ouer or beyond

Tranſire. Tranſcendere.
Tranſilire. Tranſgredi.

to Go to law, vide *to Pleade*.

Go to, vide *well then*.

Go and be hanged.

Vel ſimile quid exitium vel perniciẽm imprecando.
Ire, Abire in malam rem, in malam crucem.
ἐς κυνὸς ὀρχεῖς.
In maximũ malum, in rem maximè malam.
Ire paſtum coruos ἔρρειν ἐς κόρακας apud Ariſtophanem.
Ire ad furcas, ad Græcum Π,
Ἐς κόρακας πορεύεσθαι.
Ἀποφθείρεσθαι.
Et imperatiuus, φθείρου.
I in malam rem.
Abi quo dignus es.
Quin tu abis in malam peſtem, malumq́; cruciatum, apud Cic.
Aufer te in Marcariam, prouerb.
In orciculum incidas, prouerb.
ἀρδῶν κόρακος τοῦ ἐπεὶ πίνης.

in Gobbets or morſels vide *Peacemeale*.

a Goblet, vide *a Cup.*

God Almightie.

Deus. omnipotens Pater.
Conditor, fabricator mundi.
Cœli sceptra tenens.
Vasti conditor orbis.
Cuncta suo qui numine torquet.
Numinum Rex. Cœlicola.
Superum rector.
Cæleste numen.
Supremi regnator Olympi.
Opifex rerum.
Qui temperat orbem.
Celsa Deus sedet arce, sceptra tenens.
Deus maris & terræ tempestatūque potens.
Rex magnus Olympi, hominumque diūmque.
Cœli genitor.
Qui totum nutu tremefacit Olympum.
Qui regit ætherei radiantia sydera cœli.
Pater altitonans.
Omnium rerum autor, creator, conditor, opifex, artifex, effector.

the God of the sea.

Neptunus. Æquoreus Deus.
Iouis frater qui regnat in æquore.
Iouis frater qui tumidis regnat in vndis.
Rector pelagi tricuspide telo.
Cui sunt æquora sorte tradita.
Cui prima furentē fodit equū magno tellus percussa tridenti.
Neptunus vasti cui parent æquora ponti.
Et quicquid magni continet vnda maris.
Neptunus motor aquorum.
Ambitamque suo circundat æquora terram.
Deus qui concitat æquore terras.
Neptunus tenens abditæ littora terræ.
Æquoreus pater.
Rex pelagi, Ponti.
Rector arenosi æquoris, qui terras gurgite quassat, & humum.
Qui quatit immanes fluctu telluris arenas.
Profundi æquoris domitor.
Cui imperium est pelagi, sæuumque tridens.
Deus maris & tempestatum potens.
Domitor maris alti.
Concita qui ventis æquora mulcet.
Qui imo ciet æquora fundo.

to giue God thanks.

Gratari Deo. Gratias agere.
Gratiam persoluere, Cic.
Qui sanctis? quireligionem colentes? nisi qui meritam dijs immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt?
Grates agere non solum poëticum, sed etiam oratorium, Cic.
Et grates tibi ago summe sol, vobisque reliqui cœlites.
Gratulari, pro gratias agere, apud Terent. in Heaut.
Gratulari Deo.

to praise God.

¶ Confiteri Deo.
Magnificare Deum.
μεγαλύνειν.
δοξάζειν τὸν θεόν.
Glorificare, δοξολογεῖν

to take God to witnesse.

Deum contestari, obtestari, quod Græci vna dictione ἐπιθειάζειν dicunt.
Quem nihil latet, Deum testem adhibere.
Deum testari, testem facere, vel inuocare, in testem citare, vocare.

Seu vt ait doctor Tharsensis.
μάρτυς γδ ἐμοῦ ὁ θεός.

God saue you.

Salue. χαῖρε. Salue plurimum.
Salutem tibi precor.
Optamus tibi salutem & omnia prospera.
Saluus sis
Salue multum, plurimum, etiam atq; etiam, iterum atque iterum.
Salus tibi.
Salue plus millies.
Saluere te iubeo.
Saluum te esse gaudeo.
Opto tibi salutem plurimam, fœlicitatem perpetuam.
Aue. Bene sit tibi.
Salua sit tua dignitas.
Salua sit tua maiestas.
Salua sit tua præsentia.

God be your speede, or God saue all.

Fœliciter cedat.
Fœlix sit exitus.
Bene sit. καλῶς ἔςω.
Mercurio dextro. ἀγαθῆ τύχη.
Fœlices adsint superi.
σύν ϑ θεοὶ μάκαρες.
Furor diuinus adspiret, adsit.
Diuinum auxilietur numen.
Sine ope diuina nihil haud dubium valeamus.
Superi faueant.
Fœliciter cadat, exeat.
Fors fuat, apud Terent.
Prospere succedat, Prospera contingant.
Sit fœlix aut faustum.
Auspicatum sit.
Omnia prospere cedant.
Superi fortunent.

God send you good lucke.

Dii secundent pro voto omnia.
Numina adspirent.
Bene vertat Deus.
Lætis auspiciis, optimis successibus, bonis auibus, læto omine exeat.
Lætis & faustis multorum ominibus
Ex voto, ex animo, ex animi sententia succedat.
Prosperos rerum ominium successus largiatur Deus.
¶ Benè, lepidè, prosperè, pulchrè, fœliciter procedere, cedere, subsidere.
Euenire ex sententia.
Succedere rectè.
Res successit opinione melius.
Lepidè hoc succedit sub manu negotium. Plautus, vide *God prosper your doings.*

God willing, with the helpe of God.

Si Deus cœptis annuerit.
Si Deus volet.
Si fas mihi detur ab alto.
Si ita Superis visum fuerit, placuerit.
Diis adiuuantibus.
Fauente Christi numine.
Diuini numinis prouidentia.
Deo fauente, annuente, adspirante, volente, iuuante.
Deo bene fortunante.
Diuino accedente auxilio.
θεοῦ θέλοντος.

Godly, vide *Deuout.*

Religiosus. Pius. Deuotus.
Religioni deditus.
Religionem colens.
Pietate insignis, Conspicuus, præclarus, grauis.
Quo iustior alter non fuit.
Morum & vitæ labe carens.
Castus. Sanctus. ὅσιος.

Gone, vide *Past.*

Good, honest.

Bonus Probus, Præstabilis.

Frugi,

Frugi. Bonæ frugis.
Integer. Iustus.

Good morrow.

Sit tibi fœlix huius diei exortus.
Precor vt sol tibi fœlix surrexerit.
Prosperitatis plurimum adferant tibi emergentes solis radij.
Faxit Deus vt hic dies tibi candidus illuxerit, vt est apud Eras.
Candidum tibi precor hunc diem.
Bonus dies.
καλὴ ἡμέρα.
Sit hæc dies tibi fœlix faustaque.
Opto tibi diem istum lætum & bonum.

Good euen.

Bonus vesper. καλ᾽ ἑσπέρα.
Bonum serum, non serò, vt vulgus ignarum solet.

a Good name.

Nominis splendor, gloria, claritas, celebritas.
εὐδοξία, εὐκλεία.
Nomen bonum.
Fama bona, insignis, celebris.
Existimatio bona.
Laus, Gloria.
Nomen multum, amplum, clarum, celebratum.
Famæ celebritas.
Viuere gloria & laude ob virtutem, *To haue a good name.*

much Good to do it you, vulg. breuius, *much good do it you.*

Profit. Sit saluti.
Sit salutare, salutiferum. Resp.
Suscipio lubens.
Gratum habeo.
Excipio animo lubentissimo, *I thank you.*

the Good man of the house, vide *a Housholder.*

Good for paine, sicknesse, as a Remedy for disease.

Præsens vel; præsentaneum adferre remedium.
Conducere.
Non vulgariter conferre.
Medetur. ἐξιᾶται.
Esse pro concedere, apud Terent.
Euphorbiæ succus proficit ad oculariam claritatem, Soli.
Leuare dolorem, dysenteriã, febrim, morbum, podagram.
Soli. de lapide quodam, Pulsis calculis, renum dolores ac vesicæ leuat.
Subuenit, Remedio est, cum datiuo constructa.
Sedare dolorem.
Profligare morbum.
Medicari cum acom.
Multum valere, pollere.
Efficaciam habere.
Castigare. Valere.
Emendare. Corrigere.

owne or proper Goods.

Peculium. πεκουλία.
Res priuata, propria, sua cuiusque.
Res domestica, peculiaris, familiaris
Meum absolutè.

a Good turne or benefit.

Beneficium. Meritum.
Officium. Donum.
Munus. Beneficentia.
Humanitas.

Goldsmithes.

Aurifices. Aurarij.
Argyrocopi. Fabri aurarij.
Sicut ab argento argentarij, argentariam exercentes. i. nummulariam.
Aurare, deaurare, inaurare. χρυσοῖν. *to Gild.*

Sculptor argenti, Monetarius, *A coyner.*

to Gouerne, to Rule.

Gubernare,
Regere imperio populos.
Imperii frena tenere sui.
Cohibere. Frenare:
Temperare, Præsidere.
Præesse, Moderari.
Regna, Sceptra tenere.
Premere ditione,
Late regere per orbem virtutibus,
Sceptris potiri.
Dominari, vide *to be a Lord.*

the Goute.

Arthetica, seu potius arthretica, ab ἄρθρον, id est, articulus, & Arthritis, idis.
Arthretici cruciatus.
Morbus articularis, Arthesis.
Articulorũ tortura, dolor, cruciatus
Istius morbi species sunt.
Chiragra & Podagra. Inde podagricus, & podagrosus, pedibus podagrosis, laborans podagra.
Podagræ ardens doloribus, apud Cicero.
Arthriicus, ἀρθριτικός & articularius substantiuè, qui eo morbo laborat.

a Gowne.

Tunica talaris, eadem stola.
Vestis fluxa, laxa, longa.
Ad talos vsque demissa, seu promissa vestis, tunica.
Vestis lacinio!a, laciniata.
Poderis med. prod. cuius fit mentio in Apocal. ποδήρης.

Gracious, vide *Curteous.*

a Graffe

Stilus, Graphium. γραφεῖδιον. γραφεῖον. quibus in cera, in tabulis scribitur. penna, calamus, quo in papyro, in membrana scribitur.

Graine, vide *Corne* *Gray colour.*

Cinericeus, cinereus color, præsertim si ad albedinem vergat vulgò dicitur, *Millers gray.*
Grizeus tametsi à plerisque vsurpetur, apud probatos tamen authores vix inuenias.
Giluus, a, um, κιῤῥός.

Gray Fryers.

Seraphici. Gaudentes.
Coletæ. Caputiati.
Minores. Obseruantes.
Fratres de obseruantia, seu potius de obseruatione, vt ait Valla.
Franciscani. Cordigeri.
Nudipedes. Funigeri.
Minoritæ, & minimorum genus nouum nupersimè repertum.
Calopodiati. Funibus cincti.

a Grape or cluster of Grapes.

Vua. σταφυλή. Botrus, βότρυς. Botryon.
Vua appiana quæ à Columella Muscatella dicitur, *Muscadel grapes.*
Vinum appianum vel passum *Muscadell.*

to Gratifie.

to Graue, to Carue, to Intaile, to Cut.

Imprimere, Incidere,
Inscribere, Insculpere.
Incidere in æs vel in ære.
ἐπιγλύφειν. Cœlo, as, are,
Proscribere pro eodem, apud Cic. ad At. 2,

a Graue, or a Tombe.

Sepulchrum, σῆμα τάφος.
Monumentum. Bustum, Vrna.
Cippus pro sepulchro ponitur.

Templum

Templum pro sepulchro, apud Virg.
Taphus.
Tumulus Sarcophagus.
Spelunca. Tumba.
τύμβος. Loculi.
Mausolaeū, penultima producta, quia per dipthongum scribitur, *a tombe of an honourable person.*
A Mausolo rege Cariæ primo sic dictum.
Fumoso conditus cinis cado.
Sedes pro sepulchro, Virg.
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.
Capulum pro sepulchro ponitur.
Lacus in sacris.
Æstimatus sum cum descendentibus in lacum.
Funus apud Virg. pro sepulchro.
¶ Tumulum facere, componere.

Morbus regius, à Var. dicitur ἰκτερος Græc. nuncupatur, medicorumq; opinione ex felle nascitur.
Aurigo nominatur à Celso, propter auri colorem.
Arquatus ab arcu à colore scilicet arcus cœlestis.
Quidam hunc morbum Ictericiam vocabulo non satis probato) vt omnia morborum nomina ferè deprauata sunt) dixere.
Alij dæmoniacum & Aquatum vocarunt.
Auriginosus & Icterius ἰκτερικὸς, qui morbo regio laborant.
ἰκτεριᾶν, Ictero morbo laborare.

Idle.

Omni actione vacuus.
Supinus. Ociosus.
Feriatus ὀκνηρὸς.
Vacuus ab opere.
ἄεργος. ἀπράγμων.
Nil rerum actitans.
Lentus. Cessans.
Cessator. Languidus.
Desidens. Desidiosus.
In ocio vitam degens.
Bos in stabulo, prouerb.
Spartam rodens.
Reses, dis, omnis g. Liu.
Iners, Male feriatus.
Compressis sedens manibus.
Marcidus, apud Plaut.
Facere. Terere.
Agere. Peragere.
Sequi. Habere.
Feriari otia.
Ducere segnia otia.
Ducere vitam per otium.
Natus in otio.
Solui in otia. vide *Slowe.*

to be Idle.

Ociari. ἀεργεῖν
Pigrari.
Vacare ocio. à labore.
Vacare σχολάζειν.
Ocio indulgere.
Cessare, ῥαστωνεῖν.
Esse remissum à labore.
Ocio torpescere, marcescere:
Otium captare.
Feriari & feriare neutrum.
Inerti ocio contabescere.
Inertiæ indulgere.
Ocio se dedere.
Ocium colere.
In ocio esse.
ἄγειν σχολήν
Diuturno in ocio versari.
Turpi ocio & abdomini seruire.
Nihil agere.
Vltra Epimenidem dormire.
Ocus ac somno transmittere vitam, apud Terent.
Feriatam agere vitam.
Nullis se negotiis exercere.
Manum habere sub pallio.
Compressis sedere manibus.
Et prouerb. Conchas legere dicitur, qui in summo est ocio.

a Ierkin, vide *Iacket.*

to Iest, to Sport.

Nugari. Connugari.
Ludere. Iocari.
Nugas agere Tractare ioco.
Afferre iocum, sales.
Ludicra rebus seriis miscere.
Iocari festiuissimè.
Indulgere festiuis iocis.
Ioco dicere. vide *to Scoffe.*

Iestingly, Merily, Pleasantly.

Ioco. Iocosè, Per iocum.
Ridiculè. παιζομένως.
Ioci causa. Per. ludum.
Animi gratia dicere, *for sport.*
Per ridiculum.

a Iewe.

Iudæus. Ἰουδαῖος.
Verpus, Apella, apud Horat.
Curtus, apud Geor. Vice & à rese-
ctu cutis dicitur, recutius.
Circumcisus.
Hebræus ἑβραῖος.
Israelita.
Leuigena, à tribu Leui. Mant.
Sabbatarius, apud Martia.

Ignorant.

Rudis es, Imperitus, nullius experi-
entiæ, vel minimè doctus, vsus
expers, rudis in rebus, nouus tan-
quam hospes, plane peregrinus,
abusu rerum insciens, ignarus,
expers, experientia vacans, vsum
non habens.

Ignorant, Vnlettered.

Literas plane non nouerat,
Ex abditis literarum fontibus pa-
rum aut nihil hauserat.
Literis erat mediocriter, leuiter, vul-
gariter, non admodum, haud sa-
tis, non multum eruditus, institu-
tus, instructus.
Planè, perfectè, absolutè, exquisita
quadam ratione, excellenter, e-
gregiè, præclarè literatus nō erat
Longe aberat a perfecta literarum
scientia: reconditæ, exquisitæ, sin-
gulares, egregiæ in illo literæ nō
erant.
Vulgares erant.

I haue done it ignorantlie, Vnwares, not knowing, other wise then I thought.

Feci inconsulte, ignoranter,
Ignorans feci, apud Plaut.
Errore, Per errorem.
Imprudens. Ignarus.
Nec opinans.
Per imprudentiam, inscitiam.
Nesciens, Insciens, Inscius.
Cic. Quæ insciente me, imprudente.
L. Sylla facta sunt. vide *Vnthought*

Ill, Amisse, Ouerthwartly, frowardly.

Præpostere. Peruerse.
Perperam. Prauè.
Distortè. Inuersè.
Inuersum.

an ill or Euill man.

Prauus. κακός.
Peruersus. Scelestus.
Impius. ἄθεος.
Malus. πονηρός.
Perniciosus. Flagitiosus.
Malitiosus. Sceleratus.
Sons. Noxius.
Discolus. Facinorosus.
Pestis. Lues.
Internecio.
Morum parte inquinatus ab omni,
Capitalis homo, id est, supplicio
capitis dignus.

Ill fauored, Deformed.

Deformis. Turpis. δυσειδής.
Fœdus facie. Thersites.
Thersitem deformitate vincens.
Hipponax alter turpitudine.
Thersitæ conferendus Homerico.
Iacens in sordibus, *Filthy*.
Ad prodigium vsque deformis.
Deformatus corpore.
δυσπρόσωπος.
Quam formæ premit dedecus.
Decolor.

an Image.

Statua. ἀνδριάς. Signum.
Simulachrum. Simulamen.
Idolum, media producta, Effigies.
Icon. εἰκών.

Imago, Imaguncula.
Imago radiato capite conspicua.
Agalma, Hermæ.
Sculptile, fusile, conflatile.
Sculptum, fusum, pictum signum.
¶ Statuarius, sculptor, signifex, fictor, signa fabricans.
ἀγαλματοποιός.
Hermoglyphus, *an Imagemaker or cutter.*

to Imagine, to Search, to Inquire out secrets or high things.

Altum sapere.
Scrutari profundum.
Subtilitates perquirere.
Circa sublimia & supercœlestia versari.
In cœlestibus versari.
Imaginari, & vt de Socrate scribit Aristophanes, ἀεροβατεῖν καὶ περιφρονεῖν τὸν ἥλιον.
Per aera incedere & circa solem satagere.

to imagine, to Conceiue, or to Cast in minde.

Imaginari. Fingere.
Cogitatione depingere vel fingere.
Animo comprehendere.
Imprimere aliquam notionem in animis
Animo fingere.
Cogitatione & mente complecti.
Speciem alicuius rei cogitare.
Cic. De imaginibus ad animum per venientibus.
Item. Volitat ante oculos istorum regis filius. vide *to Muse, & to Deuise.*

to Imbroder.

Acupingere, plumare ποικίλλειν.
Ex coloratis filis effigies hominum exprimere.
Artifici vestes pingere acu.
Vestes auro intexere.
Hinc vestes Phrygianæ, acu pictæ, factæ, contextæ, aureis filis decoræ *Imbrodered garments.*

an Imbroderer.

Acupictor ποικιλτής.
Segmentarius. Plumarius.
Barbaricarius.
Phrygio, quòd huius artis inuentores aiunt Phryges fuisse.

to imitate, vide *to Followe.*

Immoderate sorrowe.

Immortall.

to be Imposoned.

Bibere cicutam.
κώνειον πίνειν.
Haurire, sumere venenum.
Venenum in sua viscera ingerere.
Veneni mali poculo animam expellere, Solin.
Toxico se mortidare.
Veneno potionari, tustolli.
Toxico perire, vitam finire, perimi, confici, intercipi.
Corpus medicaminibus multis aduersus venena munire, Plin.

of great Importance, vide *Weight.*

an Impostume, a Bile, or Botch.

Ulcus, ἕλκος.
Carcinodes. Vlcus.
Exulceratio, ἕλκωσις.
Pustula. Tumor.
Vomica à tumoris similitudine.
Tuber, Tuberculum.
Apostema. ἀπόστημα.
Abscessus.
Suppuratio latinè.

Glandes, glandulæ, tonsillæ
¶ Rescindere summum hulceris os.

Imprisoned. vide *Prisoner.*

Impudent, without shame, Shamelesse.

Impudens, media correpta.
Insignis qui est impudentiæ.
Inuerecundus, fronte carens.
Effrons qui pudorem omnem abstersit, dedidicit.
Perfrictæ frontis, faciei.
Cui pudor ex pectore cessit. Luc.
Os impudens.
Aspectus atticus.
βλέπος ἀττικόν.
Nihil oris habens.
Cui frons cum mente periit,
Frontosus.
ὀνουμέτωπος.
Phormio Terentianus.

to be Impudent, Shamelesse or without shame.

Perfricare frontem, faciem.
Ponere pudorem.
Perfricare os, apud Cic.
Pudorem omnem abstergere, detergere, deponere.
Verecundiæ repagula omnia discutere. Erasm.
Verecundiæ limites cunctos prætergredi.
Esse sine fronte.
Transire fines verecundiæ, pudicitiæ
Sallust. Pudore carere.
Non habere pudorem.
Impudenter loqui. ἀναιδευντεῖν.
Impudenter agere, ἀναιδεύεσθαι.
Nihil apud alios pudere.
Qui nullo pudore tangitur, mouetur auertitur, ducitur,
Quem nihil pudet
Inuerecundus. Perfrictæ frontis.

Impudently.

Perfricta fronte, facie.
Posito pudore omni.
Ore perfricto.
Crasso rubore.
Absque fronte & ore.
Refractis pudoris & reuerentiæ claustris. Plinius. Citra ruborem.
Deuorato pudore.
Temeraria fronte.
Nudo capite, prouerb.
γυμνῇ κεφαλῇ.
Inuerecunde. Impudenter,
Citra omnem pudorem.

to Impute, to Attribute.

Acceptum ferre.
Impensum seu expensum ferre, vt Transtulit, Vall. in epistola Pauli ad Phil. ἐλλογεῖν.
Imputare, vt habet vetus editio.
Acceptum facere, Plin.
Meruisti, vt acceptum tibi fieret, id est accepisse abs te non fatemur.
Sibi adscribere. Attribuere,
ἐξιδιοποιεῖ, Arrogare,
Tribuere. Vsurpare.
ἐξιδιοῦσθαι.
Vendicare, aut vt plerique scribunt vindicare sibi.
Adsignare. Occupare.
Præripere. Applicare.
Omnia cum datiuo personæ & accusatiuo rei construuntur.
Deriuare in se, metaph.

Inclined, ready and prone, or Bent,

Propendens. Præceps.
Applicatus, Cic. Decliuis.
Pronus, metaph Intentus.
Procliuus & Procliuis. Deditus,
ἐπιφορος, πρόσχειρος.
Propensus.
Facilis. Natans,
Natura inclinatus, vt vulgo dicitur.

Incon-

Incongruitie.

¶ Solæcismus.
Solæcon.
Barbaries, structura inconcinna refractoriola, stribiligo, seu stribiligo, linguæque latinæ inconcinnitas, balbuties, hæsitantia linguæ imparilitas, id vitii vocatur.
Dictio popinaria, plane barbara.
Gothica, rustica, detrita, squalens, laciniosa, a doctis minimè vsurpata.

Inconstant, Variable.

Inconstans.
Lubrica, ancipiti fide.
Infidus. med. prod, vt.
Malefidus. ἄπιστος.
Non constans sibi.
Vagus. Volubilis.
Instabilis. Perfidus, med. cor.
Duabus sedens sellis.
Cothurno versatilior.
Chamelionte, Proteo, Tarandro.
Polypo mutabilior, versatilior.
Vertumno inconstantior.
Euripus homo. Polymestor.
Fluxam fidem gerens, Plaut.
Theramenes. Cothurnus.
Discedere à constantia, à mente, atq; à se, Cic.
Omni vento doctrinæ quasi nebulæ turbine exagitante circumferri.

Incontinent, vide out of hand.

to Incourage, to Moue.

Impellere. Ingerere.
Inducere. Instinguere.
Instanter persuadere.
Vrgere Perurgere.
Incitare. Stimulare.
Admouere. Protrudere.
Monitis extimulare.

to Increase, vide to Augment, to Encrease.

to Indeauour, or Labour diligently.

Inuigilare. Aduigilare.
Incumbere. Contendere.
Adniti vel anniti.
Eniti. Vacare.
Laborare, Elaborare.
Niti. Instare. Vrgere.
Sedulam nauare operam.
Summo studio intendere.
Debitum esse.
Excubare animo.
Toto pectore incumbere.
Manibus pedibusque conniti.
Operam nauare, dare.
Omnes promere vires.
ἐπιτηδεύειν. Quærere.
Operam impendere.
σπουδάζειν. διατρίβειν.
Curare. Euigilare.
Diligentiam adhibere in munere fungendo.
ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι.
Curas & cogitationes omnes in rem aliquam conferre.
Dare operam egregiam, laudabilem, optimam.
In suo studio atque opere nunquam cessare, Cic.
Abiicere segnitiem, socordiam.
Curam adhibere, impendere.
Laborem, studiumque impendere.
Studere. Conari.
Studiosè curare.
Adniti pro virili, totis viribus.
Eluctari. Moliri.
Primam operam nauare.
Magno studio moliri.
Omnem operam, studium, diligentiamque ponere custodiendis dominicis mandatis.
Totus quis incumbere in rem aliquam dicitur.

Ingenium intendere.
Omnes ingenij neruos intendere.
Ingenii vim omnem atque impetum torquere.
Totis neruis incumbere.
Operam impendere quam (id est quantum) possis diligenter. vide *Endeuour*.

Infamie, vide *Dishonesty*.

from his Infancie, vide *Childhood*.

to Infect.

Agere contagia.
Serpere, proserpere latius.
Ex vicino vel contactu nocere.
Venenoso inficere afflatu,
Afflare virus mortiferum.
Spargere venenum.
Afflatu nocere. Ouid.
¶ Luem, contagionem trahere, contrahere.
Ducere contagionis labem.

Infection.

Infectio.	Contagio.
Pestis.	Corruptio.
Lues.	Erugo.
Venenum.	Virus.

an Infectious sicknesse, vide *Contagious sicknesse*.

Inferiour.

Est me inferior, infimior, imbecillior, neque mecum comparandus æquandus, conferendus, coæquandus.
Nec honore dignus est, qui virtute inferior est.

Inhabit, vide *Dwell*.

Inke.

Atramentum.
μέλαν, ἄλαβα.
Loligo pro atramento ponitur, vt Sepia propter vtriusque piscis cruorem atrum.
μελανοδοχεῖον, est Atramentarium. *an Inkhorne or Inkpot*.

an Inne.

Diuersorium à diuertendo.
Hospitium. ξένων.
Taberna meritoria.
Stabulum propriè locus in quo lassi fatigatique ex itinere consistunt, à stando nomen habens.
πανδοχεῖον. Casa hospitalitia.
ταβερνεῖον. καπηλεῖον.
Caupona. Cauponula.
Hospitium meritorium.
Taberna vinaria. οἰνοπωλεῖον.
Oinopolion. *a Tauerne*.

to keepe Inne.

Cauponari.
Exercere cauponam.
Pandocheum agere, esse barbarè loquentes dicunt.
Tenere hospitium.

an Inholder, an Host.

Tabernarius.	Caupo.

κάπηλος.
Hospes qui recipit & recipitur.
Pandocheus.
πανδοχεύς ξενοδόχος.
Stabularius, de quo in Euangelio.
Hospes meritorius.

Innocent, Guiltlesse.

Innocuus. ἄκακος.
Inculpatus.
ἀνέγκλητος. Innocens.
Innoxius. ἀναίτιος.
Crimine, culpa vacans, carens.
Insons. Expers culpæ.
Noxæ omnis exors.
Qui extra culpam est.
Nescius quid discriminis inter dextrum & sinistrum.

Ab omni culpa alienus.
Nullius sibi conscius.
Clauo purior, prouer.
Hoc me crimine nunquam contaminaui, inquinaui, infeci, pollui.
Huius criminis, flagitii, sceleris, vitii, labe, macula nunquam infectus sum.

In our time.

Nostro æuo.
Nostra ætate.
Nostris temporibus.
Nostra memoria.
Nobis superstitibus.
καθ' ἡμᾶς ἐγένετο, nostris temporibus fuit.

to Inquire, to Aske, to Demaund, to Search out.

Quærere. Inquirere.
Exquirere. Disquirere.
ἐξετασμὸν ποιεῖσθαι.
Oportet veritatem ante omnia scrutari & inuestigare.
Vestigare Inuestigare.
Examinare. Peruestigare.
Scrutari. Perscrutari.
Rimari. Indagare.
Percontari. Interrogare.
Sciscitari. Discutere.
Questionem habere.
ἀνακρίνειν. διακωδωνίζειν.
ἐξετάζειν τὸ πρᾶγμα.
Quæstioni subiicere, vel inquisitioni.
Crebris sollicitisque iudicium interrogationibus vrgere.
Seuero examine indagare.
Contari. Explorare.
Anquirere pro vbique quærere.
ἀμφιζητεῖν.
Omnibus vestigiis indagare.
Ad viuum resecare, prou.
Diligens facere scrutinum.
Exactissimum facere examen.
Altius rimari & expendere.
Seueriter examinare.
ἀκριβάζειν. diligenter indagare, explorare.
Censuræ subiicere.
Altiori inadagine discutere, perscrutari.
Venari, artificio & solertia quadam quærere.
Odorari sagacius & degustare conuiuam, & apud Cic. vtrumque pro callidè & clam explorare quid habeat animi.
Alicuius actus insidiosa explorationis arte venari.
¶ Expiscari, etiam elicere animi sententiam.
Omnia secreta ex imo eruere, studioséque quærere.

to Instruct, vide *to Teach.*

to Intaile, vide *to Graue.*

to Interlace, to set betweene, as a day or a yeare.

Interserere, Intercalare.
Interponere. ἐμβάλλειν.
Vnde Annus embolismatis siue bissextilis aut bissextus nomen habet in quo dies intercalatur, quæ ἐμβόλιμη ἡμέρα. dicitur Græcis, i. Dies intercalaris.

to Interrupt, to Disturbe one that is speaking.

Loquentem interpellare.
Interstrepere.
Sermonem abrumpere.
Impedire, Obstrepere.
Interfari in sacris literis.
ἐγκόπτειν Græcè & ὑποβάλλειν
Interloqui.
Interpellare sermonem institutum.
Obturbare loquentem, pro interpellare.
Turbare vel interturbare aliorum sermonem.

Interpolare pro eodem.
Interrumpere aliorum verba.
Non audire quo rem deducere velit.
Et apud Terent. Sine me peruenire quo volo, hoc est, vt absoluam quod cœpi dicere.
Et Erasm. in Moria; Audite quo rem deducamus.
Loqui priusquam alter sua perfecerit verba.
Musica interfecta in prouerbium abiit, pro sermone interrupto ab interueniente.

Intent, vide *Purpose*.

an Interpretation, vide *Exposition*.

to Intice, vide *to Allure*.

to Intreat, vide *to pray*.

that cannot be intreated, vide *Stifnecked*.

to Intreat humbly, to Beseech, to request.

Supplicare submisse alicui.
Abiicere se alteri ad pedes.
Abiicere supplicem.
Procumbere genibus flexis in terram, posito genu ante pedes alicuius.
Amplecti, tangere pedes.
Tendere genibus brachia, in crura manus.
Submittere. Succumbere genu.
Rogare veniam supplicem.
Supplicem genibus proripere tellurem.
Ante pedes volui
Demittere ceruicem.
Venire supplicem.

to Intreat, to Obtaine by intreating.

Exorare. Flectere superos.
Flectere lachrymis, precibus.
Mouere precibus.
Precando, precibus consequi.
Placare. δυσωπεῖν.
Persuadere. Demulcere.

to Inuade.

Impugnare, infestare armis.
Bello petere, impetere.
Infesto exercitu irrumpere.
Bello lacessere, infestare.
Hostiliter ingredi, inuadere alterius ditionem.
Arma mouere.
Bellum inferre vel arma.
Excursionibus infestare.
populabundè percurrere, ἐμβάλλειν.
vide *to assaile*.

to Inuent, vide *to Deuise*.

Inuisible, that cannot be seene.

Inuisible. Quod aciem fugit,
Quod oculorum fugit obtutum.
Cic. Animus sensum omnem effugit oculorum.
Sub aspectu non cadens.
ἀόρατον.

Inward parts of man.

Vitalia. Præcordia.
Viscera. Exta.
Penetralia. Intestina.

Ioyfull, vide *Glad*

to Ioyne, to set together.

Connectere. Committere.
Iungere. Coniungere.
Coassare. Coaptare. ἐφθεπτῖν
Accommodare. Concinnare.
Componere. Colligare.
Contexere. Compingere.
Copulare. Combinare.
Coagmentare. Conglutinare.
Consarcinare. Condere.
¶ Adiicere. Adiungere.

Annecte-

Annectere. Addere.
Adhibere. Admouere.
Aggregare, *to put vnto.*
Conglobare. Glomerare.
Conglomerare.

a Ioyning or setting togither.

¶ Compages. Compago, inis.
Compactio. Compositio.
Constructio. Syntaxis.
Coordinatio. Connexio.
Combinatio. Coagmentatio.

Ionkets, vide *Delicate meates.*

to take a Iourney.

Iter facere. Moliri iter.
ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ
Facere profectionem, Cæs.
Itinerari. ὁδοιπορεῖν.
Proficisci Iter capere.
Tendere. Iter instituere,
Pergere, in sacris literis frequens est eadem significatione:
Iter, viam ingredi.
διοδεύειν.
Agere iter, viam.
Habere iter.
Conficere iter, via puluerulenta.
Multa diebus singulis conficere miliaria.
Dare se in viam,
Sursum, deorsum currere ac recurrere, vltra citraque peruolare.
Tenere iter, apud Virg.
Et, Quo nunc se proripit ille?
Item, Quo te Mœri pedes.
Quo nunc iter tibi?
Transmittere maria, caput obiectare periculis.
Vilis lucelli gratia terra marique volitare.
Per omnes terras ac maria volitare.

Vltro citroque commeare, *To go and come.*
Conferre & recipere cum accusatiuo intercedente præpositione in, vt contulit se in patriam: aut sine præpositione si accusatiuus fuerit proprium vrbis seu ciuitatis, recipit se Romam, contulit se Venetias, vide *to goe avvay.*

to come to his Iournies ende.

Peruenire.
Carpere locum destinatum.
Tangere quæsitos penates.
Quæ diu petiit, tangit arua.
Aduenit hospes ad vrbem.

a Iourneyman, a Day labourer.

Operarius Ergastulus.
Mercenarius. Ergaster.
Mercede conductus. μισθωτός.
Conductitius. αὐτουργός.
Operam suam mercede elocans diurna.

an Ipocrite, he that doth counterfeit holinesse.

Hypocrita penultima corr.
ὑποκριτής
Eruditus artificio simulationis
Simulator.
Fucatus.
Fuco sanctimoniæ personatus.
Venditans sanctimoniam.
Fucatæ sanctitatis homo.
Duplex animo, corde.
Fucatam personatamque sanctimoniam præ se ferens.
Paries dealbatus in actis Apostolorum.
τοῖχος κεκονιαμένος.
Sepulchrum dealbatum Christus in Euangelio vocat sanctimoniæ simulatorem.

Hypocrisis, Simulatio virtutis, venditatio quædam atque ostentatio, *Ipocrisie.*

Issue of ones body, a Childe.

Propago. Progenies.
Soboles, proles. Liberi.

Italie.

Italia ab Italio rege.
Italia terra.
Latium. Ausonia.
Hesperia magna vel maior.
Oenotria à rege Oenotrio,
Ausonis ora.

It is so.

Ita est, ita se res habet, sic est rei status, in hoc statu res est, eiusmodi res est, hoc loco res est.

to Iudge, to giue a Sentence or iudgment.

Censere, Iudicare. κρίνειν.
Iudicium facere.
Sententiam ferre, dicere, pronunciare.
Damnare. Condemnare.
Iudicem agere.
Diiudicare.
Censuram agere.
Ius dicere, *To pronounce the Sentence.*
De re vltro citroq; diligenter cognita pronunciare, definire.
Acre, exactum, præsens, constans iudicium, sententia, censura.

to sit in Iudgment.

Sedere pro tribunali.
Rixas fori iudiciarii dirimere.
Rostris præsidere.
Præside causidicorum subselliis, foro iudiciario.
Cerdonum iurgia dirimere.
Forum agere.
Iudicia exercere, apud Cic.
Ferre pro tribunali sententiam.

to appeare personally in iudgment.

Iudicium subire.
Sistere se tribunalibus.
Comparere.
Causam dicere.
Se apud iudices tueri, purgare.

a Iudge.

Iudex. Prætor.
Iura reddens. δικαιοδότης.
Sedens pro tribunali.
καθεζόμενος ἐπὶ βήματος. sententiæ lator.
Rerum capitalium iudex qui & quæstor appellatur, Quæsitor.
Iudex maleficiorum vulgo dicitur de latrociniis iudicans, siue latrunculator, *the Recorder.*
Prætor capitalis.

the iudgment seate.

Iudicii locus.
δικαστήριον Forum.
Forum iudiciale.
Tribunal. δικαστήριον.
Iudicum consessus.

after my Iudgment, vide *Meaning.*

a Iugler, he that vseth craftie conueyance.

Gesticulator Præstigiator.
Impostor. Pantomimus pen, cor.
παντόμιμος.
Circumforaneus,
Pilarius, apud Quintilianum.
Gelasimus. γελάσιμος,
Circulator, quem Græci ἀγύρτην appellant, seu præstigiatorem cum deceptione circumforaneum.

Apuleius lib. 1, huiusmodi præstigiatorem populi frequentia stipatum, mortalibus suas fallacias admirantibus, circulatorem vocat. dicens, Circulatorem aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto deuorasse,
Cyclicus ab Horatio vocatur.
Impostor nugis ac strophis captans quæstum, vide Deceauer.

Iust Righteous.

Iustus. δίκαιος.
Æquus. Rectus.
Muneribus nequaquam corrumpendus.
Incorruptæ æquitatis, iustitiæ.
Iustitiæ oculus.
Bochyris alter.
Iustitiæ trutina, statera iustior.
Rectam ingrediens viam.
Rectum tenens clauum.
¶ Æquum & bonum colere,
Aequitatem seruare.

Iustice little set by.

Pauci sunt hac ætate, his temporibus quibus Iustitia sit, cordi sit.
Qui Iustitiam colant, exerceant, curent, tueantur.
Qui de Iustitia laborent.
Apud quos Iustitia locum habeat.
Iustitiæ locus sit, qui se iustos præbeant.

Iustice is to be followed.

In omnibus actionibus nostris, id solum spectare debemus, quid Iustitia postulet, ratio præcipiat, cōscientia præponat.
Quid sit iustitiæ, quid rationi consentaneum, quid cum iustitia, ratione congruat, conueniat, consentiat,
Habenda iustitiæ summa ratio est.
Vna spectanda iustitia, nihil præterea.
De vna iustitia laborandum.
Sequi ducem iustitiam debemus, agere cum iustitia, iustè, rectè, honestè
Honestum tuendum est solum.
Nostra consilia, nostras actiones ad vnam iustitiam referri decet.
Iustitiæ inseruire, iustitiam exercere. ad iusticiam incumbere debemus.
A Iustitia minime discedendum, recedendum est.

to Keepe, vide *to Defend.*

to Keepe close, vide *to Couer.*

Keepe it close, vide *Beware to tell it no bodie.*

to Keepe in, or hold vnder.

Cohibere. Coercere.
Domare. Frenare.
Supprimere. Continere.
Subiugare. vide *Subdue, and Tame.*

to Keepe holy, or feasting day.

Agere diem festum. ὀπωθειάζειν.
Facere diem solemnem, festum.
Celebrare festum, diem feriatum, diem festum.
ἑορτὴν ἄγειν ἑορτάζειν,
Celebrare solemnitatem.
Facere solemnitatem, apud Hiero.
Operam dare rebus diuinis.
Feriari, vel. Quiescere.
ἄγειν ἡσυχίαν.
Celebrare memoriam, mortem sanctorum.
Labore & opere supersedere.

to Keepe from.

Arcere. Defendere.

Prohibere. Cohibere.
Coercere. Protegere.

it is better Kept in remembrance, or longer Remembred.

Altius insidet vel insidit mente.
Tenacius inhæret animo.
Altè sedet animo quod primis discitur annis.
In omnem vsque vitam hæret.
Penitius cogitationi hæret.
Quo semel est imbuta recẽs seruabit odorem Testa diu Horat.
Quod rudibus animis & per hoc tenacioribus primum imprimitur, nulla potest re postea deleri.
Quæ teneris traduntur annis & citius discuntur & tenacius retinentur.
Cordi altius, intimius imprimitur.
penitius ac profundius in pectore reconditur, reponitur.
Altius insidet hominum animis.
Facilius penetrat in animos mortalium.
Acrius insidet animis.
Id perpetuo animo inhærebit meo.
Hærere in medullis, & includi in medullis, vtrumque Cic.

to Kembe or trimme the haire.

Pectere, pectinare,
πέκειν. κτενίζειν.
Pexare frequentatiuum.
Explicare capillum.
Deducere crines pectine. Ouid.
Capillicculum comere.
Pectine eburneo pangere.
Fingere comam, pro ornare.
Pectinem ducere à Bregmate ad verticem. Caput mulcere.

a Kerchiefe for women, vide *Hood.*

a Kettle or Cawdron.

Cacabus, κάκαβος
Caldare. Caldarum.
Lebes λέβης,
Ahenum. χαλκεῖον.
Ahennulum. Cucuma.

to Kill, to slay.

Trucidare. Interimere.
Multare morte, & neci dedere apud Virg, vtrumque.
Exterminare. Necare.
Afficere morte.
Punire, Vlcisci.
Vindicare. φονεύειν.
Dare neci, lætho, Virg.
Perimere, Occidere.
Mactare.
Mortem inferre, adferre, obferre.
Vita spoliare, Luce priuare.
Exuere aliquem anima.
Viuorum eradere cœtu.
Orbare aliquem luce, vita.
Vitam, animam eripere.
Morti dedere. Dare morti.
Vita eximere. Vitam adimere.
Interficere. Iugulare.
Iugulum ferire, *to cut ones throte.*
Configere, *to thrust through.*
Transuerberare gladio.
Facili ictu perforare.
Mucrone latus exhaurire.
Confodere. διορύττειν
Defodere, Perfodere.
Morte aliquem excipere,
Sternere, apud Virg.
Dare sopori aliquem, Plaut. in Aul. *to lay one a sleepe.*
Ense aliquem fundere.
Premere sicut & Cædere pro interficere, vtrumque apud Virg.
Auferre è viuis, è medio.
Obuium quemq; demetere, obtruncare Conficere.
Gladium in viscera mergere, apud Eusebium.
Ferrum in fratris adigere viscera.

Ferrum

Ferrum in viscera condere, Ouid.
Læthale ferrum in hominis stringere viscera.
Perdere, Vnde vulgo precamur, Dii te perdant.
Agere orco aliquem, poeticum est, quemadmodum mittere sub tartara.
Porrigere apud *Martialem*, pro interficere.
Cædem facere.
Vltima supplicii animaduersione mulctare, percellere.
Vltimo adficere supplicio, Eras.
Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit, Ouid.
Soluere vitam.
Hostili sanguine, hostium cædibus manus funestare, cruentare.
Sanguine commaculare manus.
Ab ipsa (vt aiunt) stirpe perdere, *to Kill the vvhole race.*
Terram ore mordere, apud Virg.
γαῖαν ὀδὰξ ἑλεῖν, terram mordicus capere.
Et apud Homerum πάντη ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας.
Omnes mordicus ceperunt immensum solum.
Ad internecionem cædere extinguere.
Viduare ciuibus vrbem.
Tollere matrem, pro enecare.
Læthiferum vulnus infligere.
Supremum excutere spiritum.
Extinguere. Facere cadauer, Cic.
E medio tollere, apud Cic.
Homicidium designare, seu patrare, *to commit man-slaughter.*
Cæde & sanguine complere Christi causas.
Cædem exercere, efficere, facere.
Mortes agere.
Cæde nefanda perfurere.
Ferro desæuire, grassari, metere infesto.
Cædem manu tingere.
Dextras conscelerare insonti sanguine. αἵματι χεῖρα μιαίνειν. Phocil.
Ensem tepefacere sanguine.
Maximam cladem facere, *to Murder cruelly.*
Sub armis cadere.
Intollerabilem cladem inferre.
Per hastæ cuspidem cogere.

to Kill himselfe.

Consciscere lethum, mortem sibi.
ἀπορχήσασθαι ἑαυτῷ.
Mittere se letho.
Enecare se, Orbare se luce.
Cadit telis ipse suis.
Afferre manum sibi. Cic.
παραλύειν τοῦ ζῆν αὑτόν.
Ipsa sua concidit vsa manu.
Iuuenire mortem sibi.
Scopulo se mittere ab alto.
Abrumpere vitam.
Veneni poculo animam exponere. Soli. de *Hannibale*.
Sese mucrone iugulare.
Vitam rapidis ponere fluminibus.

a Killing of men, vide *Manslaughter.*

a Kill, vide *Ouen.*

a Kindred, or Parentage.

Cognatio. Affinitas.
Consanguinitas. Parentela.
συγγένεια. Propinquitas. Vide *Stock.*

of a noble Kindred

Genus inclytum.
Pulchra origine natus.
Parentela haud ignobilis.
Genus ducere Olympo.
Propago regia. Imagines.
Stemmata illustria.
Domini de gente suprema.
Splendor natalium.
Præclara stirpe creatus.

Claritas

Claritas generis.
Antiquitas generis.
Insignia Claræ a gentis.
Locus nobilis & fama multis memoratus in oris, fama super æthera notus.
Famam extendere factis.
Semper honos nomemque tuum laudesque manebunt.
Iam canitur toto nomen in orbe tuum.
Nomen tuum immortale manebit.
Qui magnum adeptus est nomen.
Magnum & memorabile nomen.
Veteres ceræ. Imagines auitæ.
Imaginum commendatio.
Tituli. Statuæ.
Claro sanguine cretus.
Famosæ imagines, *of an olde stocke.*
Stemmata cognationum, apud Iurisc. vide *Noble, Kindred.*

to come of a good Kindred or Stocke.

Referre genus.
Originem trahere, ducere.
Trahere, ducere genus, à sanguine dictum.
τὸ γένος ἕλκειν.
Stemma deducere.
Illustri prodire origine.
Descendere de stirpe.
Ortum trahere.
Successionem habere ducere.
Genus deducere.
Diffundere genus, apud Virg.

to goe out of Kind, or to work dishonour to his kindred.

A paterno degenerare instituto.
Longius à maiorum suorum exemplo digredi.
Deflectere à patris auique præstabili insignique virtute, Cic.
Ab integritate morum paternorum labi.
*D*egenerare, ἐκτρεπτάζ.
*M*aiorum deserere vestigia.
Non respondere probitati paternæ.
Virtutem patris non æquare.
Recedere à vestigiis progenitorum virtuosis.
Soboles virtutibus orba paternis.
Paternas haud canere cantiones.
Inurere nomini paterno ignominiam.

a Kinsman or Cosen

Cognatus.
συγγενης, συμφυης.
Coniunctus sanguine.
Sanguinis vinculo & patriæ necessitudine coniunctus.
Sanguine contingens, apud Suet.
Summa sanguinis propinquitate deuinctus.
Ipso sanguinis vinculo copulatus.
ἐγγενὴς σύναιμος.
*S*obrinus, apud Terent.
Agnatus, Propinquus, consanguinitate.
Proximus, Affinis.
Consanguineus.
Iunctus genere, sanguine, sanguinis copula.
Quicum arcta mihi necessitudo sanguinis intercedit.
Agnato sanguine propior, vide *Cosens.*

to Kisse.

Osculari, Osculum ferre, ingerere alicui Suet.
Libare oscula. Virg.
Pangere osculum, suauium.
Exosculari, κυεῖν. i. prægnantem esse
Imprimere osculum.
Labella labris conferere.
Deosculari. φιλεῖν.
Tollere osculum.
Dare basium, suauium.

Osculum

Osculum. Basiare, impudicitiæ sunt, Suauiari.
Basia iungere.
Figere, infigere oscula dulcia, Virg.
Oscula carpere, rapere, sumere,
Osculo excipere.
Excipere mediis amplexibus.
Dulces dare amplexus, Virg.
Ruere in amplexus.
Dissuauiari, apud Cic.
Amplexa dextra inhærere.
Cupidè arctèque complecti.
Vlnis stringere, *to Embrace.*
Amplecti. Complecti.
Amplexari. ἀσπάζεσθαι.
Stringere colla blandis lacertis.

a Kitchen.

Culina. Coquina vulgo.
μαγειρεῖον. Popina.

frō the Kitchin to the Hall, or from a lower estate to a greater.

De nihilo, ex humili, magna ad fastigia rerum extolli, apud Iuuenalem.
In summam euehi gloriam.
Obrepere ad honores.
Opera principum ad summos honores emergere.
E miseria ad summas opes transire.
Ad summam dignitatem emergere, Erasmus.
Ex humili fortuna repente ad res amplas prouehi, subuehi.
Ex infima fortuna prouehi.
Ausonius. Fortunam reuerenter habe, quicunque repente diues ab exili progrediere loco.
Ex humili, è summa emergere inopia, Crœsus ex Iro.
A remo ad tribunal
ἀπὸ κώπης εἰς τὸ βῆμα prouerbio dicitur, qui repente ex infima cōditione prouehitur ad honesti muneris functionem.
Euadere ad gradus altos, ad summi fastigia culminis.
Ex pheileo venire, prou.
Ab asinis ad boues.
Homo à se ortus.
Nouus homo. Huic confine, Vlysses pannos exuit, in quibus scilicet mendicum apud porcos egerat.
Videas etiamnum multos humili natos loco, adhæc nullis omnino fortunæ dotibus adiutos ad eruditionis non solum fastigium, verū etiam summas dignitates ascendere, Claudianus. Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.
¶ Contra, *from the Court to the cart.*

a Knaue, a slaue, a Rascall.

Scurra. Triscurra.
Furcifer. Trifurcifer.
Nebulo. Verbero.
Mastygia. Flagrio.
Tenebrio, onis.
Tenebrico. Niger.
Scurro apud diuum Hieron.
βωμολόχος Circulator.
Triuerbero. Pistrino dignus.
Necis pabulum, *Rauens meat.*
Omnibus modis improbus.
Ingenio malo prauoque, apud Sal.
Cacula. Calo.
Imi derisor lecti, apud Mart. pro scurra ponitur
Vlyssis remigium, *a sort of Knaues or Rascals.*

to kneade dowe.

Depsere, apud Cato. δέψειν.
Farinam subigere.
Versando mollire.
Imbuere farinam fermento.
Conspergere farinam, per aquam cōglutinare, in massam cogere, formare, compingere, *to make dowe.*
ἐμπλάττειν.

Massa, farina subacta, Conspersio, triticea. *dovvs ἐκμαγμα*.

to kneele downe, to make Curtesie.

Genua curuare, incuruare, in terram figere, flectere, ponere.
γονατίζειν.
Genua humi defigere.
Poplites deflectere.
Geniculare & Geniculari.
Ingeniculari, apud D. Hieronym. in Esdra.
Submittere genua, pro flectere. Plin.
Genibus subsidere in sermone. Max.
In genua dilabi.
Genibus niti, inniti.
In genua decumbere.
Poplitem incuruare.
Flexo terram petere poplite, Cic.
Ista mihi ad pedes misera iacuit.
Inclinare, incuruare se.
Corpus inflectere.

to fall downe at ones Knees, vide *to Prostrate*.

a Knife or Sword.

Culter. Cultellus.
Ensis. Machæra.
Gladius. Gladiolus.
Cultrum. παραξίφος.
Mucro in carmine.
Cultellum μαχαίριον.
Item, Ferrum pro cultro, ense,
¶ Nouacula. ξυρόν.
Culter tonsorius.
Culter rasorius.

to Knock one about the pate, vide *Boxe one, &c.*

the Knot or band of loue, which cannot be vndone or vnknit.

Amoris, adamantinum vinculum.
Vinculum arctissimum, atque indissolubile.
Vulcanium vinculum, quo Martem & Venerem irretiuit Vulcanus, vt scribit Homerus.
ἄφθιστος δεσμος.
Vinculum insolubile.
Nodus inextricabilis.

to Know, to make Knowne.

Certiorem facere, reddere, significare, aperire, exponere, explicare, demonstrare, erudiri, instrui. vide *to vnderstand*.

to Know full well, or right well.

Tenere tanquam nomen, tanquam digitos, tanquam vngues, non latet ingenium meum.
Certam alicuius rei habere memoriam.
Habere in promptu ad digitos vnguesque suos, condita mente tenere.

Know your selfe, Consider what ye are.

In te descendas.
Ad defectus proprios mentem reflecte.
Descende in animum, pectus.
Tecum habita, vt noris quam sit tibi curta supellex, vt est apud Persium.
Tuo te pede moduloque metire Horatius.
Nosce teipsum. γνῶθι σεαυτον.
Intra pelliculam tuam te contine.
In tuum ipsius sinum expue.
propria cæde vineta.
Tua vitia, teipsum inspice.
Nec te quæsiueris extra, apud Pers.
pectoris tui penetralia discute, sinum perspice.

you Know well enough vide *Vnknowne.*

to Know no way out of his tale.

Quem exitum, quem finem institutæ orationi expedire, imponere possim non reperio, non video, aut quo fine eam claudere, absoluere, perficere queam.

you Know my minde.

Mea consilia plane tibi nota sunt.
Teneas consilia mea, animum meum, meos sensus.
Non te latent, mea consilia.
Cognitum ac perspectum habes animum meum.
Qui sit meus sensus probe nosti, præclare intelligis.

I Know your state well.

Noui, cognitum habeo, probè teneo statum rerum tuarum.
Qui sit rerum tuarum status optimè scio, præclare noui.
Egregie intelligo de tuis rebus.
Plane mihi constat, exploratum est, compertum habeo, mihi dubium neque obscurum est.
Non me fugit, latet, præterit rerum tuarum status.

not Knowing vide *ignorantly.*

I Know not.

Nondum plane constitui, sat scio, noui, cognoui.
Satis habeo constitutum, deliberatum, exploratum, explicatum, certum; cognitum.

without Knowledge, vide *Vnlearned.*

Kolde, Ise, Frost.

Frigus. Gelu. Glacies.
Frigidior Glacie.
Glacialem arctum experiri.
Frigore lapsa cadunt folia.
Concrescunt currenti in flumine crustæ.
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes.
Maris astricto coit vnda gelu.
Glacie riget horrida barba.
Rura pandit hyems gelu.
Aggeribus niueis informis & alto terra gelu latet.
Pluuia contristat frigore cœlum.

Kunningly, vide *Exactly.*

a Kunning hand, vide *Occupation.*

L

to Labour, to trauell, to Worke.

Laborare. πονεῖν. Sudare.
Defungi laboribus.
Exercere. ἀσκεῖν.
Laborare, se exercere.
Rei operam dare, labore quærere.
Exercere labores. Fatigari.
ἐκπονεῖν. Laborem colere.
Exercere membra laboribus.
Fallere, discutere ocium.
Labores tolerare, sustinere, exigere, perfinire, ponere, perferre, experiri, intermittere, pati, impedire.
Cum tepido nostrum vere redibit opus.

to Labour in vaine, or to lose his labour.

Ludere operam.

Perdere

Perdere operam & impensam.
Actum agere.
Actam rem agere.
Nihil agere.
οὐδὲν ἀνύειν. ἀνύσαιν.
Frustra laborem insumere.
Inanem operam sumere.
Laboribus neutiquam frugiferis fatigari.
Opes suas perdere in aliquo.
Frustra, inaniter conari.
Frustra operam sumere.
Lauare seu cauare laterem.
Arenam numerare.
Arenæ semina mandare.
Piscari in aere. Arare littus.
Fodere Isthmum.
Litora arare.
Aêrem verberare.
Ventum colere.
Æthiopem dealbare, &c.
Fallunt impensæ in aliquem collatæ.

to Labour, to Trauell with might and maine.

Defatigari. Sudare acriter.
Plurimum laboris exhaurire, haurire ἐκμοχθεῖν.
Exantlare, antlare.
ἀντλεῖν. Græcum est, proprieque significat nauem exhaurire, deinde propter difficultatem rei & molestiam, ad laborem intolerabilem, & impensum est translatum pro quo vulgus parum apte anclare & exanclare per c scribit.
Laborum Iliadem exhaurire.
Neruos, conatus intendere omnes.
Desudare.
Versare saxum.
Sudores in re aliqua exantlare.
Sisyphi saxum voluere
In puluere aliquo viriliter desudare.
Multo sudore, labore, vigiliis aliquid colligere.
Maximo conatu incumbere & adniti.
Nihil non laborum obire.
Multum laboris exudare.
Non æstimandis laboribus quippiam absoluere.
Ambabus manibus haurire.
ἀντλεῖν ἀμφοτέραις.
Summo conatu quippiam agere.
Herculeo quopiam & indefesso labore contendere.
Summis vti velis.
ἄκραις χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις.
Insano iuuat indulgere labori, apud Virg.
Aenid. 6. i. immodico labori, sicut insania pro magnitudine & amplitudine immodica latinis ponitur.
Vnde insanæ extructiones, pro magnis & amplis.
Multo plus haurire laboris, quam Hercules ipse dum αὔγειον κόπρον è stabulis repurgaret.
Tanto in aliquod negotium incumbere studio, vt parũ abfuerit, quin sese labore confecerit, enecaret, quin ipse immoreretur, Eras.
Ad morbum vsque laborare.
Pro tantis, tot annos exantlatis ærumnis, apud Bud.
Apponere manum.
Laborando curam extremam impendere, omni quoque industria adniti, pro virili conari, haud segniter agere.
Industriam labore adiutare.
Manum admoliri, admouere, addere negotiorum actioni.
τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν.
Cum minerua, id est, auxiliante Minerua, manum quoque mouere, admoliri.
σὺν ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κινεῖν.
Etenim dii omnia laboribus vendentes adiuuant facientes, vide *to indeuour.*

you Labour too much in your studie.

Nimium

Nimium elaboras, inuigilas, sudas, exerces te in studiis.
Nimis immoderate, supra modum, intemperanter studes.
Nimium laboriose studia tractas, colis, exerces.
Sustines laboris plus, quàm satis est, in studiis exercendis.
Sic laboras in studiis, vt vires tuas imminuas, consumas, exhaurias, debilites, infirmes, affligas.

Labour, Worke, Indeuour, Diligence.

Labor. Sudor.
Vigiliæ. Labos.
πόνος. Negocium.
Conamen. Conatus.
Opera, æ. Nisus.
Hoc operæ. Illud laboris.
Aliud opus aggredior.
Ad solitum rusticus ibit opus.

great Labour.

Labor magnus, maximus, nimius Herculeus, Cleoneus, Improbus. Virg.
Strenuus, Indefessus.
Insanus. Immensus.
Immodicus, Ingens.
Aerumnæ pro laboribus onerosis.

without Labour vide Lightly.

a day Labourer, vide *Iourney man.*

Labour lost.

Frustra laborare, inanem laborem suscipere.
Arido solo infructuoso cāpo semina committere mandare.
Laterem lauare, Aethiopem dealbare operam male ponere, locare.
Oleum & operam perdere, Studium inutiliter consumere.

Labour ended, vide *Ende.*

Lacke of money.

Pecuniæ augustia, mira nummorum penuria, summa difficultas.
Pecuniæ minimum tractatur.
Vsus pecuniæ prope nullus est.

Lacking, vide *Voide.*

to Lay hands on one, vide *to Arrest.*

to Lay a wager, vide *to Wage.*

to Lament, to Mourne, to be Sorrowfull or Sad.

Mœrere. Dolere.
Lugere. Animo ringi.
Mœrore angi. In luctu esse.
Misere contabescere,
Languet animus.
In mœrore, sordibus.
In lachrymis iacere.
Vexari curis.
Dolore premi, consumi, confici, obrui.
Tangi animi dolore. vide *to Mourne to vvaile, to be sad.*

a Lamentation, a Weeping or VVailing.

Luctus. Comploratus.
Mœror. Mœstitia.
Senium. Gemitus.
Plangor. Planctus.
Res lugubris.
Lugubria induere, *to put on mourning attyre or apparrell, vide vveeping.*

Lamentable.

Lamentabile. Luctuosum.

Triste

Triste. Lugubre.
Flebile. θρηνητικόν.

a Lampe, a Torche.

Lychnus pensilis, pendens, ardens, lucens.
Lampas proprie splendorem significat. λαμπάς.
Lucerna similiter.
Lampada, æ, sub prima declinatione apud D. Hieron.
Eadem formula, qua dicimus Cratera, æ. &c.
Cicindela, apud Augustinum pro Lampade, sed proprie à *Glawberd*.
Lampyris, idis.

Lamp-students, that Study by the Lampe or candle.

Lucernarii. λυχνόβιοι.
Lucubratores. Elucubratores.

Land, vide *Field.*

Language, vide *Talke.*

Largely, vide *Liberally.*

a Larke.

Alauda. κορύδαλος.
Cassita. Galerita.
Corydalus.

sick of the Laske, vide *Flixe.*

a shoomakers Last or Least vide *Forme.*

the Last, or Hindermost.

Postremus. Nouissimus.
ὕστατος. Extremus.
Supremus. Vltimus.
ἔσχατος. Vide *Vttermost.*

at the Last, Last of all, vide *Finally.*

of Late, not long ago.

Nuper. νέον.
Nuperrime. Nuper admodum.
Non ita pridem. Non pridem.
Diebus superioribus. ἄρτι.
Iam dudum. Haud dudum.
Paucis abhinc diebus.
Nouiter. νεωστί.
Recens. Recenter.
Paucos ante dies.
Mense nondum exacto. Vide *in time past.*

the Latine tongue.

Sermo latinus. Latialis.
Romanus. Lingua latina.
Loquela Latia, Italica.
Phrasis Ausonica, Itala Pallas.
¶ Eloquentia circulatoria, *Kitchin Latine.*

exceeding good, verie fine, and eloquent Latine.

Eloquium vere Romanum.
Romanus sermo non solum purissimus castissimusque, verum etiam vber ac locuples.
Mel Atticum. Hymettica mella.
Attica musa, ἀττικὴ μοῦσα.
Eloquentia Attica, atq; ab hymetto profecta. vt habent prouerb
Romani sermonis eloquentia, vbertas, fœcunditas, venustas.
Dicendi illecebræ ac gratiæ.
Venustatis pigmenta, & lenocinia apud Budæum.
Tenue filum, pro subtili stylo, apud Ciceronem.
Phrasis quæ cum eloquentissimi cuiusque phrasi conferri possit.
Pulchrum orationis filum.
Character epistolaris politus, tersus, breuis, dilucidus, elegans, emendatus,

datus, Latinus, Latius, vere Ciceronianus. Pulcher orationis stylus
Venustus stylus, Elegans dicendi genus, A Musis protectum.
καλλιγραφία.
Lepos orationis, flosculi, phaleræ, venustas, lenocinium.
Attici lepores. Sermonis lepor,
Sermonis deliciæ,
Dicendi lautitiæ Meræ Veneres.
Verborum ornatus, splēdor, tersities,
Cupediæ linguæ latinæ,
Literatura politior.
Eloquentia, Elegantia,
Cum quadam Venere dictum.

to Laugh.

Ridere. γελᾶν. Aedere risus,
Effuse ridere ἐκγελᾶν.
Solui in cachinnum.
Cachinnare. καγχάζειν.
Chachinnum effundere,
Tollere cachinnum, Ridere, defluere vel diffluere risu.
¶ Prouerbialia sunt hæc posteriora,
Risus solutus, magnus,
Chachinnus, effusus risus.
Risus Sardonius.

to Laugh at, vide to Mock.

to abstaine from Laughing

Risum tenere, apud Horatium,
Continere Nihil vnquam de rigore animi remittere. Soli·
Risui temperare.
¶ Excitare, concitare risum, *to make to Laugh.*

the ciuill lawe.

Ius ciuile. Imperiale, Cæsarium.
Ius Papyreanum. Ius Scriptum.
Ius municipale, prætorium.

the canon lawe.

Ius pontificium. Ius canonicum.
Ius spirituale, diuinum,

to sue one in the lawe, vide *Action, and to Plead.*

it is lawfull, or meete and Reasonable.

Rationi consonum est.
εὔλογον. Consentaneum.
Ratio dictat. Rationis est.
ὑπαγορεύει τὸ δίκαιον.
Aequum & rationi consentaneum videtur, Par, decens,
Aequum, iustum, rectum fuerit.
ἐπιεικές.
Vt par est. ὡς τὸ εἰκὸς
¶ Moueri ratione, εἰκὸς παθεῖν.
Causa duci, *to haue good reason.*
Legibus vrbem fundare.
Legem ducere, dare, imponere indicere.
Sub leges vocare.

a lawyer, a Counseller.

Legisperitus. Consultus iuris.
νομικός, νομοδιδάκτης.
Iuris peritus. Iuris prudens.
Iurisconsultus vel iure consultus.
δικήγορος. L. L. Doctor.
Diuinæ humanæq; legis sciētissimus.
Pontificiarum legum doctor.
Professor iuris.
Iuris interpres, Antistes iuris
Legum cautus, id est, peritus, apud Ausonium.
Legalis mysta apud Alciatum.
Iuris consultus & æqui.
Iureperitus, nō minus prudētia quām facundia laudatus.
Asylum legum, vel iuris.
νομίμων ἐξηγητής.
Alter Papinianus, Sceuola, Vlpianus.
Iuris scientia præstans.
Qui summa diligentia laboribus ac laudibus, ad legalem peruenit sapientiam,
Clarissimus vtriusque iuris scientia.
Mysta iuris,

Diuini humaniq;iuris scientia excellens.
Eximius Iurium doctor.
Vtriusq; iuris laurea decoratus.
Gemini laus splendida iuris.
Legum iustitiæque sciens.
Diuini humanique iuris consultus.
Cæsarei iuris professor.
Legum imperialium eximius doctor
Cautores formularum. Cicero in 3. de Ora. vocat iurisperitos.
Legeleius & Rubricarius per contemptum.

a Lazer, or Leper.

Lepra infectus.
Mentagra infectus.
Lepram patiens. Fœdus lepra.
Elephantiacus. Elephante grauis.
Elephantiasi laborans.
Fœdissima plenus impetigine.
λεπρώμενος. λεπρός.
Leprosus. Mentagricus.
Incurabili scabie infectus.
¶ A mentagiæ & impetiginis purulentia purgare.
A lepra, ab elephantiasi mundare, *to cure the Leprosie.*
¶ Lepra λέπρα. ψώρα.
Elephantiasis. Elephantia quæ & Elephas dicitur. Vnde Serenus, Est Elephas morbus tristi quoque nomine dirus, eadem mala scabies Horatio vocatur. alijs
Immundities lichenis.
¶ Grando etiam vocatur vulgo lepra, qua porci infestantur.

a League, a Couenant, an Agrement.

Pactum. Compositio.
Conuentio. Conuentum & us.
Fœdus. Pactio.
Contractus. συμβόλαιον.

to make a League or a truce, to Confederate.

Fœdero, as are.
Conuentionem facere.
Pactum inire vel Fœdus.
Conuentum constituere.
αἱ θεμολογεῖν.
Pacisci. Contrahere.
Fœderari. Fœdus inire.
Fœdus sancire.
σπένδεσθαι.
Pactum facere, componere fœdus.
Conficere pactionem. Cice.
Fœdus facere σπονδοποιεῖσθαι.
Pangere vt nonnulli volunt, tametsi Seruius reluctetur.
Tractatus, contractus, conuentaque inire.
Placitum componere fœdus.
Mutuo fœdere cõsensu, & sacramento se principes dicuntur deuincire.
Fœdere coniungi.
Societatem inire, pascisci.
Conuenire in tertia persona.
συναλλάττειν.
Fœdus contrahere, pangere, percutere
Ferire fœdus.
Coire in fœdus.
Coire in fœdere. Virg.
Ferire pactum, vulgo compactum facere dicitur.
In æquas pactiones descendere.
Fœdera accipere Sallust.
¶ Conspirare in bonã & malam partem sumitur, sed Coniurare in malam frequentius: conceptis verbis vel data fide, factaque coitione consentire, simul iurare.
Coniurationem, cõspirationẽ facere
Haustu mutui sanguinis sancire fœdus. Soli.
Consentiones factæ sunt, posuit Cicero in Ver. Act. pro eodem.
Conflare conspirationem, apud eundem.
Ad incredibile sceleris fœdus aliquẽ adsciscere.
Ad illicitas iureq; damnatas confœderationes pellicere & instigare.
Ad quasuis res nefarias concordare.

to keepe the League or promise, vide *to Breake the League.*

to Leake to runne forth as broken vessels.

Perfluere Perstillare.
Non continere liquorem,
Transmittere liquorem.

Leane, Thin, Slender.

Macer. Macilentus. Macie pellucens. Gracilis. Exilis,
Exuccus. Strigosus.
ἔκλιμ☉. Extenuatus.
Macie confectus.
Pumice aridior. Aridus,
Emaciatus. ἀπεσκληκώς.
Macie, inedia extenuatus, attenuatus, Macies ipsa.
συφαρ, Metaphoricè apud Eras. frequens, Ieiunus metaphoricè,
Monagrammus à similitudine μονόγραμμ☉. sicut & κάνναβ☉.
Ironia prouerbialis,
Per medium annulũ qui trahi posset
Pinguior lucerna, lecytho, qui cum multum edat non sit habitior,
Leotrephide macilentior.

to be Leane.

Macie perlucere. Macere.
Ariditate crepitare, Macerare.
ἰσχνεύειν. ἰσχνόειν, *to make* Leane.
Macres obduxerat artus.
Tu tenuis tardique gradus macieque peresus.

to become or waxe Leane.

Macrescere. Arescere.
Extenuari, ἰξαμίζειν.
Macrum, exuccum fieri.
Macerari. Macescere. Annis vel ægritudine in maciem ire, *Soli*.

to make Leane.

Macerare, Emacerare, & attenuare, ἰσχναίνειν. Macrum facere.

to Leape, to Iumpe, to Skippe.

Saltare, Salire.
Dedit saltum, properans insistere ripæ
Corpora saltu ad terram mittere.
Saltu super ardua venit, Saltu ferri.
Se credere saltui.

to Learne.

Discere, disciplinam accipere, apud Cæsarem, comprehendere, animo complecti.
Addiscere. Condiscere
Bibere proeodem, Erasmus, Non facile dediscitur, quod puerilibus imbibitur annis,
Veterum volutandis monumentis discere, percipere. Studere,

to Learne, to Studie diligently.

Plurimum operæ consumere, insumere in litteris,
*S*tudiis exercere, agere vitam,
Eruditioni parandæ operam dare,
Occupare animum in studiis bonarum artium.
Artes bonas assequi improbitate laboris,
Adhibere ad omnes rerum bonarum disciplinas studium,
Transmittere tempus in pugillares & libellos,
Ingenuis artibus vacare,
Nauare operam literis & dare,
Incumbere literis & in literas,
Incumbere in literarum studia,
Acriter intendere animum ad literas,
Ingenuas caput efferre per artes,
Inuigilare studio literarum,

Elaborare pertinaciter in addiscendis literis.
Studiis teneri.
Multam ponere operam.
Plurimam collocare operam in excolendo literarum studio.
Dedere se penitus sacris Musarum studiis.
Immori studiis.
Omne studium conferre.
Intentam diligentiam adhibere.
Literas amplecti.
Musas colere.
τοῖς λόγοις ἐμφιλοσοφεῖν.
Asserere se studiis. Plin.
Se totum literarū studio impendere.
Se musis addicere, asserere in seruitutem, deuouere, dicare, consecrare.
In optimis literarum studiis suauissimè otiari.
Studiis bonis omne otium applicare.
Artes habere in complexu, oculis, auribus. Plin.
Insano flagrare studio in litteras.
Scientia progredi.
Habere processum in literis.
Non parum in literis proficere.
Colligere eruditionem ex studiis.
Ducta indies linea, profectum progressum magnum facere in literis, in scientia aliqua.
Lineam ducere.
Nullum facere studendi modum neque finem.
Pieriis adhibere otia blanda libris.
In amœnissimis Musarum viretis quotidie versari.
In vernantissimis diuinæ scripturæ pratis expatiari.
Insudare litteris.
Totum se libris dedere.
Libros assidue manibus retinere.
Impallescere studio, literis.
Literarum sacra colere.
Immodico studio se macerare.
Abdere se literis. Cic.
Assidere semper chartis, immori studium & omnem laborem, curam operam impendere.
Impendere tempus omne discendis literis. Studiosè versari, ac sedulò in libris.
Animos aptare studiis.
Tota mentis cogitatione ferri.
Intendere vim omnem ingenii in literas. Impendere pertinacem studiis laborem.
Adhibere propensum literis studium.
Studendi cura impendio defigi.
Ardentem intendere animum studio literarum.
Inhærere libris.
τῶν βιβλίων ἀντέχεσθαι.
Affixum esse litteris.

to Learne without booke.

Ediscere. Memoria complecti. Cic.
Exercenda est memoria in ediscendis ad verbum quam plurimis ex nostris scriptis & alienis.
¶ Tradere in disciplinam.
Docendum curare.
Tradere præceptori aliquem à quo mores primum, mox eloquentiam discat, quæ male sine moribus discitur, *to put forth to Schoole.*

we Learne by experience.

Multa discuntur percipiuntur ab experientia.
Multarum rerum scientia, cognitio, intelligentia, doctrina, capitur, sumitur, hauritur ab experientia & vsu.
Multa cognoscuntur experientia duce.
Multarum rerum magister est vsus. Multa docet, ostendit, patefacit. Viam aperit vsus, ad multarum rerum scientiam.
Erudimur valde, instituimur, expolimur.
Ex ignorantiæ tenebris educimur.
Ad scientiam peruenimus. scientiam consequimur, experientiam sequuti, experientia docti.

Experientia

Experientia rerum magistra.

learned.

Doctus. Perquam doctus.
Doctrina excultus.
Literis perpolitus.
Eruditus. Peritus. Expertus.
Gnarus. Literatus Sciens.
Non ineleganter bonis litteris initia tus, Non indoctus.
Non alienus a litteris.

well learned.

Vir singularis doctrinæ.
Apprimè doctus.
Insigniter doctus.
Facile doctissimus.
Id admirationem doctus, ac eloquẽs.
Maxima doctrina præditus.
Bene doctus, pro valde doctus.
Egregie doctus.
Imprimis literatus.
Perquam litteratus.
πολυγράμματος.
Magnopere doctus.
Musarum sacra colens, frequentans.
Vnicum Musarum delitium.
Literarum decus. fons. ornamentum.
Linguarum antistes, columen.
Vir multiiugæ eruditionis.
Fons totius eloquentiæ.
Qui in veteribus scriptis studiosè & multum volutatus est.
Spectatæ eruditionis vir.
In eruditiorum numero habitus.
Vir exquisitissimæ doctrinæ.
Qui ad fastigium tum doctrinæ tum eloquentiæ peruenit.
Heraclitus, subtilioris doctrinę arcanis initiatus. Soli.
Omnium disciplinarum scientia præditus.
Parens eloquentiæ.
Vir literatissimus, acerrimi, fœlicissimique ingenii.
Ad summum literarum fastigium prouectus suopte ingenio.
Peritissimus.
Litterarum amantissimus. & peritissimus.
Linguarum præsidio affatim instructus, armatus, fultusque.
Vir solidæ eruditionis.
Exquisitè doctus.
Miræ eruditionis.
Impensè literatus.
Delitium Latinæ linguæ. vniuersi literati orbis.
Insigniter literatus.
Nihil in loquẽdo spirans, quã natiuum illum & incorruptum Romani sermonis odorem.
Vnicus Phœnix sui æui.
Summa doctrinæ laude consecratus.
Nostræ ætatis Varro.
Variis expolitus disciplinis.
Haud quaquam indoctus.
Litteris multis præditus.
Litterarum antistes.
Qui multiplici variaque scientia.
φιλόλογος πολυίστωρ.
Eruditione vbertim excellens.
Non vulgariter eruditus.
Plurimæ multæ, ac propè infinitæ lectionis.
Summa eruditione præstans.
Multiformi eruditionis supellectile instructus.
Ingenuarum artium callentissimus
Eruditionem habens non sane vulgarem.
Omnibus disciplinarum ornamentis cumulatus.
In nullo doctrinæ genere non exercitatus.
Vir & admirabili, & diuino ingenio ac doctrina singulari.
Rara doctrina.
Princeps in re literaria vir.
Eximia præditus eruditione.
Multiiuga litterarum cognitione præcellens.
Quo post Ciceronem & Fabium doctiorem nulla ætas habuit.
Vir omni eruditione ma..., qui in

Linatam eloquentiam primus in integrum restituere fit adortus.
Græcè & Latinè modis omnibus eruditissimus.
Romani sermonis natiuam & germanam quandam proprietatem spirans. Omnigena eruditione clarus, conspicuus.
Literarum omnium princeps, Eras.
Politioris literaturæ phœnix incomparabilis & vnicum Germaniæ inferioris Decus. Eras.
Erasmus nostræ ætatis omnium doctissimus, celeberrimus, ac præclarissimus literatioris orbis præses.
Trium linguarum, Græcè, Latinè, & Hebraicè penè ex æquo peritus, ad hæc in nullo doctrinæ genere non ita versatus, vt cum primis certare possit. Erasm.
Trium linguarum non vulgariter peritus.
Triplici natura instructus.
Complurium linguarum egregiè peritus.
Humanis litteris ac mansuetioribus musis initiatus.
Humanarum litterarum peritissimus
Ingenio ac eruditione præstans.
Extra inuidiæ aleam doctus.
In literatorum consessu primum tenens locum.
Habens eruditionis penu multifariæ cumulatum
Doctoris titulo insignitus.
Summa cum laude doctoratus titulũ consequutus.
Primi nominis doctor.
Cuius gressus Charites sorores Pegasi desque omnes comitantur eum, vt est apud Poetam.
Bonarum literarum cultor studiosus.
Vir doctorum omnium calculis incomparabilis.
Encyclopediam qui absoluit.
Absoluto disciplinarum orbe, omnibus mirandis osculandus.
In cyclicis disciplinis exercitatus.
Qui in omni parte orbicularis disciplinæ certauerit.
Cyclopediam callens.
Cyclicè doctus.
Noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione versans.
¶ Eximii in omni doctrinæ genere proceres.
Literariæ rei proceres.
¶ Encyclopedia, ἐγκυκλοπαιδεία, est omnium bonarum artium societas cognatioq; vt ait Cicero, i. omnium artium & disciplinarum perfecta scientia.

a learned physition.

Medicus bene doctus, eruditus, Instructus medica scientia, medendi arte medicis literis.
Sciens imprimis est, peritus, intelligens, gnarus medicinæ.
Nouit penitus medicinam, tenet, possidet callet.
Medicinæ scienta vi alet, floret, præstat excellit.
Medicinæ doctrina scientia, peritia, cognitione, intelligentia, eruditione cum paucis conferendus est, inferior nemini.
Medicinæ scientiam planè complexus est, mente atque animo comprehendit, ingenio sibi aperuit, comparauit, peperit.

to aduance or set forth learning.

De lingua Latina bene mereri.
Consulere studiis communibus, & bonæ spei ingenia benignè proue here.
E mediis ignorantiæ tenebris ingenuas artes atque adeò sacras literas vindicare.
De publicis studiis optime mereri.
Editione vtilium scriptorum communia seu publica studia iuuare, adiuuare.
Aliis sedulo impertire doctrinam.

Egregiam nauare operam.
Adiutare, adiuuare honestissima literarum studia.
Libros à dura blattarum tinearumq; seruitute qua diutissimè oppressi propemodum interierant liberare vindicare ab interitu.
Diuitem ingenii prouentum in vniuersum orbem effundere.
Annis cōpluribus elaborata in communem omnium depromere vtilitatem.
Libris edendis, famam immortalem mereri, transmittere ad posteros.
Eruditissimis lucubrationibus nunquam intermoriturum decus parare.
Bonas literas longo veluti postliminio redeuntes, in suum quodammodo regnum dignitatemque in priscum nitorem restituere, suo splendori reddere.
Redimere studia literarum.

giuen to Learning, vide *Studious.*

Learning is alwaies both pleasant & profitable.

Semper vtui, delectationi tibi literæ erunt, fructum ac voluptatem tibi afferent in omni vita, nunquam non vtiles, nunquam inquam iucundæ non erunt.
Te semper commodis, semper voluptate afficient, iuuabunt pariter, & oblectabunt in vniuerso vitæ tuæ cursu, Vitæ tuæ par atque adeo longior literarum vtilitas erit.

Learning is not esteemed as it ought to be, vide *Arts.*

I haue no Leasure.

Molestus interueniens mihi.
Nunc non est commodum.
In præsentia non vacat, non est ocium.
Est quod agam aliud.
Est domi negotium melius.
Non licet per negotia domestica.

Leasurely, by little and litle.

Paulatim Paulixatim, apud Plaut.
Deminutiua sunt a paulum.
κατὰ μικρόν. Sensim.
Ductim. Tractim. Pedepressim.
Pedetentim, *Foote by foote.*
Placidè. Lentè Leniter.
Maturè lente. Composito gradu, vide *Slovvly.*

to Leaue off to Cease.

Desinere. Desistere.
Omittere. Desistere ab incepto.
Dimittere. Parcere. Supersedere. vide *to cease.*

to Leaue nothing, vide *to Take away.*

to Leaue to Forsake.

Deserere Linquere Relinquere.
Derelinquere. Destituere. vide *to leaue in Danger.*

Leaue or licence.

Copia in singulari cum verbo facio constructum, quemadmodum cōmeatus.
Data copia fandi.
Venia Potestas.
Dare veniam ludendi.
Facultas, quam licentiam indocti dicunt.

to giue leaue or licence.

Potestatem facere, præstare.
Facultatem dare.
Copiam facere, vt Gymnasiarcha fecit

cit scholasticis ludendi copiam à prandio.
Additur in constructione gerundium mdi.
Emanendi copiam à præceptoribus poscere. *to Aske leaue.*
Tridui missionem dare.
Dare remissionem studii vel à studiis ad duos, tres dies.
Veniam dare pro eodē apud doctos legi, licet alii refragentur.
Venia enim est pœnæ meritæ remissio, vt inquit Seneca
ἐξουσίαν δοῦναι. Missionem impetrare. *to get leaue.*
Veniam exorare, impetrare.
¶ Cæterum missum facere, est dimittere. *to let goe, to giue leaue.*
Terent, *Me* missum face. Suetonius in Cæsare, Legionem totam cum ignominia missam fecit.
Missionem dare militibus.
Missionem petere, efflagitare.
Rudem flagitare
Præbere missionem.

I pray you giue me Leaue to speake with your patience and fauor.

Sit dicto venia τῷ λόγῳ συγγνώμη.
Pace omnium vestrum dictum esse velim, dixisse liceat.
Dicere copia alicuius, id est, pace.
Honos audientium auribus habeatur.
Sit habitus honos vestris auribus.
Bona cum venia audire. Cice.
Sine cuiuslibet iniuria dictum sit.
Absit inuidia verbo, verbo ἀπεχθόμενος. Dicere cum venia.
Cum gloria tua mi Philippe.
Liber veniam præfari vel honorem.
Data copia fandi, apud Virg.
Pace tua, tua venia.
Te non irascente, permittente.
Simile quid præfamur, obscœni aliquid dicturi, aut cuiusquam authoritatem oppugnaturi.
Per præmollitionem, vt monet Erasmus in copia verborum.

the Leaues of the trees.

Frondes. Folia,
φύλλα Petala.
Crines Poeticè dicuntur, vnde apud Mantuanum. Nudatur crinibus arbos.

to Leauell, vide *Winke.*

to Leauie a subsidie, vide *to Cesse.*

Leacherous, Vnchast, or Lustfull.

Libidinosus. Venereus.
Propensus in libidinem. *S*alax.
Flagrās libidinibus in mulieres, *Sue.*
In Veneris castris militans,
πυγαῖος. λάσταυρος.
Præter modum libidine pruriens.
ἀφροδισιαστικός, ψωλής.
Nouas quotidie nuptias celebrans.
Mulierosus. *V*eneris miles.
Solutior in Venerem.
Mollis, Mulierosissimus.
Mus albus μῦς λευκός.
Homo libidinis immodicæ, insatiatæ intempestiuæ, monstruosæ.
Galbinos habens mores Marti.
Crebris, vagis amplexibus sponsus.
Pronus in Venerem.
Procliuis in libidinem.
Lidus in meridie.
Capratius in æstu.
Maximo ardore in Venerem solui vel ruere ferunt Hispanos Turcasque.
Et Gaditana puella apud Marti. pro libidinosa, procace, lasciua.

to Lend.

Mutuari deponens, & Mutuare actiuum χρήζειν Mutuum dare
Præstare. Mutuo dare, quum eiusdem

dem precii res pensatur.
Commodatum vel commodato dare in tempus, quũ eadẽ res redditur.
Alicuius rei vsum præstare, concedere in aliquot dies
Commodare. Vide ne cum pueris dicas Accommodare: id enim est adaptare.
Vtendum dare κιχρᾶν.
Mutuo amicis commodare.

by Length of time, in Continuance or processe of time.

Processu temporis, Decurrentibus annis. Progrediente ætate.
Tempore, Paulatim.
Lustris labentibus, apud Virg.

Length of time taketh away smart, vide *Time.*

Length of time taketh away Paine.

Dolorem minuit ac mollit dies, temporis Longinquitas, vetustas.
Sanantur vetustate vulnera, Vis doloris cum tempore languescit.
Detrahit de dolore dies, atque adeo extinguit omnem, planeq; tollit.
Quouis dolore affectis, quouis malo laborantibus medetur tempus, medicinam dies affert.
Vetustas opem fert, opitulatur, subuenit, auxilio est, subsidio est, finem doloris affert.
Habet hoc tempus, vt quemuis dolorem, quamuis acriter in animo insitum euellat atque abiiciat.
Est hoc temporis, vt omnem malorum memoriam, omnem aduersæ fortunæ recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoueat.

at Length, vide *Finally.*

to Lesse, to Asswage or Mitigate paine or diminish griefe or smarte.

Dolorem sedare, Eleuare. Mitigare, Mollire, Lenire, Delenire, *Leuare*, Demulcere, Pellere, Tollere.
Fugare, Sopire, Discutere, Minuere.
Vim doloris mellea fallere confabulatione.
Detrahere dolorem, cruciatum,
Reddere moderatiorem.
Dulcare. Edulcare.
Lenire & adimere ægritudinem tempus dicitur.
Dolor sese remittit.

the Leprosie, vide *in Lazer.*

a Lessening of sorrow.

Luctus leuatio. Leuare se.
Luctu, ægritudine, sollicitudine, mærore, cura.
Sanare vulnus doloris.

to Let bloud, to open a veine.

Detrahere sanguinem.
Venæ sectionem adhibere.
Secare, Incidere venam. Cicer.
Vacuare sanguinem per venam.
Corpus sanguinis detractione vacuare.
Tundere venam nocuo turgentem sanguine.
Demittere, emittere, vel mittere sanguinem. Corn. Cel. Ex brachio mitti sanguis debet.
Exonerare venas sanguine.
ἀφιέναι τὸ αἷμα.
Venam cultello, scalpello soluere, aperire.
Curare venam incidendam.
Corpus sanguinis exuberantia leuare sectione, incisione venæ.

Non est latinis vox vnica, quæ Græcæ φλεβοτομεῖν respondeat, quapropter Periphrasi vtendum.

to Let go or passe, vide *to Omit.*

to Let, to Hinder, to Stay, to Withstand or be against.

Obsistere. Resistere. Cic.
Senatus vna voce ac mente reiectat
Inhibere. Obstare.
Contrahere. Detinere.
Officere causæ apud Cice.
Vrgere. Occupare,
Offerre moram occupato. Plaut.
Obstrigilare. Porcere apud Lucil.
Remoram facere rei priuatæ & publicæ. Plaut.
Obstaculum moliri.
Interdicere pro obesse, cum datiuo. Cicero.
Cui nemo interdicere possit.
Eripere bene gerendæ rei facultatem
Rei potiundæ spem præcidere. Budæ.
Impedire. Obstaculo esse.
In diuersa trahere, rapere.
Retrahere. ἀνθέλκειν.
Tergiuersari. Reclamare.
Transuersum agere.
Aduersari. Reniti.
Repugnare. Refragari.
Contradicere. Contraniti.
Contra venire. ἀνθίστασθαι.
Occurrere, Morari.
Remorari. Demorari.
Intercipere Tenere.
Opponere. Reluctari.
Intercedere, apud Titum Liuium pro impedire, prohibere gressus alicuius obstare, obesse eunti.
Contra pugnare, machinari.
Impedimento esse, distinere.
Conatus alicuius euertere.
Claudere commodum, Terent.
¶ Remora, impedimentum, obstaculum, remiligines apud Plaut retardatio.
Offendiculum pro impedimento, vide *to Hinder.*

to Let one from hauing his lust.

to let ones study.

Let me go.

Sine me abire. Sine vt abeam.
Mitte me. Omitte me.

Let it be so, vide *So be it.*

Letters missiue.

Epistles.

Litteræ. Litterulæ.
Littera in singulari numero, apud Ouid. Libelli.
Tabulæ. Codicilli. Scripta.
Epistola. Epistolium.
ἐπιστολή. γραμματίδιον.

to Seale and open Letters: vide *to Seale and to open.*

Letters welcome.

Litteræ tuæ mihi gratæ, periucundæ fuerunt,
Summam mihi iucunditatem attulerunt, pepererunt.
Magna me lætitia affecerunt, perfuderunt.
Omnis amor tuus ex omnibus se partibus ostendit in tuis litteris.
Quas ad me literas mittis, multo sut officio refertæ, multis insignes amoris notis.

printing letters.

Typi ænei, stannei. τύποι.
Formulæ. Charactêres.
Notæ fusæ, sculptæ.
Typorum collector, ordinator, compositor. *a Compositeur.*

Liberall, bountifull.

Liberalis. Munificus.
Dapsilis. Benignus.
Beneficus. δαψιλής.
Prolixus apud Ciceronem.
Ipso horreo vel canistro dans.
Promus magis quam condus.
Profusus. Largus.
Cito dans & dolio hauriens.
Ambabus manibus largiens,
Hospitalis, Cicero. Offi. 2.

Liberality,

Largitas. Liberalitas,
Munificentia. δαψίλεια.
Beneficentia. εὐλογία.
Bonitas & Benignitas pro eodem apud Cice offi.
Hospitalitas pro liberalitate & animi quadam propensione in hospitibus recipiendis apud Ciceronē Offi. 3.

Liberally, Largely, Bountifully.

Munificè, Liberaliter.
Munificentissimè.
Dapsilè. δαψιλῶς.
Largè. Largiter.
Profusè. Affatim.
Abundè. Vbertim.
Abundanter. Copiose.
In copia. Plena manu.
Ambabus manibus. Ampliter.
Benignè, Prolixè vtrunque apud Cicèronem.
ἐκτενῶς. προθύμως.
Sine parsimonia.
Prodigè. Perbenignè.
Ipso horreo prouerb.

to set at Liberty.

Asserere, vindicare in libertatem.
ἀφίλεσθαι εἰς ἐλευθερίαν.
Manu mittere et mittere manu.
Libertate donare.
Emittere manu.
Pileo donare. Liberare.
Eruere, reducere.
Eripere. *to Redeeme.*
ἐλευθερῶν. Exercere vincula.
Liberum facere.
Soluere ergastula.
Eximere à seruitute, vinculis.
Leuare vincula alicui, vel aliquem vinculis eximere.
Conciliare in libertatem.
Releuare ceruices à seruitute dura.
Recipere, apud Virgilium.
Soluere, exoluere vinculis.
Emittere è carcere, ex vinculis, de carcere.
Laqueis mortis caput, manus vinculis expedire.
Dare vindicias.
Subtrahere neci. *Vide Free.*

I haue a care of the Liberty of the common wealth.

Nihil aliud à communi libertate, nihil præter communem libertatem quæsiui, curaui, spectaui, secutus sum.
Ad vnam ciuiū libertatem meas curas intendi, cogitationes retuli studia contuli.
Nihil antiquius communi salute iudicaui.
Salutem publicam ac libertatem omnibus rebus anteposui, prætuli.

to giue much Liberty. vide *to Permit too much.*

A Library, a study full of bookes.

Bibliotheca. βιβλιοθήκη.
Arcium, vel archiuum, vt aliqui scribunt.
Vtitur hac dictione D. Hier. in præfatione lib. Ester.
Taberna libraria.

Amal-

Amaltheum, apud Cice. ad Attic. ἀμαλθεῖον

Armarium quoque locus in quo libri reconduntur.

Foruli, apud Suet. & Plutei apud Iuuenalem, sunt armariola, capsulæ in quibus libri reponuntur, vulgo nominant, quæ rectius cum Viue loculamenta vocauerimus.

Libraria in hac significatione raro apud Classicos inuenitur. Librarius enim βιβλιογράφον denotat, qui libros & alia scribit, hunc latini scribam vocitant. Cicero vsurpauit Tabellarium in neutro genere.

Licence, vide *Leaue*.

to licke.

Lingere. Delingere.
Elingere. Lambere.

to Lie, or to make a Lie.

Dicere falsum. Mentiri.
Subdola promere, fundere mendacia,
Turpe mendacium dicere, proferre. ψεύδεσθαι.
Adumbrata pietatis fuco mendacia deferre. *To bring foorth lies.*
Effutire, pro dicere cum mendacio, apud Cicero in Tusc.
Aspergere mendaciunculis aliquid.
Cretizare, κρητίζειν Græci pro mentiri dicunt, à gentis moribus.
Conflare mendacium, fingere ex se velut araneus.
Splendide mentiri.
Ampliter mentiri. Plaut.
Struere sycophantias.
Comminisci mendacium.

to forge a lie.

Mendacium conflare, aspergere, excogitare.
Addere culpæ mendacia.
Mendacio fucum addere.
Mendacia fingere.
Rem effictis mendaciis omnibus, lenociniis perpolire, concinnare.
Vanas pro veris fundere voces.

an open lie.

Mendacium speciosum.
Prodigiosum audax, impudens callidum mendacium *A bold Lie.*
Manifestæ vanitatis.

a Lyer.

Mendax. Vanus. Falsiloquus.
Falsidicus. Vaniloquus. Nugax.
Mendaciloquus. Nugator.
Nugigerulus ματαιολόγος.
Nugiuendulus, Cretensis. ψευδήγορος
Vir insigni vanitate.
Halophantia. Vanissimus.

Lyes, Dregges.

Fex. τρύξ Excrementum.
Sedimentum, ὑπόστάθμη.
Seda apud Plin. Proluuies. ἀποχώρημα
Crassamentum, Fæces vini.
Amurca, olei tantum est.
Magna vnguentorum est fex.

to Lie downe or in the bed.

Iaceo, es, ere. Recumbere sponda.
Accumbere toris.
Offenso procumbere pede.
Fusus per Herbam.
Reuolutus arena.
Passim vino somnoque per herbam corpora iacent.
Strato discumbere super ostro.
In gramine ponere corpus.

to lift vp.

Leuare. Subleuare.
Tollere. Eleuare.
Membra de dura tollere humo.
Gelida membra leuare humo.
Stratis corripere corpus.
Solio se tollit ab alto.

as much as Lieth in me, vide *Power.*

Lightly, Remissely, without care.

Leuiter. In transcursu.
Leui brachio. Sparsim.
In superficie Perfunctorie
ἐξ ἐπιπολῆς, quod vulgus ineptiens dicit superficialiter.
Tenuiter. Cursim.
Molli brachio. Suspensa manu.
Parum attente, considerate, accurate.
Transeunter, In transitu.
Quasi in transcursu, seu leuiter attingendo.
Leui brachio rem peragere, percurrere.

Lightly, without labour.

Faciliter. Ex facili.
Citra laborem, negotium, molestiã.
Paruo negotio.
ἀκονιτὶ ἀπόνως.
Sine opera. Sine labore.
Nullo negotio.
Citra pulueris tactum, vel iactum, prouerb.
Absque difficultate Ferme.
Nulla adhibita diligentia,
Citra sudorem, operam.
Nullo sudore, Ne genu quidem flexo
Citra puluerem, prouerb.
Nullis laboribus. Perfacile.
Facile. Facillime.
Vno digitulo, apud D. Hierony.

not lightly or easily, hardly, painefully.

Difficile Difficulter.
Haud facile. Haud ferme, Terent.
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum. Non facile. Grauiter.
χαλεπῶς.

a lightning, or a Flashing out of the clouds.

Fulgur & Fulmen licet alii distinguant, Aeris ardor.
Arma Iouis.
Fulguratio. Fulgor.
Fulgetrum. Fulgetra.
ἀστραπή. Conruscatio.
¶ Fulminare, fulgurare, fulgere.
Ignes in æthere fulgent.
¶ Fulmen iacere, fulgetra concitare, tonitru mouere.
Crebris micat ignibus æther.
Ignes Capitolinis iniicere sedibus.
De Cœlo tangere vel percutere.
Hinc tonat hinc missis abrumpitur ignibus æther.
Flagranti telo deiicere.
Fulmina moliri dextra.
Mittere fulmina læuo polo.
Fulmine adigere ad vmbras.
Fulmina torquet astripotens.
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo.
¶ Fulminatum, fulguratum, tactum, ictum de cœlo. διόβλητον.

Light, Vaine.

Vanus, inanis, leuis, iners, socors, demens: Vento Leuior, aëre inanior.

Like as, vide *As.*

Like, as it were, as great as, equiualent.

Instar significat ad similitudinem ad æquiparationem & ad mensuram.
Ad instar, apud Hieron. & Soli.
δίκην.
In modum. Ad modum.
In similitudinem.
Ad similitudinem.

to Liken, to Compare.

Comparare. Conferre.
ἐξισοῦν. Adsimulare,
Adæquare grandia paruis,
Coæquare. Aequiparare.
Aequare, ἰσοῦν.

to be Like, to resemble in forme or fashion.

Referre mores patris & patrem moribus.
Referre vitā, patrem, & vitam patris. Plin.
Moribus exprimere.
Repræsentare. Præ se ferre.
Reddere. Terent. Similare.
Similem esse. Effingere.
Imitari moribus, corporis lineamentis patrem.
Et prouerbio dicitur Patris esse filium qui mores imitatur patris.
Accedere ad paternos mores.
Ferre alicuius imaginem pro repræsentare.
παρομοιάζειν.
Similitudinem morum referre.
προσφέρειν
Construuntur cum accusatiuo personæ, præter.
Similem esse.
Ingenium patris referre.
Paterni, auitique ingenii speciem præ se ferre.
Similis quando ad morum vel doctrinæ imitationem refertur, cum genitiuo construitur: quando vero corporis lineamenta, cum datiuo, vt tradunt Grammatici, confunditur cum differentia.

in Likenesse of a man, vide *Pretence.*

it liketh me well, vide *it Pleaseth me well.*

if I were Like to you.

Si essem æque ac tu, pariter ac tu, non secus, non aliter ac tu, ita vt tu, vti vt tu, quemadmodum tu, sicuti tu.

Likely, Reasonable.

Rationi consentaneum est, cum ratione consentit, simile veri, credibile, non alienum à ratione, cum ratione congruens.
Ratio postulat vt credatur.
Est cur credatur, verum putetur.
Visum, similitudinem, speciem formā imaginem præ se fert, ostendit, non discrepat, non dissentit, non procul abest à ratione.

a Likenesse, a Comparison.

Comparatio. Collatio.
Assimulatio, Similitudo.
Parabola. Parœmia.
ὁμοίωσις.

Likewise, Equally, euen all alike.

Æquè. ἴσως.
Æqualiter. Vno tenore.
Aequa parte, conditione.
Aequabiliter. Similiter.

to do, to render Like for like. vide *to Recompence.*

a Linage, vide *Stocke.*

a Line, a Rule, a Row. a Strike.

Regula. Norma.
Linea. γραμμή.
Amussis & perpendiculum, cæmentariorum sunt.

to Linger, to Stay, to Delay, to Deferre, to Put or Driue off.

Morari. Remorari. ἐπέχειν.
Demorari. Cunctari.
Quærere moras.
Moram trahere, ducere, Moliri.
προσδιατρίβειν.
Iter retardare.
Moram facere, restitare.

Moras nectere.
Gradum continere.
Sistere, Comprimere.
Pausam facere Plaut.
Rumpere, continere Iter.
Pendere apud Virg. med. prod.

a Lingring, vide *Prolongation.*

it must be done without Lingering.

Non cunctandum, non differendum est.
Producenda, proferenda, prorogan-da, protrahenda, extrahenda, longius ducenda res non est.
Sine mora, sine cunctatione, sine vllo temporis interuallo, aggrediendi res est, tentanda, incipinda, facienda mora non est, interponenda nulla est, omnis est abiicienda mora imorari, cunctari, lentè agere, indormire nō oportet

Lingring, vide *Slouthfully.*

Little, Fewe.

Modicum. ὀλίγον.
Parum. Paulum.
Paululum. Nonnihil.
ὀλίγα. μικρόν.
Paxillum. Paxillulum.
Dicitur etiam aliquantum & aliquantulum pro paululum.

by little and little, vide *Leasurely.*

a Litter, a Wagon, or Coach.

Vectabulum. κλιντήρ.
Gestatorium, Sella curulis.
Currus Clausus. θρόνος γυναικεῖος.
Arcera, vel vt alii scribunt, Acirna, apud Gel. Basterna.

Pilentum apud Varr.
Lectica pro eodem. σκίμπους.
Hexaphoron, Græcis quod à sex seruis portaretur. λαμπήνη.
Octophoron, quod ab octo.
Currus regius seu lectica.
Pampellum. Ferculum.
Vehiculum cameratum, pensile.
Cameroton Græci vocant.
Lecticarii, qui portant, ferunt lecticā
Sellas curules διφροφόροι.
¶ Et sella curuli vehi subuehi.
Lectica gestari. διφροφορεῖσθαι. To be caried in a litter or wagon.

to Liue, to haue life, to be aliue.

Vitam ducere. ζώειν. ζῆν.
Producere. καὶ ζῆν. Viuere.
Diem, lumen videre.
Fungi munere vitę.
Animam ducere, seu spiritum, Cic.
Annos, æuum, sæcula exigere, agitare
Esse. Vesci aura. βιῶναι.
Carpere vitales auras.
In viuis agere.
Dant viuere fata.
Temporaria frui vita.
Lucem adspicere, pro vita frui.
Esse in rerum natura, in vita.
Spirare. βιοτεύειν.
Superesse, superare.
Nec ad huc crudelibus vmbris occubare. Vitam exigere.
Cœli conuexa tueri, Virg.
Vitam traducere, transigere, trahere.
Fungi vita. Vitam agere.
Vitam degere. ποιεῖσθαι τὸν βίον.
Aeuum agitare, transigere.
Vitam, æuum traducere.
τὸν βίον διατελεῖν.
Exercere vitam, colere.
Aetatem degere, exigere.
Spiritum ducere.
Esse inter mortales.
Inter superstites adnumerari.
Esse inter viuos, & in viuis.

Esse

Esse in humanis.
In humanis agere.
Vita potiri.
Vincere sua fata viuendo.
Auras protrahere, prendere vitales Poeticum.
Lucis vsura perfrui.
Lucis dare vsuram piratis diuturnam

To liue daintily and nicely: to spend his time in great voluptuousnesse, riot of pleasure.

Deliciari. θρύπτεσθαι.
Resupinari. Viuere Epicurum.
Luxuria, delitiis, ac mollitie diffluere
Melle se ipsum perungere.
Mellitam planè vitam exigere, Erasmus.
Molli victu superare senectam.
Genio carpere dulcia. Pers.
Extremam decerpere voluptatem.
Terrenis teneri cupiditatibus.
Deliciis affluere.
Libidinari. Suet.
Inter opes vitam socius agebat.
Delicatè ac molliter viuere, Cic.
Agere periucundè.
Indulgere cupiditati.
Gulæ, ventri obsequi.
Ardenti libidini laxare frena.
Omni genere voluptatum deliciarũ affatim te explere.
Dare se voluptatibus.
Totum se dedere libidinibus. Cic.
Mundanis se contaminare sordibus.
In medias se delicias conicere.
Voluptuariam agere vitam.
Carnis obsequi cupiditatibus.
Prauis animi obtemperare cupiditatibus Luxu ferure.
ταῖς ἡδοναῖς χαλάζειν.
Sectari mortiferas sæculi illecebras.
Archetectari voluptates, Cic.
Carnis desideria amplecti.
Humi volutari. Serpere humi,
In terrena animo rapi.
Ea quæ mundi sunt animo tantum agitare, volutare.
Omnem fœlicitatem in rebus præsentibus constituere, futuræq; beatudinis nullo tangi ardore.
Duci ventre, Horat.
Cogitatione circa mundana versari,
Rebus frui dulcibus.
Voluptatibus indulgere, frui.
Animum in transitorias labentis mundi voluptates demergere,
Intellectum circa terrena exercere,

to Liue long.

Cerui viuere per annos.
In annos centum æuum trahere.
Nestoris astricolæ cui ducunt fila sorores. Vide *Olde*.

of a long Life.

Viuax. Longæ vitæ.
Tithonus. Nestor,
Nestorius, Longæuus.
Macrobius. μακρόβιος, vide *Old*.

to Liue not long.

Breuem vitam colere.
De vita decedere breui æuo. Sol.
Vltra quinquennium æuum non trahere.
Vltra octauum annum viuendi spacium non protrahere.

so long as I Liue, vide While I liue.

to Liue quietly.

In securitate agere.
Securum esse.
ἀταραξίαν ἄδειαν.
Tranquillè degere.
Securam agere vitam.
In summo ocio vitam transigere,
Tranquillam vitam viuere, agere,
Domi sedere, inque aurem vtramlibet cubare.
A tumultu sæculi & blanditiis mundi

di strepitu seorsum degere.
Vitam agere certam & tranquillitate fœlicem.
Sibi ipsi viuere.
Curriculum viuendi à natura datum conficere recte & honeste *to passe his time honestly.*
Suauem vitam agere.
Trahere vitam tranquillam, Cic.
Acquiescere cum quadam animi voluptate quieteque consistere, à Cic. ponitur.
Molliter suauiterque vitam agere.
Quod datū est vitæ tranquille placideque ducere, Cic.
Halcionis agere dies,
ἀλκυονίτιδας ἡμέρας ἄγειν.
Per ocium & quietem vitam traducere.
Destinato reliquo vitæ tempore, respirandi feriis, Musas tranquillo inuisere animo.
In literario delitescere ocio.
Tutum ocium domi exigere.
Ociose nugari in literis.
Gratissimo inter literas ocio ac negotiorum bene à segestorum recordatione perfrui, Eras.
Ocium oblectare suum.
Suauiter viuere.
Ocio vitæque molliori indulgere.
Pacatam, mollem, feriatamque agere vitam.
Tacites sinere ire dies, & paupere cultu, Exigere innocuæ tranquilla silentia vitæ, apud Polit.
κατὰ τὸν θεὸν vitam viuere.
Vitam sancte & inculpate degere, *to liue godly and honestly,*
¶ Thybra victitare.
Vitam sine cura rerum temporalium degere.
Non macerare se crastina cura ciborum.
Nil recondere in crastinum.
In diem vel ex tempore viuere.
Omnem crastini sollicitudinem abiicere. *To liue without care.*

to Liue vngodly, wickedly.

Peccatorum mole obrui.
In eodem hærere luto peccatorum.
Seruire peccato, iniquitati, frequens in Sacris literis.
Contaminatissimam agere vitam.
Sordere.
Insordescere.
Vitiose, sordide vitam viuere, apud Chrysostomum.
Fœdam, dissolutam, perditam vitam viuere.
Vitiorum sordibus se inquinare apud eundem.
Perdite, flagitiosissime viuere. *an euill life.*

to Liue vnchastly, in sensuall lust.

Corpus libidinibus prostituere.
Iacere in voluptatum carnalium turpitudine ac putredine.
Turpiter & effeminate viuere.
Luxuriæ & libidini vacare.
Volutari, instar porcorum in cœno libidinum, ac versari.
Pecudum vitam viuere.
καταπλίζεσθαι.
Libidinari.
Seruire ventri i. Veneri, corporis voluptati ac libidini.
Carnis omnigenis desideriis inseruire.
Diffluere luxuria, lasciuia. Terent.
Inter scorta ad multam plerumque noctem desidere.
Capi illecebris rerum carnalium.
Subigi, substerni mortiferis libidinū voluptatibus.
ἀσώτως βιοτεύειν.
Epicurum luxu vincere.
Carnis fœda sectari oblectamenta.
Pecudum ritu promiscue in concubitus ruere. Liuius; *an inordinate Life.*

to liue sumptuously.

Splendidè ampliterque viuere in v- berrima rerum affluentia.
Splendidè epulari, in Euang. Lucæ. λαμπρῶς εὐφραίνεσθαι.
Eximiè, cœnare, prandere, in omni genere ciborum.
Magnificè mensam instruere.
Egregiè, splendidè cœnare, apud Iuuenalem.
Colere vitam vino & victu probo, Plaut.
Genialiter viuere.
Delicatè, opiparè, splendideque viuere, cœnare. ὑπερμαζᾷν.
Sybarizare, συβαρίζειν.
Conuiuium agitare splendidum.
Opiparis mensis frui.
Musicè viuere, μουσικῶς ζῆν, vbi nihi deest, sed affluunt omnia.
Exhilarari generalis ferculis mensæ.
Magnificum ac egregium esse in edendo, in apparatu mensæ.
In leporinis carnibus viuere dicitur prouerb. qui lautè & in delicijs vitam agunt.
¶ Conuiuium apparare, præparare opiparum, saliare.
Magnificè lautum parare conuiuium.

at the Liues beginning, in the swadling clouts: assoone as it is borne, or brought into this world.

In vitæ exortu. In exordio vitæ.
In ipsis vitæ primordijs.
In vitæ foribus. In vitæ Ianua.
In ipso quasi vitæ vestibulo.
In ipso vitæ limine.

the Liuer.

Iecur. Iecinus. Iecusculum.
Hepar. ἧπαρ.

sick in the Liuer.

Iecorosus. Iecinorosus.
Hepaticus. ἡπατικός.

a Locke, vide *a Barre.*

a Lode, vide *a Burden.*

a Lodge, a Cotage, a Cabin, or a little house in the countrey.

Mapale seu Magale stramineum, stramine tectum.
Agrestis casa. Casula.
στέγη. Stega apud Plautum.
Magar Punica lingua, vnde Magaria pluraliter & non Magalia dicendum, vt tradit Seruius.
Penates. Lar.
Tugurium. Tuguriolum.
Ligellum apud Plaut. pro domicilio breui ponitur & humili.
Attegiæ pluraliter. ἀπέγιαι.
Gurgustium & gurgustiolum diminutiuum, οἰκίδιον, apud Apuleium.
Breuitatem gurgustioli nostri, ne spernas, peto.
Tectum tenui cespite stratum.

to Lodge, to Harbour, to Entertaine.

Excipere hospites, conuiuas, prandio cœna, conuiuio ampliter.
Accipere liberaliter benignè, amicè, benè, lautè, magnificè, nitidè, honestè, prolixè, honorificè, hilari animo, splendidè.
Tractare hospitem comiter, benè, commodè.
Indulgere hospitio.
Pro egregia fortuna magnificè, pro animi bonitate comiter recipere.
Hospitari. Hospitio aliquem accipere excipere.
Tecto ac sedibus suis recipere. Cice.
Domo vel domum meam recipere.
Hospitium dare. ξενοδοχεῖν.
Splendidè acceptus.

Benignè

Benignè comiterq; habitus, Eras.
Et prouerbiali schemate.
Penulam scindere, est prolixius inuitare.

to Long for, vide *Desire*.

Long afore.

Longè antè, *Multò* antè.
Multis ante seculis.
Apud maiores nostros.

it was Long before he came, vide *Came at length.*

how Long?

Quam diu? Quanto tempore.
Quantisper ?
Quatenus? Temporis aduerb.
Quatenus hos exercebis mores?
Quamdudum ? Plautus,
Quamdudum a foro venisti domum?
Quoad? interrogatiue sicut
Quousque, temporis aduerbium.

not verie Long since, or agoe.

Interuallo haud ita longo.
Non ita diu.
Haud ita pridem.
Nunc nuper. *Vide of late.*

to Looke vpon, to Consider.

Aspicere. Inspicere.
Perlegere oculis.
Pascere, oblectare oculos.
Chara oculos satiare figura. *Vide to See.*

to Looke about earnestly.

Intueri. Inspicere.
Cernere Speculari.
Spectare. Despectare.
Oculos admouere.
Passim oculos per cuncta ferre.
Ferre oculos huc & illuc.
Demittere oculos in omnes partes.
Partes oculos versabat in omnes.
Circumspicere. Infigere oculos.
Intendere. ἀτενίζειν.
Conicere oculos in aliquem.
Perlegere oculis, est visu perlustrare.
Huc illuc voluere oculos.
Ob oculos ponere.
Lustrare, Torquere.
Oculis lustrare.
Intendere obtutus.
Intentis cernere obtutibus.
Circumspectare. παπταίνειν.
Circumagere oculos.
Voluere lumina.
Regiones circum circa prospicere; apud Cice.
Obire, Circuire prouincias, regiones, terras.
Oculum adiicere, iniicere apud Cic. pro eo quod vulgo dicitur.
Oculum dirigere, & significat cupiditate rei vitæ teneri.

to Looke straight on the marke, vide *to Winke.*

to Looke stedfastly or sharpely.

Acutum intueri. Cernere acutissime.
Defixis hærere oculis. Peruidere. διορᾶν. Desertum obtueri.
ἐσ[illegible] ἐμβλέπειν, prouerb.
Fixis & attonitis intueri oculis.
Figere obtutum aliquò.
Fixos oculos tenere.
Lumina defigere.
Oculis & pectore toto hærere.
Cuncta oculis lustrare.

to Looke downward, to hold downe his head.

Submittere, demittere caput.
Deflectere in humum.
Deiicere lumina & vultum.
Demittere vultum, oculos.

Deprimere, deiicere, submittere vultum
obtutus humi deprimere.
σκυθρωπάζειν τὸ πρόσωπον.
Oculos solo defigere.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat
Alicuius aspectu se subtrahere,
Defigere in terram.

to Looke vpward on high.

Suspicere. Respicere.
Oculos & caput erigere.
Sursum aspicere. ἀνακύπτειν.
In cœlum acies oculorum defixas habere.
Oculos attollere.
Oculos in cœlum tendere, sursum tollere, ad Sydera vultus.
Recto aspicere sydera lumine.
Tollere in sublime oculos.
Erigere sursum lumina, ad cœlum.
Oculos sub astra tenebat.

to looke sowerly, waywardly, obstinately, to frowne, or scowle.

Corrugare, contrahere, caperare frontem, obducere frontem.
Obliqua aspicere facie.
Distortum vultum sequitur distortio morum.
Tragicum tueri.
Lumina immota tenere.
τραγῳδικὸν βλέπειν.
Titanicum, seu vultu Titanico obtueri.
τιτανῶδες βλέπειν.
Tauricum tueri vel taurinè, id est, torue.
Mœsto vultu defigere lumina.
Origanum, sinapi, nasturtium tueri.
Acribus intueri oculis.
Toruos gerere vultus.
Siculissare, σικελίζειν.
γοργὸν βλέπειν.
Martem tueri, apud Aristoph.
ἀρηΐβλέπειν.
Vultum sumere Catonianum.

to Looke to the common-weale.

Boni ciuis est, ad bonũ ciuem pertinet, bonum ciuem decet suam voluntatem ad publicam causam aggregare, accommodare, adiungere, applicare, cum publica causa coniungere in omni sua voluntate, quid rationes publicæ ferant, quid respub. postulet spectare, intueri, attendere.
Nihil vnquam velle à publica re seiunctum, alienum, disiunctum, separatum, remotum.
Quod reipub. rationibus non conducat, expediat, vtile sit.

I Looke to your businesses.

Toto animo de tuis commodis ornamentisque cogito.
Tuam vtilitatem assidue specto.
Hæret in animo meo de tuis commodis assidua cogitatio.
Tuæ mihi res, tuæ fortunæ curæ vehementer sunt.
Tuæ rationes quid postulent, nunquam non attendo.
Omnis mihi de te, tuisque cogitatio est.
Tuam vtilitatem meæ spectant cogitationes.
Meas curas ad tuum commodum contuli, animus meus in tua vtilitate fixus & locatus est.

we looke vp to heauen in aduersitie.

Hic est mos hominum, ita more comparatum est, vt in repentinis aduersisq; casibus, si quid & præter opinionem, & contra voluntatem accidit, cœlum intueantur, suspiciant, aspectent,

Ad cælum aspiciant, suspiciant, spectent, oculos tollant, intendant.

to Loose, vide to Unbind.

a Lordship, Soueraintie or Dominion.

Dominatus. Dominium.
Omnipotentatus, Ditio.
Res pro imperio ponitur.
Principatus, Imperium.
κράτος, ἐπικράτεια.

to be a Lord, to Rule, to Cōmaunde, to be chiefe Soueraine or Gouernour: to be Supreame head, or principall ruler.

Principatum, primas tenere.
ἐπικρατεῖν Sub imperio habere.
Imperare. Gubernare.
Regere. κρατεῖν.
In pace placida regere populos.
Sub ditione habere.
Moderari & Moderare.
Regnare. Dominari.
κυριεύειν. δεσπόζειν.
Imperium habere, tenere, administrare.
Sceptra tenere.
σκῆπτρα διέπειν, apud Home.
Imperio præesse.
Imperii clauum, rerum gubernacula, habenas tenere.
Rerum potiri.
Dominatum exercere.
Imperium exercere, obtinere.
ἄρχειν, apud Plutrachum.
Dominium, potestatem exercere.
Iura dare. Virg. Remo cum fratre Quirinus iura dabat.
Habere dominationem, principatum.
Sceptra gerere, ferre.
τὸν ῥωμαίων δῆμον ἄρχειν.
Latè regnare.
Summam imperii tenere.
Omni ex parte amplum habere imperium.
Imperatorem agere.
premere ditione.
Imperio potiri, premere.
Principem agere.
Rege Martio res Romanas tenente. Soli.
Summam rerum moderari, pro arbitratu suo versare.
Regni summas moderari habenas.
Regni gubernacula gerere.
Regnum adire, capescere sceptra tradita.

to become a Lord or a Ruler.

Imperii habenas, imperium administrandi prouinciam suscipere.
In imperio succedere.
Capere moderamen regni. Ouid.
Regnum amplecti.
In regnum admittere, permittere, recipere, locare, deducere.

to Lose or leese.

Maximam accipere cladem.
Incredibiles haurire calamitates. Cicero.
Vulnus accipere.
Vulnere percuti.
Calamitate affligi, Cicero.
¶ Incommodum, damnum detrimentum capere vel accipere
Detrimentum, iacturam pati, incurrere
Facere vel accipere calamitatem, dānum.
Ferre infortunium.
Naufragium facere.

losse or Damage.

Detrimentum, Dispendium,
Infortunium, πῆμα. Iniuria.
Malum Incommoditas,

Incommodum.
Nocumentum.
Summum rei pecuniariæ dispendium.
Naufragium, Pestis, Vulnus & Plaga metaphoricè.
Incendium metaphoricè, quā enim pestem calamitatem, exitiumque non adfert.
Intertrimentum. Derogatio.
Exitium. Pernicies.
Erit damno, fraudi, malo detrimento tibi. *It vvill be to your hinderance.*
Damnum, λώβη,
Læsio. Iactura Casus.
Calamitas propriè in refrumentaria, id est damni, quando à grandine calami comminuuntur & segetes
Noxa pro damno, seu nocumento, apud Ouid. & alios probatos inuenies authores, *a great losse, and losse of goods.*

I Lost all that I had,

Naufragium feci rei familiaris, periit mea res domestica, Actum est de fortunis meis.
Prorsus euersæ sunt opes meæ.
Perdidi omnia, euertit me bonis omnibus fortuna.
Mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit.
Afflictæ sunt, profligatæ ac proditæ, [illegible] euersæ meæ res ac fortunæ [illegible].

Lost children &c.

Perdi[illegible] in adolescentia moribus multi tum [illegible] eandem meliorē adeptam mentem, meliorem ad mentem et sententiam reuocati, resipiscentes honestius vitam instituunt.
Honestius vitam instituunt.
Honestioris vitæ initium ordiuntur, laudabiliorem vitam exordiuntur.
Multi impuris moribus, improbis inhonestis turpissimis,
In quinata adolescentia, contaminata infecta. viuunt multi turpiter in adolescentia, student vitiis, turpem vitam colunt, inhoneste vitā transigunt, procliues ad vitia sūt, turpi voluptate capiuntur, culpam facile committunt.

you lost nothing.

Integræ sunt adhuc res tuæ.
Salua sunt hactenus apud te omnia.
Nihil dum perdidisti, status idem est quo antea fortunæ tuæ.
Nihil detractum est de fortunis tuis, nullam res aut fortunæ tuæ iacturam fecere, nullum damnum tulere, nullum detrimentum passæ sunt, nihil aduersi subierunt, nullam partem desideras fortunarum tuarum.
Nihil eripuit fortuna, abstulit, ademit, detraxit,

to cast Lottes, to drawe cuttes.

Sortiri. Iacere sortem. Ducere,
Sortes in vnam mittere. Sorti dare, sortito aliquid facere, aut rem capere. κληροῦσθαι.
Gratam habere sortem,
Sorte legere. Sorte eligere.
Ducere sortem. Sorti committere.
Sors irrequieta, improuisa.

to Loath, to Abhorre at a thing.

Nauseare. ναυτιᾶν,
Et nauseari deponentaliter.
Nauseam habere, capere, Fastidire,
βδελύττεσθαι. Vomitu infestari.
Nauseam inducere, mouere, *to make to Loath at.*
Excutere voratum.
Fastidium parere. Generare nauseam.
Præ nausea & fastidio vomiturio et

Fastidio

Fastidio affici.
Tædium habere. Cum nausea audire.
Nauseam stomacho excitare.
Peluim petere porrectam.

¶ Contrarium.

Nauseam amoliri.
Fastidium alicuius rei eximere. alleuare. Discutitur nausea.

Loue.

Amor, Charitas.
Beneuolentia. Necessitudo.
Ignis metaph.
Obseruantia, Fauor.
Studium in aliquem pium.

a true Loue or Friendship.

Necessitudinis vinculum,
Amicitia haud vulgaris,
Nullo tempore dirimenda.
Non intermoritura.
Nequaquam solubilis.
Necessitudo intima, arctissima.
Indissolubilis, incredibilis familiaritas. Amor glutine compactus amicitiæ.
Necessitudo, sed necessitas ad amicitiam non refertur.
Amicitia adamantinis vinculis adstricta.

to Loue tenderly or most hartely.

In bonum & in malum,
Ardere absolute. Virg.
Ardere flagrare amore, cupidine.
Intimis ardere medullis aliquem.
Sæuo teneri furore, peruri igne.
Sentire feruentes intima ad ossa faces.
Flamma vri intimo pectore.
Toto concipere pectore flammam.
Imis exardere medullis.
Flore sub primo impotenti amoris æstu perdi.
Ardere aliqua re vel in aliqua re,
Deamare, Adamare.
Vnicè diligere. φιλεῖν.
Effusissime amare.
Amare. ἐρᾶν.
Amorem Fouere.
Mirificè amare ac suos ocellos.
Maxime admodum, nimio plus, plurimum amare.
Diligere vt parentem, loco fratris, vice fratris.
Oculis ferre vel in oculis ferre.
Vehementer singulariter, cupidè, artè ex animo amare.
In medullis medullitus amare
Amare vt cum maxime apud Terent
In sinu gerere.
Deuinctum aliquem habere,
Præcipuo ac singulari quodam fauore prosequio
Animo secum conferre amicos.
Misere, valde, multum, temere, ardētissime, perditè, impatienter amare. Insanè perdi igne.
Miro amplecti amore,
Admiranda charitate prosequi.
In delitiis habere.
Perire mulierem,
Coniunctè, coniunctius, coniunctissimè amare.
Vri alicuius concupiscentia,
Deperire, apud Terent.
ἐρωτομανεῖν.
Amare corde atque animo Plau.
Amore flagrare incredibili.
ἐμμανῶς ἀγαπᾶν.
Amore deperire, vel perire.
Ardere perditè in puellam,
Afflictim amare, perire, deperire.
Tacitos nutrire ignes, Poeticum, vt Cæcos alere ignes.
Insanire, Mantua. in Bucol Hoc cōmune malū, semel insaniuimus omnes, acri amoris vulnerari iaculo.
Quisquis amat vritur igne graui.

to Loue, to Embrace, to Fauour, to beare good will towards one.

Amplecti, Amplexari brachiis.
Exosculari. ἀντιπλέκειν.
Colere, apud Cic.
Amplexus dare.
Duci amore rei,
Ire in complexus.
Amore complecti.
Optatos dedit amplexus, placidosq; petiuit.
Dare brachia collo.
Amplexu perfrui alicuius.
Respicere figere, ferre amplexus.
Innectere, Captare, Tenere, tangere, Adducere colla lacertis.
Complexus cingere.
Obseruare. Diligere.
Hærere apud aliquem.
Amore beneuolentia singulari prosequi.
Charum seu charissimum habere.
Amore deuinctum esse.
Singulari beneuolētia alicui cōiungi
¶ Excitare mirabiles amores, *to prouoke to Loue.*
Cic. Quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur.

a selfe Louer.

Nimium sibi ipsi tribuens, arrogans, assumens, placens, assentiens, ipse tibi assentaris, te ipsum amas, cum de te iudicas, non rationem, non veritatem consulis.
Largiris ipse tibi, plus quam veritas concedat, plus quam veritati.

your most Louing.

Deditissimus,
Amantissimus,
Studiosissimus, } tui, apud Eras
Obseruantissimus,
Cupientissimus.

Lowe, Base, or Humble.

Humile. Paruum,
Decliue, pressum.
Bassum vulgus dicit inepte.
Submissum. Depressum.

to bring Lowe, vide *to Diminish.*

Lowlinesse vide *Humilitie.*

a Louse.

Vermiculus, seu vermis corporis, capitis: Pes apud Plaut, Pedesque, pulicesque A quo diminutium.
Pediculus à multitudine pedū, quos octenos habet, vt scribit Plin. Græcis, φθείρ.

Lousie, or full of Lise.

Pediculosus, & vt est apud Plat.
pedicosus pro eodem.
Vermibus scatens & plenus.
Phthiriasi, i morbo pediculari laborans.
φθειριῶδης. Scatens pediculis.
φθειριάζων. Verminosus.

Luckie, Happie, or Soncie.

Fœlix. Faustus
Cui ad voluntatem omnia fluunt.
εὐτυχής. Fortunatus. Secundus,
Prosper. Beatus, Dexter.
Albæ gallinæ filius. Auspicatus,
Fortunæ filius, Lætus,
Timotheus. Polycrates,
Cui omnia secundo æstu procedunt.
Prop t o genio natus.
Gyges annulus. prouer,

to be Luckie or Happy.

Fortunam habere fauentem, arridentem,
Qui fœlici vtitur auspicio.
Vti prospera fortunæ aura,
In cœlo esse,
Habent ventos mea vela secundos,

Indul-

Indulgentem sibi atque obsecundantem habere fortunam.
Generosam habere fortunam.
Placato possum non miser esse Deo.

Good lucke.

Omen prosperum.
Bonis auibus facere, felicibus auspiciis.
Fato prosperiore, Rumore secundo.
Vosmet rebus seruate secundis.
Rite secūdarēt visus omenq; Leuarēt.

to haue ill Luck, vide ill Fortune.

Luckely, Prosperously, Fortunately,

Fœliciter. εὐτυχέως.
Fortunatim & fortunatè.
Prospere, Faustè, Læto omine.
Prospero fortunæ flatu.
Aura obsecundante.
Velis fortunæ expansis.
Blandiente, adspirante Fauonio.
Forte fortuna.
Fauonio fortunæ dulciter afflante.
prospero cursu, Ominatè.
Bonis auibus. Secundo flatu.
Secundis ventis. εὐξερίας.
Secundis, prosperis, lætis, fœlicibus optimis, commodis successibus vel euentibus.
Deo secundo, Diis auspicibus.
Prospero omine. Bono pede.
Dextro alite, Bono auspicio.
Secundo auspicio.
Ex animi sententia.
Auspicatè & auspicatò.
Fortunante Deo, fauentibus diis.
Fausto sydere.
Adsit modo dexter Apollo. Vir.
Bonis auguriis, auspiciis.
Dextro Hercule.
Genio ridenti beatiore, propitio.
Fœlici Mercurio.

Cuius votis indulgentissimam se præbet fortuna.

thou Lurkest at home,

Nunquam exis, nunquam egrederis cubiculo; pedem e limine nunquam effers.
Extra cubiculum nemo vnquam te videt.
Perpetua tibi sedes cubiculum est nunquam euolas è tuo illo nido.

Lust, Desire, giuen to lust.

Voluptatibus deditus, addictus.
Voluptatis mancipium.
Dissolutus. Intemperans.
Animo suo intemperanter obsequēs.
Libidinarius.
Summam fœlicitatem ex crapula metiens. Genialis.
Mollis, Ventri seruiens.
φιλήδονος. μεμαλαγμένος βίος.
Voluptuosus homo, seu voluptuarius ἐκλελυμένος.
Voluptuariam agens vitam.
Luxuriosus. Effœminatus.
Apitius. Æsopus.
Epicuri de grege porcus.
Carnis amans, & viuens vt porcus
Vacans voluptatibus.
Delitiis addictus, effœminatus.
Delitiis affluens Genio indulgens.
Gulæ seu ventri deditus.
Epicureus, Epicuream vitam, Abronis vitam viuens.
Balatro, apud Hor.
Turpibus addictus voluptatibus.
Samiorum laura, prouerb. & porcus Troianus. Carnis petulantia efferuens, *vide Lecherous.*
Immoderata Venere & alia vitæ intemperantia effœtus.
Turpe conuiuium, amor, commessatio, libido, sumptus, Cic.

to represse his Lusts, vide Represse.

a Lute.

Barbytus vel um.
Testudo χέλυς.
Chelius. a Luter, vide Harpe.

Luxurious.

Luxuriosus. Libidinosus,
Popino, Veneri plus æquo indulgens
Propensus in libidinem.
Mulierosus, vide Lecherous.

M

Mad, Furious, Wood Franticke, out of his wit.

Insanus. Furiosus,
παραπληκτικῶς. Lymphatus.
πολύπλαγκτος. Efferus.
Furibundus. Lymphaticus.
Furore correptus, raptus, percitus, accensus.
Ad agnatos & gentiles deducendus. Varro.
In furorem versus.
Delinitus apud Plaut.
Letargicus apud August.
Alter Orestes vel Aiax.
Qui Strichnum bibit.
Et prouerbiales sententiæ.
Nauiget Anticyras, purgantes pectora succos.
Oestro percitus. Phanaticus.
ἐξεστηκώς, Mente captus.
Phreneticus. φρενιτικός.
Abderiticam mentem habens.
Minus habens mentis quam Dithyramborum Poetæ.
Embarus prouer.
μανικός. μανιώδης.
Insanæ mentis. Insensatus.
Vesanus, Vecors.
Rabiosus Excors.
Expers mentis,
Rabidus, Amens. Demens.
Rabie agitatus, ἐμμανής.

Humanis sensibus orbus.
Ad insaniam, furorem, dementiam, amentiam redactus.
Cæco amore raptus, furiata mente ferebatur.
Emotæ mentis.
Actus furore graui, furiis mens efera.
Cui roratur cerebrum.
Haud sanæ mentis. Delirus.
Furiis exagitatus, sapere desiit.
¶ Et in bonum.
Mente permotus. Furens.
Animi ardore aliquo inflammatus atque cruciatus est.
Furore diuino incitatus.
Afflatus.
Mente incitatus.

to be mad, Furious, Wood, or out of his wit.

Furere ἐνθουσιάζειν.
Furore agitari, desæuire.
Diris agitari. Rabere.
Ciere furias. Ouidius.
Mente alienatum esse.
εἶναι ἔξω αὐτοῦ.
Mentis alienatione laborare.
ἐξίστασθαι. Insanire.
ἐμβριμᾶν. Ira exagitari.
Grassari. Bacchari.
βακχεύειν. Debacchari.
Fœnum habere in cornu.
Atra bile exagitari.
In rabiem efferari.
Immodeste agere.
ἐμβακχεύειν. Furiis agi.
κορυβαντιᾶν.
Furentium more caput quassare.
μαίνεσθαι. ἐμμαίνεσθαι.
Irati numinis intemperiis agi.
Effluente mente huc illucq; cursitare
Furiis, intemperiis ferri. Virg.
Heu furiis accensa feror.
Delirare, per metaph.

Madnesse,

Madnesse, Woodnesse, Furie, or Trouble of minde.

Error fanaticus. Furor.
Ira Dianæ, Delirium.
Mania. Phrenesis.
Effera vis animi.
Paraphrosyna. Mentem Insania mutat,
Vesania. Dementia.
Vecordia. Amentia.
Alienatio mentis.
Rabies quæ propriè canum est.

to make mad or Furious.

In furorem & mentis alienationem agere.
Adigere ad insaniam. Teren.
Mente emouere, alienare.
Impelli accendi furiis.
Furere facio. ἐξίστημι
Dira subit rabies.
Ex stulto insanum facere.
De mentis loco mouere.
Sæuis agitatus furiis.
Mentes furoribus quatere.
Exagitare. Furiare.
Stumulatus furenti rabie animus.
Corda tument rabie fera.
Comes est insania morbi.
Rabies, furor iraque mentem præcipitant.
Concipere furiata mente furorem pectus anhelum, & rabie fera corda tumescunt.
Stimulos sub pectore vertit.
Cessit furor & rabida ora mouerunt
Acuere furorem furiis.
Mens quoque sic furiis agitatur.
Ardere animis.
Morsu canis rabidi lymphaticum facere.

the magistrates or Rulers of the common wealth.

Magistratus. δυνάσται.
Dynastæ Cic. Præfecti. Primores.
Primates. πρωτεύοντες.
Primi Primarii.
Maximates. Summates.
Optimates. Magnates.
Magnati in bibliis, ἄρχοντοι.
Princeps, principales ciuitatis in sacris nominantur.
Proceres. Potentes.
Potentiores. οἱ δυνατοί.
Megistanes, μεγιστᾶνες, qua voce, apud Latinos Sueto. Vsus est.
Consules. Consulares. Apices.
Senatores. Consulatus capita.
Senatorii ordinis.
Patriciæ dignitatis.
Columina, Epistylia. Coriphæi.
Trabeatorum torquatorumq; turba.
Summates viri, Patriciique ordinis proceres.
In omnia potens, quorum summa est authoritas, in quibus sita summa boniqne malique, quorum nutu ac renutu cuncta geruntur, *Rulers of the citie.*
Penulatorum alpha.

to magnifie, vide *to Praise.*

to magnifie, to Extol things of no praise.

Humilia extollere, efferre ea, quæ iacere videntur, excitare atque erigere.
Obscuris dare lucem, splendorem afferre, obscura illustrare.

to may, vide *to be Able.*

it may be, vide *Possible.*

a maide, a Virgin.

Virgo. Illocabilis virgo, *a Maid that cannot be married for want of goods, or being too olde.*

Virgo

Virgo casta, pudica, expers viri, virum non passa, virgo nubilis, matura viro, Teda non nupta iugali.

to defloure a Maiden.

Deuirginare, depudicare.
Stuprare. Vitiare.
Addere afferre vitium pudicitiæ.
Deflorare constuprare.
Virginem rapere vel sustollere, *to rauish a Maiden.*

to Maintaine, vide to Defend.

the Maior or chiefe ruler of a towne or citie.

Præfectus. ἐπιστάτης.
Præfectus vrbicus.
Prætor vrbis. vigilantissimus.
προστατηέτος.
Præfectus scelerum, qui à plerisque minus aptè Scutetus dicitur.
Satrapa & Satrapes, lingua Persica.
Prouinciæ præses seu præfectus, qui iudex etiam dicitur prouincialis, ἔπαρχος, ἐπαρχεώτης, *President.*

Maioram, herbe.

Amaracus. ἀμάρακος.
Sampsuchus. Maiorana.

to Make, to Doe.

Agere. Operari.
πράττειν. ἐργάζεσθαι.
Facere Patrare.
Peragere. Exequi.
Actum agere.
Efficere. Conficere.
Perficere. Hoc age.

a Maker, a Creator.

Conditor. Creator.
Plasmator, Plastes. Opifex.
Sator. ποιητὴρ κοσμητήρ.

Made free of the citie.

Patebat ciuitas virtuti potiùs quam diuitiis, Ius ciuitatis consequebatur, dignus ciuitate Putabatur, recipiebatur in ciuitatem, ad ciuium numerum adscribebatur, ciuis locum obtinebat, referebatur inter ciues, adscribebatur in ciuitatem, particeps ciuitatis, ciuiliumque munerum fiebat, impartiebatur ciuitate, perueniebat in ciuitatem, ei ciuitas communicabatur, non qui opibus abundaret, afflueret, valeret, sed qui virtute polleret, excelleret.

Made friends againe.

Cum inimicis in gratiam redii, recōciliatus sum, reiecto odio, nos in vnum coniunximus, pacem colimus, inimicitias, simultates, odia deposuimus, abiecimus omnem veterum iniuriarum memoriam, omnem vlciscendi voluntatem ex animo deleuimus.

Pulso odio successit amor, odium amore commutauimus, depositis odijs, mutuam beneuolentiam suscepimus.

Orta est inter nos, vetere prorsus extincto odio, mutua beneuolentia, animorum nostrorum in amore mutua consensio, ad amandum mutua propensio, animorum ac voluntatum similitudo.

a Male, a Bouget.

Pera. πήρα.
Cassidile med prod in li. Tobiæ.
Pera pastoralis. Ascopera.
Pera viatoria.
Bulga, Hippopera, idem.

Malefactors, Wicked and Vengeable men.

Homines improbi, scelesti, scelerati, flagitiosi,

flagitiosi, noxii, nocentes, sontes, perditi, impuri, delictorum omnium participes, culpæ, criminum labe prorsus infecti atque inquinati, Vide *Naughtiest fellovv*.

Malmesie wine.

Vinum Creticum.
Vinum Aruisinum, vel Aruisium, vulgo Maluasinum dicitur.

to become Man, to take mans flesh vpon him.

Strophio carnis cingi.
E virginei corporis substantia, corpus adsumere humanum.
Trabeam carnis induere apud Fulgen.
Ingredi mundum.
Humanos induere artus.
Nasci in terris.
Seruile carnis cinctorium adsumere.
Abiecti homuncionis formam induere.
Induere fragilitatis limum.
Carne velari, tegi, obtegi.
Tegmen nostræ mortalitatis induere.

a Man of no account, or little set by.

Homo nullius pretii, Valoris, loci, ordinis, despectus, abiectus, contempus, terræ filius. *vide naught.*

a good Man is constant.

Hominem grauem, certum, minime mendacem, minime falsum, studiosum veritatis cognoui, expertus sum, nihil in eo leuitatis, aut inconstantiæ, nihil inane, varium, mutabile inconstans.
Nullam animi infirmitatem, nullam sententiæ varietatem, nullam consilii mutationem deprehendi.
Magna præditum grauitate semper cognoui.
Is mihi semper visus est, qui sibi optime constet, nihil leue committat, nihil inane cogitet, non facile discedat a se ipso, ægre discedat a sententia, mutet consilium, susceptam opinionem abiiciat, sensum deponat, de suo statu demigret, quem nulla res facile abducat, auellat a sententia.
Cuius mentem huc & illuc, in hanc aut illam partem, in quam velis partem, vtram in partem velis, non facile flectas, ægre traducas, cum labore torqueas.
Alieno tempore nihil loquitur, nihil agit inepte, nihil non loco, idem ei vultus in omni re, eiusdem in omni fortuna moris est.

Mankind, vide *Men.*

a Manner of life, vide *a Trade of life.*

two Manner of waies.

Bifariam. Bipartito.
Duobus modis. διχῶς.

an other Manner of gouernance.

Manifested or made knowen, vide *Opened.*

to manifest.

Patefacere. Manifestare.
Tectum aliquid ferre sub auras.
Mentem aperire, aliquid resignare, Resoluere, non celare.

a Manslaughter, or killing of men.

Nex. Internecio, Cædes, *Death*, Clades. Strages.
¶ Salustius, in luctu & miseriis mors ærumnarum requies, non cruciatus est.

Many, vide *Much.*

to Marre, to Corrupt, to Spil, to bring to Naught, to Lead aside.

Agere in præcipitium, in præceps. περιφθείρειν. Corrumpere.
Peruertere, Perdere.
Per prauos mores in errores ducere.
Abducere in ganeum. Terent.
In discrimina pertrahere.
Arte in casses præcipitare, rabido mergere freto.
Præcipites nos agit ambitio & raptare videtur in exitium.
Peccandi vel ruinæ præbere occasionem. Facere aliquem ruere.
Seducere. Scandalizare.
Offendiculum ponere, præbere.
In errorem trahere, impellere.
In vitium agere, ducere.
Exitialiter alios seducere.
Animas abstrahere à Deo in æternũ exitium.
Contra sanam doctinam prauas serere opiniones, quæ quidem facillimè obrepere solent.
Melicis Syrenarum hæreseωn illecebris præsentem inferre mortem.
Sollicitare ad ruinam Sathan dicitur homines.
Ex hæreticorum scriptis lues in teneram manat ætatem.
Hypocrisi pietatis lenocinio cicumlita Christi oues inescare.
Coniicere in vitiorum voragines.
Perdocere aliquem incedere tramite vitæ corruptæ.
Damnatas opiniones aliorum animis instillare.
Detorquere alicuius animum à virtute
Virus in aures instillare.
Erroris aliquem complere Plaut.
Ab honesto deflectere
A recto deducere, abducere aliquem. περιτρέπειν.
Ducere in errorem Ouid.
Virus pectori aspergere.
Errorum pedicis illaqueare.
Prauis inficere opinionibus.
In erroris foueam præcipitare
In errores pestilentissimos deducere, trahere, illicere.
Abducere a veri cognitione, in falsam peruersitatis.
Simplicem plebeculam transuersam agere.
Opinionibus exoticis mentes mortalium per cæca & cœnosa vada in abyssum æternam euehere.
A matris ecclesiæ gremio in errorum varios anfractus [illegible] argutia illectare.
Multa animorum millia variis conscientiarum tricis implicare, fœdis erroribus inuoluere.
Impedire, illaqueare, innectere tricis quibusdam.
¶ Opinionum prauitate infici.
A catholico sensu exorbitare.
Hæreticorum persuasionibus seduci.

the trade of Merchandise.

Negotiatio. Nundinatio.
Commercium. ἐπιμιξία. ἐμπορία.
Mercatura & Mercatus pro mercandi actu, apud Liuium.

to exercise Merchandise,

vide to Trafique.

a Merchant.

Mercator. Institor.
Negotiator. ἐμπολαῖος.
Emporos. Ratiarius.
Nundinator.
Regiæ negotiationis principem agẽs vulgo dicitur, qui regi Lusitaniæ est a negotiis Indicis.
Procurator regiæ aut principalis negotiationis.

rich Merchants.

Rem possident bene magnam, amplissimam

plissimam, vberrimam, copiosam in primis mercatores Londinenses.
Diuitias tenent summas, abundant affluunt re, copiis, diuitiis, opibus,
Diuites oppidò sunt, Locupletes, opulenti, copiosi, à re parati instructi, firmi, bene nummati, pecuniati
Ampla res est, prolixa, copiosa, minime angusta, bona multa mercatoribus Londnensibus.
Ampla re vtuntur, prolixa, copiosa bene multa.

the Marches, &c. vide *Borders.*

a Mariage.

Connubium συγγαμία.
Matrimonium, συζυγία.
Coniugium. Conuentus apud Iuue.
Copula matrimonii.
Vinculum iugale. Virg.
Vincula iugalia Thalami tædæque iugales.
Socialis amor.
Nodus iugalis.
Curarum laborisque plenum pistrinum cuidam dicitur.

Mariageable.

Matura connubio, viro iuuencula.
Matura coniugio, plenis iam nubilis annis, Apta viro.
Exoleta virgo quæ est maturæ ætatis
Viri potens, apud Ca. iurisconsul.
Matura nuptiis ὀπιτελής.
Tempestiua viro. Adulta.
Nubilis. apud Virg.
Puberrtatis annos egressa.
Virgo iam grandis. Terent.

a Maried damsell, a Bride.

Nupta iuncta puella viro.
Quæ fruitur marito,
Coniux, Vxor.

to bestow in Mariage.

Locare mulierem viro, vel virum mulieri.
Filiam nuptam dare, in nuptias, in matrimonium dare.
Locare vel elocare filiam alicui.
Nuptui vel nuptum dare puellam viro, apud Plaut. ἐγγαμίζειν.
Iungere virginem viro connubio.
Dare, locare in matrimonium virginem.
Admittere gnatam suam alicui vxorem.
Locare nuptum alicui virginem.
Collocare nuptum propinquas suas in alias ciuitates.

to Marrie, to Wedde, to take a wife.

Contrahere matrimonium.
Connubii fædus inire.
Gaudere sorte tori.
Inire matrimonium, nuptias.
Nubere, mulierum est tantum.
Vinculis iugalibus sese innectere.
Ducere vxorem. γαμεῖν.
Ducere filiam alicuius.
Ductare aliquam Terent.
Ducere filiam in matrimonium.
Iungi matrimonio. Dare connubio.
Coniugio vinciri. Dare nuptam.
Matrimonii capistro os præbere.
Iungi copulari, astringi matrimonii fœdere.
Bene compositum sollicitare torũ.
Concipere Thalamos, Parare, Petere
Incumbere thalamis.
Promittere coniugium.
Deducere sponsam Iuueni.
Coire toro sacro. Coniugio frui.
Partos hymeneos exercere.
Connubia, & hymenæos celebrare.
Multæ vxores in eiusdem viri coeunt matrimonium. Soli. de India.
Filiam alicuius in matrimonium recipere ἄγεσθαι τὴν γυναῖκα.

Rem

Rem non nouam aggredi ioco dicitur, qui vetulam accipit vxorem seu viduam, C. de iudi.

to breake, violate, or defile Mariage.

Nuptam fallere, Rumpere sociale fœdus.
Soluere fœdus iugale.
Lædere fœdera socialia.
Violare iura mariti, Thalamos Toros.
Temerare venerem maritam. Cubile.
Destituere toros iugales. Legitimos.
Sacra mariti polluere. Matrimonium odisse.
Qui mihi coniugii sponsor & obses erat.
Socialia fœdera rumpit.

a Marriner, a Shipman.

Nauta, Nauita. ναυτίλος.
Nauis moderator.
Sulcator ponti.
Gubernator. Proreta.
Nauclerus. Nauiculator, Nauicularius.
Typhys, quod primus gubernandæ nauis adminicula instituerit, generaliter pro nauis gubernatore ponitur.
Nauarchus, princeps, præfectus nauis, quem patronum vocant, *a Captaine, the maister or the Admirall of the ship.*
Nauarchis idis. *The Admirals ship.*
Classis ductor.
¶ Agere nauem, celocem, classem, triremes onerarias, est gubernare.

a Market, vide *a Fayre.*

Markes, vide *Tokens.*

let this be your Marke, intent or purpose.

Hic tibi sit scopus, Hoc tibi ante oculos propone, pone, statue, constitue ad animum refer, huc mentem intende.
Huc spectet animus tuus, dirige cōsilia tua, tuas cogitationes ad hunc finem, hoc tibi propositum sit.
Mentis aciem in hoc intende.

a Masking visour.

Larua vmbratilis, Persona.
προσώπιον, προσωπεῖον.
Facies composita, fictitia, vnde homines laruati, personati, qui adscititiam faciem, ne aut tenebris scelera perpetrantes, aut lucibus terrorem aliis incutientes, dignoscantur induunt, quemadmodum diebus genialibus agitur.

Masons.

Cæmentarii, Fabri murarii.
Murorum extructores.
Parietum eductores.

a Mat.

Plecta, nonnullis flecta dicitur.
στορέα. Storea, Matta, Teges.
ψίαθος, φορμός.

Mates, vide *Companions*

Matter or Corruption.

Sanies, ἰχώρ.
Tabo. Tabes vel um.
Pus. πύον. Purulentia.

Matter of great importance or weight.

Res seria, magni consilii, non exigui ponderis.
Res grauis, difficilis.
Res ardua, multi laboris.

Magni

Magni momenti negotium,
Plena difficultatis res.
Magni, maximi ponderis negocium cui cuncta posthabenda sunt.
Res haud parui momenti.
Non iocola. Res non est parua. Virg.
Pregnans causa.
Dignum propter quod vademonium deferatur, prouer.
In quo sane totius causæ cardo vertitur, pondus consistit, res pendit.

cleane from the Matter, vide *nothing to the purpose.*

a Mattresse.

Culcitra lanea.
Accubitum.
Accubita. ἀνακλιντήρια.
Anaclinteri, Strabadia.
Mattaracia. Thuscanica.
Vsus istiusmodi lectulorum Italis & Hispanis.

a Maund, vide *a Basket.*

Meade.

Medo & aliquorum opinione Medus
Aqua mulsa.
Hydromeli ὑδρόμελι.

as I Meane, after my meaning or Iudgement: in my opinion.

Mea sententia. Meo animo.
Secundum animi mei sententiam.
Meo iudicio Meo sensu Cic.
Ego de meo sensu iudico.
Vt mihi videre videor.
Mea opinione. Vt opinio nostra est.
Vt mea fert opinio, animus, hæc mihi mens est, Mens eadem perstat mihi,
Nec dubia mihi mens est.
Hoc animo fixum immotumq; sedet.
Quantum ego nunc corde conspicio meo, *vide as I thinke.*

a Meane or cause vide *Occasion and Cause.*

Meate, vide *Feeding*

to Meddle with another mans matters.

Curare negotium quod ad se nihil attineat.
Aliena curare. Curare rem alterius.
Alienarum rerum satagere.
πολυπραγμονεῖν.
Domesticorum negotiorum obliuisci & foris aliena curare.
Depugnare in alieno negotio.
Rebus nihil ad se pertinentibus implicare se.
Laborare de re quæ nihil ad nos pertinet, quæ nos non spectat.
Ingerere se negotiis aliorum.
In alieno choro pedem ponere,
ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι, prouerb. dicitur qui se alienis miscet negotiis, & aliorum sibi vendicat partes. Interponere.
Immiscere se rei alienæ.
Falcem mittere in messem alienam.

Meeke, Gentle, Tame, mild.

Mitis. ἐπιεικής. Clemens.
Benignus, Facilis, Mansuetus.
Commodus, Beneficus.
Placidus, Placabilis. Lenis.
Candidus ἀμενής ἀγανής.
Blandus, ἤπιος.
Suauis. Beneuolus.
Exorabilis, Indulgens.
Benignitatis prodigus.
Leni ingenio, animo.
Singulari morum mansuetudine,
Singulari lenitate & mansuetudine.
Oleo tranquillior.
Minime iracundus.
Ad remittendas offensas perfacilis.

Tractabilis homo, Longanimus.
Quicum consuetudinem haud molestum agere,
Facillimis quis moribus dicitur, qui moribus commodis, venustis, minimèque molestis, sed suauissimis omnibus,
Qui plurimum præ se fert humanitatis,
Supercilio carens,
Quo nemo est vsquam in conuictu iucundior, *vide Gentle,*

to Meete with , or to come against.

Obuiam ire, Prodire.
Occurrere, Obuiari,
Dare obuiam vel obuium,
Venire obuiam, & procedere honoris gratia, ἀπαντᾶν,
συναντᾶν ὑπαντιάζεσθαι,
Ire aduersè vel aduersum, apud Tere. in Adelph,
Adire contra, Plaut. Id est adibo cōtra, Obuenire alicui, Cic,
Aduersum venire,
Incidere in aliquem,
Offerre aduentum,
Ferre, offerre se obuiam vel obuium alicui, i obuius,

Meete, vide *Apt.*

it is Meete, Conuenient, it Becommeth,

as Meete was, vide *as Neede, &c.*

a Meet mate for me.

Mei ingenii homo valde mihi aptus est, mire factus est ad naturam meam,
Vehementer est ad meæ vitæ rationé & consuetudinem accommodatus,
Conuenit optime cum meo ingenio,

Melodie, tunable musicke, and simphonie.

Consonantia, Modulatio,
Symphonia, συμφωνία,
Harmonia, Concentus,
Cantus, Centio, ᾆσμα,
Melici, lyricique modi, moduli, apud Anl. i dulces,

to Melt, or to be Melted,

Resolui, Defluere, Liquescere,
Liqui deponentale, χέομαι.
Liquefieri Deliqueo, Tabescere.
¶ Liquefacere, liquare, liquidum facere.

the priuie Members of a man or woman.

Virilia virorum tantum, sed vtrique sexui tribuuntur. Verenda naturalia, pudenda,
αἰδοῖα. Genitales partes Genitalia.
μήδεα, Natura φύσις.
¶ Menta. Mentula,
Veretrum, ὄρχις,
Penis, Colis vel Coles,
Cauda Priapus,
μήκη, πέος
Verpa. Muto apud Horat.
φαλλή. Balanus, Membrum,
Membrum genitale, virile.
Virga Venerea ταῦρος.
Fascinum, apud. Horat,
Caulis secundum Seruium καυλὸς,
Hasta venerea. Virga virilis.
Neruus apud Iuuen. Mensura incognita nerui, Terentium,
Ruber palus, apud Horat. Ser. Obscænoque ruber porrectus ab inguine palus,
¶ Membrosus, Mutaneatus,
Mentulatus, *vvell furnished,*
Penitus, med prod,
¶ Scrotum, λακόπεδον,
Pirga, Culeus, κολεός.
Testiculorum capsula, bursa, vidulus, sacculus, sinus,

Colei cole,testes testiculi,notæ signi, ficatiouis sunt:& rei venereæ opus transigentes dicuntur.
¶ Subigere,Subagitate.
Operari rebus Venereis.
In Veneris fano sacrificare,Catul.
Venereis voluptatibus frui.
Quicquid est puellarum confutuere.
Frangere thoros,apud Mart.
Sumere furtiuo gaudia læta thoro.
Consuetudinem cum aliqua habere.
Futuere, Miscere.
σποδεῖν. Concumbere.
Noscere cognoscere. Irrumare.
Inire,coire, Rem Veneream exercere. In Paphiæ deæ misterijs operari,Subare, quod tamen propriè porcorum est,quamuis ad alia animalia & homines transferatur.
Admissuram facere brutis proprium.
¶ Porro mulierum pudenda passim apud authores hisce noméclaturis designantur.
Interfœmineum.Cunnus.
κλητορὶς κλητωριον.
Rima à similitudine
Barathrum fœmineum, apud Mart.
Vulua.tametsi vulgus existimet,vox inhonesta non est,vterum significans.seu folliculum muliebrem, sic dicta quod partum inuoluat quasi volua.Ponitur tamen nonnunquã pro ore vuluæ, alio nomine Ioci.
¶ Menstrua.Menses.
τὰ καταμήνια.
Mulierũ profluuiũ,fluctus, purgatio

Men Mankind.

Homines, Aeuigenæ,Moltales,
Terreni, Terrigenæ,βροτοί.
ἄνθρωποι,μέροπες.
Genus humanum.
τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος.
Caput,caro,& anima pro homine quoque pronuntur præsertim in sacris.
Filij hominum vel Adæ, pro hominibus frequens in sacris. Hebraismus est.Humigenæ quod de humo nati sunt.

Mercie, vide Compassion.

Merie, vide Glad.

to make Merie or good cheare: to be Frolick, to Delight, to take pleasure.

Exhilarescere.Exporrigere frontem.
Plaudere. Iucundari.
εὐθυμέομαι Cum amiculis se recreare suauibus.
Operam dare rebus ludicris.Virg.
Soluite corda metu, secludite curas.
Curam animo expellere,eruere,eximere.
Leuare pectora diris sollicitudinibus
Excutere animo sollicitudinem omnem.
Ouare. Ouationem agere.
Relaxare animos,& dare se iucunditati.
Cice,Diffundere animos,frontem, vtrumque,apud Ouid.
Alacri animo esse.Iubilare.
εὐθυνεῖν. Sustollere manus.
Hilarem hunc sumamus diem.
Luculentè hunc habeamus diem.
Hodie modo hilarem fac te. Teren.
Hilariter viuere.
Fallere curas.
Vino curas abigere.
Explicare frontem,exhilarare.
Ponere supercilium.
Demere supercilio nubem apud Ho.
Vehementer gaudere.
Animi curas eluere,remittere, pellere eiicere.
Molestas animi curas discutere.
Lætis soluere corda iocis.
Cor illi salire dicitur,qui vehemẽter exhilaratur.

Secum gaudere, & in sinu gaudere.
In sinu tacito gaudia premere.
vide to Liue sumptuously.

Merily, vide *Iestingly*.

to Meruaile, to Wonder at to be Astonied.

Stupere. ἐξίστᾳναι.
Stupescere. ταταίεσθαι.
Percullum esse. Inhorrescere.
Facti insolentis stupiditate exhorescere. Humanam rationem captiuam ducere. Stupore percelli.
Summam hominum admirationem excitare, Cic.
Æstu quodam in altum admirationis stuporisque rapi Bud.
Obstupere. Obstupescere.
Animo percelli exalbescere.
In stuporem abire.
De mẽtis loco præ admiratione moueri.
Cura, stupore admirari.
In stuporem verti. ἐκπλήσσεσθαι.
Consternari animo.
In admirationem rapi vel rapere.
Obstupefieri,
Stupefieri. Suspicere.
Mirari. Demirari.
Miraculo detineri.
Pendere ab alicuius vultu.
Mõstri raritate obstupescere.
Facere, stupere, rapere.
Ad recordationem alicuius animo inhorrescere.
θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντα, apud Homerum. Stupor occupat inspicientem.

a Messenger, vide *Carrier*.

Mettall, vide *Coper*.

Midday, vide *Noone*.

Might, Strength, power.

Potestas. ἐξουσία.
Potentia. δυναστεία.
Potentatus, Imperium.
Virtus, quæ Græcè δύναμις.
Vires, manus-Robur.
Fortitudo. Vis similiter.
¶ Authoritas. Pondus.

Mightie, vide *Strong*.

with Might and maine, or with all Force and power.

Manibus pedibusque.
Omni conatu, Omnibus neruis.
Toto pectore, animo, conamine.
Extremo conatu.
Magno nixu.
Pugnis & calcibus.
Læua dextraque.
πὺξ καὶ λὰξ ἐπὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερά.
Totis viribus. πάγκρατως.
Summa ope. Summa vi.
Summo studio, nisu, conamine.
Omnibus viribus. Totis neruis.
Velis equisque. Remis equisque.
Pro portione virili.
Pro viribus, pro virili.
Omni diligentia. *Vide, to Trauell.*

Milde, vide *Meeke and Gentle*.

a Mill, a Querne.

Mola μύλη, Molendinum.
Moletrina pro eodem.
Pestrilla molendum à manibus. Ter. χειρομύλον.
Mola alata, vel Pneumatica, *a VVind mill*.
¶ Trapes. Trapetum.
Mola olearea.

to Minde, vide *Determine*.

my Minde or Opinion is this: this is my Mind or Opinion.

Animus mihi est.
Hæc mihi mens est. ἔχω γνώμης.

Deli-

Deliberatum est mihi.
Sic visum est mihi.
Ita affectus sum. Ita animo est.
In animo habeo. Animum habeo.
Ita fert animus.
Quæ nunc animo sententia constat.

his Minde is changed.

Animus mutatus est, a pristina mente & sententia defecit, desciuit, abductus est.
Non sibi constat, labat in sententia, eadem nō est, fixa non est, infirma est eius sententia.
In aliam partem se traduxit, priorem opinionem abiecit sensum deposuit aliter sentit & a se ipso dissentit, *vide to Change.*

to make one to change his Mind, vide *to Disswade*

to keepe in minde , vide *to Remember.*

to put into ones minde, Head or Braine.

Suggerere. Indere.
Subjicere, apud Terent.
Infercire verba, *to stampe in.*
Immittere in pectus humanum.
Instillare metaphorice pro suadere, vtrumque apud Eras.
Ingerere. Insusurrare.
Inspirare. Inserere.

out of Minde, vide *Forgotten.*

I am troubled in minde.

Sum in mentis perturbatione.
Non sum compositæ mentis, aut cō-positus.
Sum turbidus, vel turbatæ mentis.
Non sum mecum, quod vulgo vixq; Latine dicimus,
sum malè dispositus.

a Minister, vide *preacher and priest.*

a minstell, vide *piper.*

a misbegotten, vide *a Bastard.*

Miserie.

Miseria, calamitas, acerbitas, duritia, durities, Vastitas, Vastities, Vastitudo, vexatio, oppressio, perditio corruptio, consternatio, consumptio, infortunium, exitium, damnum, detrimentum, infœlicitas, difficultas, egestas, paupertas, inopia, penuria, pernicies.

Miserable.

Miser, miserabilis, infœlix. Pauper, inops, abiectus, Cōsternatus, spretus ab omnibus, cecidit, perditus, & fere extinctus est, deictus est in miserrimam vitam, summas miserias, calamitates perpessus est, durissima quæque, acerbissima quæque, miserrima quæque, postrema quæque tulit, sensit.

Mischieuous, vide *Naughtie.*

Misfortunes, contrarie things, Aduersity.

Res aduersæ.	Contrariæ.
Turbidæ.	Adflictæ.
Tristes.	Perturbatæ.
Labefactatæ	Quassatæ.
Res asperæ.	Desperatissimæ
Res asperæ.	Dubiæ.
Languidæ.	Molestæ.
Fractæ.	Fessæ.
Fatigatæ.	Trepidæ.

Attritæ. Diminutæ.
Comminutæ. Inualidæ.
Sic fata ferebant.

a Matter misliked of.

Res reprehensa, palam exagitatur, vituperatur, accusatur, reprehenditur damnatur, acerbe notatur, infamia notatur improbatur.
Sermones ea de re minus commodi sunt, parum honesti, dissipantur.

to Misse, vide to Faile.

great Mysteries, vide Secrets.

a Miter, vide Bishops miter.

Mitigated, vide Asswaged.

to Mocke, to Iest, or Scoffe, to Flout, to laugh at, to Scorne or Delude.

Nugari. Connugari. Ludere. Iocari.
Nugas agere. Tractare ioco.
Afferre iocum, sales.
Ludicra rebus seriis miscere.
Iocari festiuissimè.
Indulgere festiuis iocis.
Ioco dicere. χλευάζειν.
Facete cauillari. Vrbanum esse.
Affluere lepore omni.
Salibus vti. χαριεντίζεσθαι.
Alludere. ὑπαλοάειν.
Lepida vrbanitate vti.
Ioco quempiam aspergere.
Sale salsissimo ludere,
Festiuo sale, comico lepore dicta temperare.
Connugari. Agitare sales.
Dicteria salsa dicere.
Indulgere festiuis iocis.
Tractare ioco.
Iocari festiuissimè in quenquam.
Salibus ludere.
Miscere sales.
Tangere conuicio, scommate.
Iactare scommata.
Agere scommatibus.
Tangere absolute.
Ridiculis dictis excitare cachinnos.
Ludicris risum mouere Sardonium.
Ridere. Irridere.
Deridere. Derisui habere pro delectamento habere.
Risui habere. ἐν γέλωτι ποιεῖσθαι.
Ludibrio habere, to Delude.
Subsannare. Obaudire.
Despectui habere.
Ludibrio afficere.
Ludificare vel ludificari. Illudere.
Linguæ iaculis sagittare.
Vncis nimium indulgere naribus, apud Persium.
ἐκμυκτηρίζειν. Insultare.
Naso suspendere.
καταγελᾶν. cum genitiuo.
Facere Ludos. Agere lædoriis.
Democritico. Sardonio risu sufflare
Aceto perfundere apud Horat.
Conuiciis proscindere, insectari, figere, flagellare.
Sannis. Risu Sardonico aliquem excipere.
Scommate Percellere vario.
Dicaci ferire lingua.
Morsibus impetere.
Ore & dente petere.
Lacerare conuicio.
Conuicia iactare.
Risibus quicquam prostituere.
Dicacitate mordaci proscindere.
Ronchilonis scommatibus obstrepere.
Lædere scommate, ludibrio, verbis.
Acriter inclamare, apud Plaut. pro conuiciis & clamoribus insectari
Mordaci flamine quempiam petere.
Plaustra scommatum iaculari in aliquem.
Stringere quasi gladium bis acutum male-

maledicentiæ linguam.
Plaustra conuitiis plena vel onusta exonerare, in aliquem effundere.
Mordaces eructare cachinnos.
Conuitiis vel dicteriis lacessere.
Consputare metaphorice,
Conuitiari, ἰαμβίζειν.
Naso suspenso subsannare.
σκιμαλίζειν. Ostentui habere,
Medium ostendere vnguem, digitum
Ronchis & cauillis eludere.
Per lasciuiam eludere, ἐνθυφᾶν.
A tergo instar Ciconiæ pinsere,
Auriculas tendere, adsuere.
Cornua tollere.
Manus addere, apud Plaut.

a Mocker, Iester, a Scoffer, a Scorner.

Irrisor, Illusor, Subsannator,
Os infrene, petulans, maledicum,
ἀχάλινον στόμα.
Maledicus, Cachinno,
Democritus, Cacophanta, Ozimisator prouerb. Sannio, onis,
Dicax, Dicaculus, Irrisor.
Salsissime ludens,
Scommate percellens vario.

a Mocke a Scoffe or a Iest a scorne.

Dicterium, Dictum,
Sales. Risus.
Scomma. γέλος. λοιδορία.
χλευασία. Dicax sermo.
Lidoria, πλέθρον.
Iocus. Ludus.
Cauillum. Cauilla.
Faceta falsataque irrisio.
Ludibrium. Hystricis sera.
ὑστριχίς.
Acetum pro dicaci mordacitate, apud Horat. Græcus, Italo perfusus aceto.
Verborum ludicra,
Dicacitas. Facetiæ,
Vrbanitates, Silli, Sanna,
Sales quales Cicero cum suo Bruto Pomponioque soler agitare,
Mæsonica dicteria,
σκώμματα μαισωνικά.
Derisio,
Illusio, Derisus,
Cachinnus, Ridiculum,
Subsannatio,

Modestie, vide Sobriety.

Moist, Danke, VVette.

Madidum, Irriguum, Humidum,
Aquatitium. ἰμάλεον.
Humectatum, Vuidum,
Vdum seu hudum per aspirationem,
Vliginosum, To make moyst, vide to VVater the ground or garden.

to Molest, vide to Vexe.

within a Moment, in the Twinckling of an eye.

In puncto temporis ἐν ἀτόμῳ.
στιγμὴ χρόνου. In momento.
Et apud Persium, momento temporis. ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου.
Puncto mobilis horæ apud Horat.
In oculi nictu vel ictu.

to go a Mumming.

Mommos agere.
Laruis obambulare conuiuia.

Mony substance or wealth.

Pecuniæ, χρήματα,
Res, Nummi.
Aes, quod ex ære plerumque fiunt pecuniæ,
Aes obsignatum, & apud Horat.
Nomisma, numisma.
Res pecuniaria, nummaria,
Fortunæ, Bona,

without Money, Poore. beggerlike.

Pauper. Inops.
ἀχρήμων ἀχρήματος, id est sine pecunia

cunia, cui deest neruus rerum agendarum, & is dicitur zonam perdidisse, prouerb, *vide Begggar,*

rich in money.

Bene nummatus est, bene paratus à pecunia, instructus a pecunia, abundat nummis, copiosus est a pecunia, minime pecuniam desiderat.
Multum habet in arca, refertus est, pecuniis, pecuniæ illi multum est, diues est, multum pecuniæ possidet, magnam auri vim argentique possidet, in numero haber.

to become a Monke a frier.

Implicare se instituto monastico.
Induere monachum, cucullum.
Simulatæ religionis habitum suscipere.
A vano huius mundi consortio se separare se.
Monachatum capescere.
Inscribi albo monachorum.
Caput obuincire cucullo.
Se dedere, deuouere monasticæ vitæ
Nomen dare Francisco, Dominico, Guilielmo, &c.
Abrenunciationem seculi profiteri.
Monasticis ineptiis initiari.
Renunciare abrenunciare sæculo,
Mancipare, dedere se religioni hypocriticæ.
Solitariæ vitæ se obstringere,

the Moone.

Luna. σελήνη.
Titanis idos, id est, filia Titani.
Latona, pro luna ponitur, apud Statium.
Lucina. Phœbe.
φοίβη. Phœbi soror, consors,
Delia. Diána.
Noctiluca. Cinthia quod quasi diem noctu efficiat vt scribit Cicero.
Moderatrix noctis apud Sta.
Mænæa. 2. Machabeorum cap. 1. id est, Diana, lingua Persica.
Tithonia. Tithoni coniux.
¶ Nouilunium. Neomenia.
Noua luna, *the nevv Moone.*

Moreouer, Neuertkelesse, Furthermore.

Accidit his. Accidit huc.
Eodem accedit.
Addere insuper. Adde quod.
προσέρχεται τούτοις ὅτι.
Accedit ad hæc, *vide Furthermore.*

More then enovgh.

Plus satis. Plus nimio.
Plus quam par est.
Amplius æquo.

the Morning or Dawning of the Day, vide *Early.*

to Morrow.

Cras, Crastinus dies, ortus,
Crastina lux.

a Morsell, vide *a Bit, a Peece.*

in morsels or gobbets, vide *peece-meale.*

to mortifie his minde, vide *to Represse his lust.*

at the most.

Vt multum. Vt plurimum.
ὡς τὰ πολλά. Ad summum.
Cum plurimum.

to take away, to Rubbe off the mosse.

Muscum ferro distringere.
Eradere muscum apud Columellam vtrumque. Emulcare.
Depectere frondium canitiem.

Depellere

Depellere situm.
¶ Emuscari pro musco seu languine liberari. Colu.
Oleæ putantur,& emuscantur.
Cui contrarium Muscari. i, obduci Musco.

a Mother.

Mater. Genitrix, Parens.

a Mother of many children.

Multos ex ea filios genuit, suscepit, tulit.
Complures ex ea filii nati sunt,filios ei peperit multos.
Ita fœcunda vxore vsus est, vt filiis aucta sit multis.
Vt filiorum multitudine abundauerit.

to Moue, to stirre.

Mouere. Commouere aliquem.
Assiliunt imi fluctus a gurgite ponti
Ventis agitantibus æquora.
Non est æqualis rabies continuusque furor.
Iuno freta torquet.
Pelagus torrentibus ingruit vndis.
Vada penitus permota strident.
Mox remeat gurges, tractoque relabitur æstu.
Fertque refertque fretum.
Feruet spirantibus æquor ventis.
Casu concussus amici.

a Mound, vide a Hedge.

to Mourne, to Lament, to Waile, to be Sorrowfull or Sad.

Gemere. Singultire.
Promere gemitus,singultus ex imo pectore.
Facere,ducere gemitus. Virg.
Ingemere.
Ex alto corde longa trahere suspiria
Premere gemitum sub imo pectore.
Laniare animum doloribus.
Locum miseris querelis implere.
Luctibus tabescere.
Rumpere,Lacerare,Scindere.
Abscindere sinum, Vestem, Tunicam.
Vide lament.

continuall Mourning.

Conficior lachrimis, luctu consumor, contabesco, modum lugendi nullum facio, finem lachrimis non impono.
Lachrimis me dedo,nunquam abstineo, Vberrimus est meus fletus, assiduæ lacrimæ, perennes.
Nunquam non lugeo, luctum nunquam intermitto, non dimitto, non omitto,totus in luctu versor, comes mihi vbique luctus est.
Perdunt me lachrimæ,nunquam non lachrimis hument oculi.

Mourning, Complaining. Lamenting.

Luctuosus. Mœstus.
Luctisonus. Luctifer.
Dolorifer. Lamentabilis.
Lachrymabilis. Lugubris.
Querulus. Gemibundus.
Lachrymosus.

to Mowe, to cut downe corne or grasse.

Messem maturam falcibus incidere.
Metere, secare segetem, θερίζειν.
Secare frumenta,falce succidere.
Sicilire prata,apud Plinium & Varr. quæ fenisecæ prætererunt, secare falcibus,consectari.
Decerpere messibus.
¶ Herbas cædere.
Farra resecare falce.
Falcibus subsecare barbam, apud Columellam. χορτοτομεῖν.

Much or Many.

Multa, πάμπολυς.
Pleraque, Plura.

Plura. Complura.
Compluria. Plurima.
Quamplurima, & non complurima.
Diuersa. Multiplicia. Varia.
Mille hominum species & rerum discolor vsus, apud persium.
Sexcenta sunt quæ memorem, apud Plautum.
Certus numerus est pro incerto.
¶ Plerique, Multi. Quamplurimi.
Bene multi, pro plurimis, apud Asi. Pol. Bona pars hominum, pro magna pars seu plerique.
Complures, singulari carens sicut & complura in neutro genere pluraliter.
Quos non vna vehat nauis, vt habet prouerbium.
Iuuenesque senesque.
Maximi minimique.
Parui & ampli, apud Hor. *Great and small, young and olde.*

Much, Ouermch, Greatly, Very much.

Vehementer. Multum.
Plurimum. Valdè.
μέγα. μεγάλα. λίαν.
Mirè. Mirificè, Opidò.
Mirum in modum, Obnixè.
Θαυμάσιον ἡλίκον. Apprime.
Cum maxime. Admodum.
Supra modum.
Iterum atque iterum.
πόῤῥω τοῦ δέοντος.
Præter modum, apud Cic.
Mirandum in modum.
Modis omnibus.
Immodice. Etiam atque etiam.
Impense. Impensissime.
Impendio. Eximie.
Effuse. Effusissime
Magnopere. Summopere
Quam maxime. Maximopere.
Maxime μάλιστα.
Nimiopere. Plusquam satis.
Effluctim, apud Plaut.
Plusquam valde, κάρτα.
Nimium. Nimis quam.
Bene, apud Terent.
Cic. Bene magna caterua, i. valde magna. Vnice
Grauiter pro multum, apud Cic.
Perinde, i. multum secundum vallam
Multis modis.
Ter. Terque quaterque.
Perquam multum. Vltra.
Misere aduerbium.
Magnifice. Singulariter.
Sane. Sane quam
Ita pro valde, apud Terent
Apprime. Perquam In primis.
Oppido quam. Non parum.
Non vulgariter. Egregie.
Adeo. Longe.
Haud mediocriter.
Insigniter, penult. producta.
Insigniter.
Vt & quam per interrogationem idem pollent, sicut tantopere & quantopere.

twise so Much.

Duplus. Bis tantus.
Alter tantus, pro quo Cic. dixit.
Duabus partibus maior.

to Multiply, vide *to Augment.*

a Multitude, a great number or company, an Assembly of people.

Caterua. Manus, apud Virg.
πλῆθος. Chorus.
Corona, apud Horat. pro conuentu hominum circumstante.
Cœtus. Turba.
Turba miscellanea, confusa, colluuies hominum, Apuleio dicitur in metamorphosi.
Conuentus. Conuenticulum.
Plebs. Populus.

Multi-

Multitudo. Frequentia.
Concio Conciliabulum.
Numerus. Congregatio.
Colluuio vel es.
Concilium. Si præterra ad exercitum vimque armatam, sermonem detorqueas, sequentia Vocabula instituto deseruient.
Cohors, Turma.
Phalanx. Exercitus.
Acies. Cuneus. Globus.
Ordo. Glomeratio.
Agmen. Legio.
Copia tam in singulari quam plurali numero.

to Murther, to Rob.

Latrocinari, ληςεύειν.
Viatores trucidare.
Vias obsidere.
Prædari, Deprædari.
Grassari, Obuios spoliare.
Ex cæde viuere *To liue by robbing & murthering.*

a Murtherer, a Robber.

Latro. Latrunculus.
Latrocinator. Grassator.
Sicarius. Patricida.
Hominum iugulator.
Isauricus, a vitio gentis.
Obsessor viarum.
Ex cæde, ex rapto viuens.
Grassator. Prædo, onis.
Prædator. Raptor. Direptor.

to Murmure, to Grudge at a thing.

Murmurare.
Muginari, apud Lucil.
Admurmurare, apud Cic. pro tacito quodam murmure, non plana voce improbare id de quo agitur.
Murmillare, apud Plaut.
Mussare. μύζειν.
Mussitare, Mutire.
γογγύζειν Facere susurrum.
Obstrepere. ἀνταγαγγανδειν.
Recalcitrare sermonibus.
Obloqui. Obgannire.
Contradicere. Obmurmurare.
γογγύζειν, Submurmurare.
ὑποφωνεῖν. Responsare.
Oppedere. Occinere
Strepere. Fremere.
Submissa voce loqui.
ἐπικαλεῖν ἐπλέγειν.
Submissitare Obacerare
Reclamare, Refragari.
Contrarium dicere.
Replicare vulgo dicitur.
Summissim expostulare, vt est seruorum erga dominos, Bud.

to Muse, to Deuise, to Imagine, to Consider vpon, to Studie, to Think vpon.

Animo, corde volutare.
Animo voluere, versare.
Mente petractare, euoluere.
ἀνακυκλεῖν. Cogitare.
Animo reuoluere, repetere.
ἀνατυλίττειν.
Animum nunc huc nunc illuc voluere.
In memoriam versare.
ἐν θυμῷ βάλλειν.
Animo cogitare.
Hoc equidem ducebam animo, rebarque futurum.
Pensiculare factum.
Pensiculare rem.
Perpendere. Expendere causam.
In mente rei circumstantias, negocii difficultatem pondere.
Recolere. Aestimare.
Recogitare. Reputare.
Repetere secum.
Reuoluere. Retractare.
Cogitare cum animo vel in animo.
In mente, cogitatione versare, agitare.

Ad

Ad rationem vocare, *Vide to examine.*

Mushrums, vide *Toadstooles.*

a Muskle, a shell fish.

Concha. Conchilium.
Conchile genus piscis firmiori testa clausi.
Ostreum. ὄστρεον.

to muster men in the field.

Agere vel habere militum delectum.
Recognoscere turmas equitum.
Exercitum recensere, lustrare.
ἐξετάζειν. Monstrare.
Militis recolere numerum. Soli.
Inualidos atque imbelles dimittere, *to put out of vvages.*
Aere diruere ἐξαίρειν φρουρεῖν.

the mutabilitie of this world.

Quæ sit fortunæ vicissitudo, quæ mutatio, qui fluctus rerum humanarum, quàm varia tempestate iactetur hominum vita, cogitate, animaduertite, attendite, examinate, perpendite.

to dare not mutter or whisper.

Ne hisceri quidem audere.
Ne my quidem facere.
Non audere mutire, labia diducere.

N

Naked, Vncouered.

Nudus. Nuda corpora deposita veste.
Seminuda.
Ferro nudo concurrere.
Posito velamine, sine veste.
Nudus membra.
Nuda pedem, nudos humeros infusa capillos.
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.

to Name, to giue a Name.

Nominare. Appellare.
Vocare. Dicere.
Nomen aui referre.
Nomen ab vrbe ducere, trahere.
Inscribere, Nuncupare.
Citare nomenclaturam.
Indigitare, apud Macrob.
¶ Indere, imponere nomen.
Denominare. Donare nomine.
Indere nomina patrum.
Maiorum nomina posteris tribuere.
Nomen dare, Ponere, sumere, facere imponere, referre, figere, parare, tribuere, addere, ducere, ferre, trahere, gerere, habere, tenere.
Dici nomine suo. Genitoris nomine signare, nuncupare.

to haue an ill Name

Pessime tibi omnes dicunt, turpissime de te loquuntur, turpia quædam atque inhonesta in te conferunt.
Valde te exagitant iactant, accusant, carpunt, vellicant.
Omnes tibi grauissime obtrectant, de tua existimatione multum detrahere conantur, liberrime inuehuntur in te, nefaria de te dissipant disseminant, maledictis te onerant grauissimis.
Maledicta in te conferunt, congerunt coniiciunt.
Ita de te loquuntur, vt honori tuo labem inferant, aspergant maculas, tenebras offundant: vt honorem tuum turpi labe inficiant.

a good Name, vide *Good*

a Napkin, or Handkerchiefe.

Mantele

Mantele seu mantile.
Mantelium. χειρόμακτρον. Vide. *Handkerchiefe.*

by Nature, or by Arte.

one of my Nature or dispo-sition, vide *a meete mate for me.*

whether Nature, or Arte giueth iudgement, I knowe not.

Nondum planè constitui, nondum satis habeo constitutum, deliberatum, exploratum, explicatum, certum, naturæ ne munere, an disciplinæ beneficio iudicium contingat.
Iudicij præstantia, excellentia, vis, subtilitas vtrum à natura, an ab arte ac disciplina proficiscatur, contingat, manet, naturæ ne priuilegio concedatur, an sit ab arte ac disciplina petendum.
Vtrum is qui rectè iudicat, qui optimè iudicio vtitur, qui iudicio valet, præstat, excellit, facultatem habet optime iudicandi, iudicio abundat, naturæ debeat, an arti.
Bonum illud acceperit a natura, an hauserit à studio, ab arte, à disciplina.
Naturale ne bonum sit iudicium, an potius in studio, arte, disciplina, doctrina, ratione situm, eiusmodi, quod doctrina tradatur, à præceptis ducatur, à magistris discatur

Naturall, that is naturally giuen, or ingendred in a thing.

Natiuum. συγγενικόν.
Naturale. Innatum.
Ingenitum. ἐγγινόμενον.
Cum nutricis lacte errorem suxisse videtur. Cic.
Naturæ hic instinctus est.
Hominum mentibus diuinitus inseuit Deus. Ita visum naturæ.
Insitum naturæ. Genuinum.
Natura, ex natura.
Omnium animis affixum.
Naturæ quodam impetu.
Ita fert natura.
Naturæ impulsu.
Natura indidit atque inseuit.
Inolitum atque impressum affectibus humanis, apud Amb.
Ingeneratum. Natura ingenerauit.
A natura insitum, inditum.
Natura vel à natura comparatum. φέρυκεν, attributum, adiunctum, congenitum, hæreditarium.

against Nature.

Inuita Minerua, apud Cic.
Repugnante natura, & aduersante.
Refragante ingenio.
Belligerari, pugnare cum genio suo.
Obluctari Mineruæ.
Vim naturæ atque ingenio afferre.
Operas ab eo exigere qui eis magnopere grauatur.

Naughtie, Wicked, Vngracious, Mischieuous.

Dyscolus. Improbus.
παρακεκομμένος.
Ex omnium hominum consortio deturbandus.
Prauus. αἴσχρος:
Peruersus. Perniciosus.
Impius. Scelestus.
Nocuus. Scelus. Scelerosus.
Exitiosus Facinorosus.
Pestifer. ἐξώλης.
Pestilens. Nefarius.
Pestis. metaph. sicut scelus.
Flagitiosus. Malum.
Nequam homo.
Nefandus.

Quo nihil in toto orbe pestilentius.
Sceleratus. Lues.
Internecio. Ab ingenio improbus.
Execrabilis, ἀνόσιος.
Homo flagitiorum ac scelerũ omni genere insignis, Amb.
Reprobi numismatis.
Mali commatis.
πονηροῦ κόμματος.
Comma enim genus numismatis est vilissimi, vt nunc quoque vulgus loquitur.
Vir sceleris, in Bibliis sacris.
Bipedum nequissimus. Niger.
Sacer homo, apud Hor.
Intestabilis & sacer esto.
Male conscius, quem culpa redarguit ipsa.
Inquinatus vita omni.
Scelere ante alios immanior omnes. Virg. Flagitiosissimus.
Sceleratissimæ, ac deploratissimæ vitæ.
Χπονερονμένος.
Vitam ducens inquinatam flagitiis omnibus.
Coopertus flagitiis, facinoribus, sceleribus nefariis.
Profligatus homo, sceleribus perditus, rapinæ, sacrilegii nullius conscientiam sibi faciens.
Fatalis conscientiæ malignitate confusus,
Contaminatissimus.
Scelerum conscientia territus.
Omnium facinorum genere contaminatus.
βωμολόχος.
Admissi piaculi conscius.
Desperatæ salutis.
Conscientia conuictus.
Vitam ducens flagitiosam.
Nocentem & conscium habens animum.
Scelere ante alios immanior omnes.
Deploratus.
Deploratæ mentis. *vide vvicked.*

to come to Naught, vide *to Decay.*

the Naughtiest fellow that liueth.

Homo nihili.
Omnium nequissimus.
φυλαίστατος.
Popularis. Ignobilis.
Futilis. Leuis.
Vulgaris. Plebeus.
κόπριος ἀνήρ.
Nullius pretii homo.
οὐτιδανός. Homo nauci.
Nullius frugis.
ἀκόλαστος ἄνθρωπος.
Nullius pensi. Despicatus.
Despectus. Vilis.
Vilissimus. ἀπόδημος.
Abiectus. κιτ[?]φόρος.
Nullius æstimationis, neque rei.
Homuncio Homulus.
Iners. Inutilis.
Ficulnus. Encyclius vir.
Inutilior blace. Inglorius.
Obscurus. Reiectus.
Expunctus, suffragio exclusus.
In animo redactus.
Non laudandus.
Ne ligula quidem dignus.
Pannis obsitus.
Pannosus. Sacceus.
A consortio humano prorsus vel merito segregandus. *Not vvorthy to come into honest mens companie.*
Dignus in quem conspuatur, canes mingant.
Dedecus publicum. Infimæ sortis.
Abiectæ sortis homo.
Contemptitius.
Scelestus. Scelerosus.
Contemptus. Contemptissimus.
Reijculus. Despicabilis.
Extremæ classis.
Infimæ notæ. Imi subsellii.
Homo tressis, semissis.

Sale

Sale emptum mancipium.
De lapide emptus.
Naca. Vappa.
Concha dignus, prou.
Numerus o *A cyfer.*
Qui nullo est numero, habetur, nullo loco, non est in albo.
ἀνήριθμος.
Cuius existimatio obsolescit.
Cuius, ὥσπερ τῶν μεγαρέων οὐδεὶς λόγος.
Pannus lacer. prouerb. *A rotten clout or ragge.*
ῥάκος πολυσχιδές.
Ciceris & nucis emptor, apud Horatium in arte poë.
Qui apud omnes venit in contemptum.
Ab omnibus, derisus atque consputus.
Diobolaris. Fastiditus.
Numerum augens.
Male passim audiens.
Studiosus sinistri.
κακῶν ἀκκηκοώς.
Mala fama grauiter apud exteros laborans.
Scopa dissoluta.
Grauis, inuisus, exosus omnibus.
Infamis. Mali nominis.
Malæ famæ. Execrandus.
δυσώνυμος. Terræ intestina.
Telluris onus, inutile pondus.
Abdomini natus suo.
Fruges consumere natus.
Onus nauis. ἄχθος νεώς.
Trioboli homo.
τριβόλιος ἀνθρωπίσκος.
Bos vel hircus Caricus.
Homunculus ex Caria.
ἀνθρωπίσκος ἐκ καρίας.

to set Naught by, to Esteeme nothing, to make no accompt of.

Parui æstimare.
Parui pendere, ducere.
Parui habere.
Postremo loco ponere.
Contemptui habere.
παρ' ὀλίγου ποιεῖσθαι.
Pro nihilo habere.
Hectæ aliquem facere.
Pro nihilo ducere.
ἐν χλεύῃ ἔχειν. Nihili facere.
ἐξουθένειν ἢ ἐξουδενεῖν.
Nihili pendere. Nihili ducere.
Vili pendere. ὀλιγωρεῖν.
Flocci non facere, vel Flocci facere.
ἐν μηδενὶ λόγῳ τίθεσθαι.
Nauci seu pili non facere.
Contemnere præ se.
Minimi, immo ne huius quidem facere demonstrando rem vilem.
Instar fumi fungique putidi auersari.
Non magni pendere.
In contemptissimis ducere. Eras.
In paruis, in minimis ponere.
Tanquam stercora, reputare, æstimare, in sacris literis.
Ceu putamina, cassam glandem, vitiosam nucem prorsus aspernari.
Assis, dupondii, seu teruncii non facere.
Quatuor obolis non æstimare.
Negligere, Nihil pensi habere.
Nullam alicuius habere rationem.
Nauci facere. Abhominari.
Non laborare.
De quorundam morsu noli laborare, Erasmus.
Nihil morari, *Not to Care: not to passe for*, οὐ προσέχειν.
Leuiter parũque curare, nihil curare.
Nec superos morari nec inferos, vt vulgo dicitur, neque Deum neque homines respicere. *To care neither for God nor the Diuell, Vide to Despise.*

Neare, vide *By.*
Neate, Cleane.

Purum, Tersum, Syncerum,

Immaculatum.
Sine labe, macula. *vide cleane.*

as Neede did require, or as meete was: as it was conuenient.

Vt æquum fuit, Vt tulit ratio.
Vt decebat. Vt par erat.
Vt decuit. ὡς τὸ εἰκός.
Vt conueniebat, expediebat.
vt res poposcit, tulit, exegit
Vt res postulauit, desiderauit, expetiuit.
Vt oportuit, necessarium erat.
Vt necessitas tum temporis exegit.
Vt Iustum, dignum, consentaneum, rectum erat.

Needie, vide *Poore.*

it is Needfull, or it must needs be, vide *it must bee Done.*

I haue no Neede of your counsell.

Non egeo, non indigeo tuis præceptis, admonitionibus, consilijs.
Superuacanea sunt, parum vtilia, nullius momenti, emolumenti, minime necessaria sunt tua consilia.
Locum apud me non habent, à me non requiruntur, non desiderantur, non expectantur tua præcepta, tuis mihi monitis nequaquã opus est.
Tuis carere monitis facile possum.

a Needlesse excuse.

Superuacanea fuit apud me tua excusatio.
Officium excusandi sine causa suscepisti.
Non erat cur te excusares, causam excusandi nullam habuisti.
minime necessaria fuit excusatio tua.
Tuam excusationem non desiderabam, non requirebam, non expectabam.

a Neighbour.

Proximus. Propinquus.
Vicinus.

Negligent, Carelesse, Sloathfull.

Indiligens. Supinus.
Oscitans nomen.
Dormitans. Obscitabundus.
Remissus. Negligens.
Obliuiosus *Forgetfull.* Curio.
E læthe o qui biberit flumine.
Obliuionis campus, prouerb.
λήθης πεδίον,
Lætheo rore soporatus.
Qui proprij etiam nominis obliuiscitur.
Qui multam mandragoram biberit
Dolium filiarum Danai. *vide Idle.*

Negligence, Sloathfulnesse, Carelesnesse, Slownesse, or slacknesse.

Neglectus. Obliuio.
Negligentia. Incuria.
Indiligentia. Inconsiderantia.
Inconsideratio. Inconsulta ratio.
Incogitantia. Præcipitantia.
Oscitantia. Somnolentia.
Torpor. Supinitas.
Segnitas, Segnities, Segnitia.

Neligently, Slackly, Sloathfully.

¶ Languidè. Remissè.
Ignauiter. Neglectè.
Frigidè. Oscitanter.
Defunctoriè, Supinè.
Segniter, aduerbia. ἀφροντίστως.
Vide Slouthfulnesse.

vertue neglected, of many Despised.

Probitas, integritas, probati mores, vita illa quæ cum virtute traducitur, a paucis hodie probatur, colitur, amatur.
Pauci sunt qui probitatem colant, ament, sequantur, probitate delectentur.
Parui fit hodie probitas morũ & integritas, qui suum studium in probitate ponunt, pauci sunt, reperiuntur, numerantur.
Paucosque inuenias.

Nesh, vide Womanlike.

to make or build a Nest.

Nidos componere, comportare.
ποιεῖσθαι καλιάς, οὐκ ἀεὶ θέρος ἐσσεῖται. Nidulari.
Componite nidos, æstus non semper fuerit, vt Hesiodus scribit.
Nidificare νεοττεύειν, νεοσσεῖν.
Nidum ponere.
Construere, congregare nidum.
Nidificare, vnde auiculæ nidificant.
Hirundo luteum sub trabe celsa fingit opus.
Auis in Ramo tecta laremque parat.

a Net to catch fish or Beasts.

Rete, Plaga. ἄρκυς.
Funda, verriculum, *a casting Net*, à vertendo secundum vallam.
Tragula. Sagena Reticulum.
Segenula. Cassis, Laqueus.
Lina pluraliter pro retibus, apud Poëtas.

to knit, to set Nets.

Retia nectere, Tendere.
Ponere Plagas.

Neuer.

Nunquam. Ad Kalendas græcas.
Cum mula pepererit.
Cum Nibas occyssauerit, vt habent prouerbia.
Quum duræ quercus sudabunt roscida mella, aurea mala ferent, Vir.
Cum locusta Lycam bouem pepererit vt refert in suis Chiliadibus Erasmus ex Ennio.
Nullo tempore.
μήποτε. οὐδέποτε.
Vbi mus ælurum deuorauerit.
Postquam sursum fluxerunt amnes, & multa id genus alia.
Toto non amplius æuo.
Anno magno Platonis,
Post longum annum Platonis.

Neuerthelesse, vide But & Moreouer.

New, Fresh, Caller.

Recens natum. Musteum.
Recens. Nouum.
νεόν, Nuperum, ἀπόγονον.
A follibus (quod aiunt) calens.
ἀπ᾽ ἀκεφυσίων.
Ab ipsa dum calente officina æraria que fornace productum, metaphora à fabris ferrariis sumpta.
Ab officina madens, recens, Eras.
Nouicius. Nouellus.
Neotericus.

a New yeares gift.

Strenæ. Strenulæ.
Natalitia dona.
Saturnaliorum munera, quæ in Decembri mitti solebant.
Apophoreta quæ in anni initio circa calendas Ianuarias referebantur ac remittebantur.

to giue or send a New-yeares gift.

Nouo ineunte anno, donum, munusculum mittere.

Initio noui aduentantis anni strena, strenula, exhilarare amicum.
Fœlicem anni precari initium, fœliciorem successum, fœlicissimumque exitum.

euill Newes.

Rumores de illo duriores erant, aduersa quædam de illo erant allata, nuntii venerāt tristes, aduersi, infausti, parum commodi, minimè læti, parum secundi.
Grauior de illo fama peruenerat, dissipata erat peruulgata.
Duriora quædam, grauiora erant significata, iactabantur, sermonibus dissipabantur.

Next to beggers dore.

In eum locum deductus est, eò deuenit, eò redactus est miseriarum, in eas coniectus est angustias, eò redactæ sunt fortunæ suæ, ita est à fortuna deiectus, detrusus, deturbatus, eò cecidit.
Vt vnde viuere nō haberet, vt ei ad victum necessaria minime suppeterent, vt inopia premeretur earum rerum sine quibus vix, aut ne vix quidem hominum vita sustentatur, vt ea desideraret, ea requireret, quæ viuendi necessitas postulat, atque exigit, vt iis rebus destitueretur, careret.
Ab ijs rebus esset imparatus, earum rerum esset inops, egens, ea illi deessent, ea illum deficerent, earum rerum inopia laboraret, sine quibus ægrè viuitur, vel potiùs nullo modo viuitur.

a Niggard, vide Couetous.

Nigh, or by.

Vicinus. Propinquus.
Finitimus. Conterminus.
Contiguus. Confinis.
Coniunctus.

Nigh at hand.

Propé. Proximè.
ἐγγύτα. Cominus. Sub.
Depropé. ἐγγύθεν. Pone.
Pone subire, *to follovv behinde.*

the Night.

Nox, νύξ. Tenebræ. Erebi.
Tenebrarum tempus.
Ponto nox incubat atra.
Tempus quo cuncta silent.
Vmbram terræ definiunt philosophi solis priuationem.
Mater Eumenidum fingitur Virg.
Titanis vocatur Statio.
Somni genetrix. Sol.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis. Virgilius.
Nox cœlum sparserat astris. Ouid.
Presserat occiduus Tartessia littora Phœbus.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol, Et caput extulerat densissima sydereum nox. Ouidius.
Nox ruit & fuscis tellurem amplectitur alis.

a Nightingale.

Luscinia, vel vt alii scribunt, Lucinia
Ficedula, Plin.
Luciniola diminutiuum, apud Plat.
Philomela, vel Philomena.
Acedula, Aedon, ἀηδών.
Attis, apud Martialem, ab Attica.

by Night, in the Night tyde or season.

Noctu. νύχα. Nocte.
De nocte. νύκτωρ.
Die cœca. Plaut. Vmbris in obscuris.
Presserat vt terram.
Nocte sublustri, apud Horat.

mid Night.

Media nox.
Noctis erat medium.
Mediæ tempora noctis erant.

Prima quies medio iam noctis abactæ curriculo
Expulerat somnum.
Nocte soporata, silenti.
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.

vntill Night.

In profundam noctem. In noctem.
In crepusculum vespertinum.
In solis occasum.
In tenebras noctis densissimas.
Ad vel in multam noctem.
In profundam noctem.
πόῤῥω τῆς νυκτῶν.

Nobilitie or Gentry.

Generositas. Indoles.
Nobilitas. ἡ εὐγένεια.
Claritudo. Claritas.
Imagines. Stemmata.
Antiqua generis nobilitas.

a Noble man, a Gentleman.

Illustris, ἐπιλαμπρος.
Nobilis. Inclytus. Ingenuus.
Beatus. Generosus. Liber.
Clarus, Antiquus.
Præclarus. Insignis.
ἐπιφανής, Epiphanes, *Honorable.*

a Noble kindred, a Noble man borne.

Summo loco æditus, natus.
Præclara familia, progenie oriundus.
Ingenuus.
Præclarus genere.
Præclara stirpe creatus.
Ducali origine, stemmate natus.
Atauis æditus regibus.
Illustris stemmatibus imaginibus parentum, parentulæ ornamentis, natalium splendore.
Diuum sanguine satus.
Maximis prognatus ducibus.
Romana nobilitate fulgens.
Nobili ortus sanguine, belloque superbus.
Claro sanguine ortus.
Ex familia veteri & illustri. Cice.
Ex ampla & honesta familia.
Clarus natalibus, nec vllius sanguine minor.
Antiqua nobilitate illustris.
Claro natus genere.
Nobilitatis stemmate clarus.
Haud obscuro loco natus, apud Salustium.
Alto tumens sanguine.
Vir antiquæ sanè nobilitatis.
Generis nobilitate illustris.
Natus genere nobili, summo loco, equestri.
Ab alto sanguine genus ducens inclytum.
Ex vtroque parente nobilitatis antiquæ stemmata ducens.
Sceptrigero æditus stemmate, *of a Royall stock.*
Domi nobilis, apud Cice.

to make Noble or famous.

Natalibus restituere, & Ius atauorum donare, est nobilitare, vt vulgus loquitur.
Nobilem facere.
Dignitatem addere.

a Noble death after a painfull life.

Vt miserrime vixit, ita periit honeste, miseram vitam mors pæclara terminauit.
Vitam infœlicem, egregio mortis genere conclusit.
Acerbitates vitæ multas, vna peregregiæ mortis hora compensauit.
Vitam vixit infœlicem, præclaram vero mortem obiit.
Miseriam in vita sustinuit, decus in morte tulit.

a Noble Acte, or Doing.

Nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimæ dignitatis, omnia tua facta cum dignitate vehementer consentiunt.

In omnibus rebus maxime dignitatem spectasti.

In omnibus tuis factis proposita tibi dignitas fuit, omnia tua facta ad dignitatem attulisti.

Quæcunque egisti, ad dignitatē omnia spectarunt.

Gloria tibi semper prima fuit, antiquissima fuit, maximi fuit.

Ante omnia, summo loco, primum apud te locum obtinuit.

Scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit.

Tua sunt eiusmodi facta vt eximiis ornanda præconiis, diuinis decoranda laudibus, tollenda ad astra, ad cœlum efferenda videantur.

Tuarum actionum norma quædam & regula dignitas fuit.

Tuis omnibus factis æterna gloria, immortalitatisque præmia debentur.

a Noble & vertuous minde.

Tua virtute & magnitudine animi, nihil est nobilius.

Singularis in te laus ob virtutem tuam, atque animi præstantiam cōfertur.

Maiorem aut virtutis, aut præstantis animi opinionem apud homines, plus famæ consequutus est nemo.

not Noble, vide *Vnnoble.*

No, in No wise.

Nequaquam. Nullo pacto.
οὐδαμῶς, Nullo modo,
μηδαμῶς, Neutiquam,
Minimè omnium.
Nullatenus, Nulla ex parte,

Multum abest. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ.
Non, οὐ, οὐκ.
Minimè. Ne. μή.
Vix pro non apud Lucanum.
Nil pro non apud Comicos.

Similiter nullus pro nō ponitur, apud Comicum nullus sum, nullus faciam, pro non sum, non faciam.

Minus coniunctum cum sin, & cum quo, vt significante, sin minus, si non, quo minus vt non.

Noes floud, vide *Deluge.*

a Noise and sound.

Sonitus. Sonus. βόμβος.
Fremitus, Clangor.
Fragor. κτύπος.
Crepitus. Stridor.
Strepitus καναχή.
Strepitu colles resultant.
Clamor. Rumor.
Sibilus, Murmur.
Dare sonitum, Murmur raucum mouere, miscere.
Mare stridet refluentibus vndis.
Sonitum dedit clara tuba.
Toto sonuerunt æthere nimbi.
¶ Aedere sonos, clamores, strepitus, *To make a noyse.*
Insonare. Personare.
Peragere sonos.
Efferre clamorem. *vide to Cry aloud.*

Noysome, vide *Hurtfull.*

No man or no body without a fault.

Nemo sine vitiis nascitur.
Vnicuique dedit vitium natura creato. Propert.
Nullus vitiis caret.
Nemo sine crimine viuit.
Nihil ex omni parte beatum.
Suus cuique attributus est error.
Catul. Egregio inspersos reprehendas corpore næuos.

Noone, midday.

Meridies quasi medidies,
Est medio Titan ardentissimus axe.
μεσημβρία.
Australis regio, plaga.
Mare pro eodem frequens in sacris litteris.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem. Virg, in. 8.
Sol medium clarus peragrabat olympum, secabat axem.
Iamque dies medius tenues contraxerat vmbras Horat.
¶Polus austrinus, antarcticus, antaxeon,

a Northren winde.

Aquilo, vt Aul Gel. scribit, significat propriè, *Northeast.*
Plin Niuales Aquilo, & Septentrio Boreas ἀπαρκτίας, & à septē stellis quibus cōstat Septētrio, ἄμαξα Græcè pro Septentrione,
Thracius, Thraicius hyperboreus.
Tramontanus. Septentrionalis seu septentrionarius ventus.
Circius, Olimpias.
Traſæas, apud Varronem. θρασκίας vel ἰάπυξ. Iapyx, *Northvvest.*
Lebeccius, *vvest northvvest.*

from the North.

Ab aquilone. Ab arctis.
Aquilonia parte Soli, βοῤῥᾶθεν
Ab axe, apud Manilium.
Ab arctico cardine.
Ex septentrione.

Northward.

Arcticus, Boreus.
Borealis. Septentrionalis.
ἀρκτικὸς βόρειος.
Sub axe positus ad septem stellas,
Aquilonaris. Ripheus, id est, Scythicus,
Poli cardines, vertices, axes,

to blowe or wipe the Nose.

Mucos eiicere. Emungere nares,
Mucum emungere,
Emungere se cubito,
Feces, crassiorem pituitam narium extergere,
Narium excrementa educere,
Strophiolis excipere narium excrementa.

a nose-wise or Smatterer in Learning.

Sciolus. Nasutulus,
Dicaculus, Literatulus.

a Nosegay.

Olfactorium, florum vel odorum fasciculus, Fultillus.
Magna massa vel massula facta, exvnguentorum fecibus odoris gratia.
Trochiscus, τροχίσκος *a svveete smelling ball.*

Notwithstanding.

Tamen. Attamen. Veruntamen.
Nihilo minus, Nihilo secius. *vide Although.*

to Nourish, vide *to Feede.*

No where, in no place.

Nusquam μηδαμοῦ, Nullibi,
Nusquam gentium, locorum.
Nullo in loco.

Now euen now.

Nunc νῦν εἰς τὸ νῦν
Iam iamiam.
Hoc tempore, Impræsentiarum,
παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν.
In præsenti. In præsentia,
In præsens,
πρὸς τὸ παρὸν, εἰς τὸ παρὸν,
Hac tempestate, Etiamnum,
Modò raro vsurpatur à doctis pro nunc, sed pro paulo ante, vt scribit Eras. Hodie pro hac ætate & tempore Cic. posuit.

Hoc temporis articulo.
Hoc temporis momento.

to Number, to Recken.

Recensere. Numerare.
Numero notare.
Numero comprehendere.
Referre numerum.
Dinumerare. Ponere.
Ad calculum redigere vel ad numerum.
Nummos computare.

a great Number, vide *Multitude.*

a Nunne.

Monialis. Sanctimonialis.
Virgo consecrata, sacra.
Puella Deo dicata.
Religiosa. Nonna.
Vestalis. Monacha.
Sacræ seruituti mancipata.
ἱερόδουλα, ἀσκήτρια.
Ascetria.
Beghina vox est Germanica, ab initio religionis nomen habens.

a Nutmeg.

Nux muscata, vel vt eruditiores tradunt.
Nux myristica, vt è Græco trahat originem, μύρον, vnguentum.
Flores myristicæ, qui in officinis pharmacopolarum Macis appellantur muscati.

O

an Oare

Remus. Tonsa.
πλάτη, ὑπηρέσιον. Tonsilla.
Remigis. Remigium.

Obedient.

Audiens. Obaudiens.
Obediens. Auscultans.
Obsecundans. Iussis parens.
Audiens dicto, imperato.
Paterni morigerus præcepti.

to become Obedient or Subiect to one.

Colla dare, subdere. Accipere iugum
Ceruicem præbere alicuius iugo.
Subiicere seu submittere se legibus alterius. Subditum esse.
Colla submittere capistro.
Parere. Subesse. ἄρχεσθαι.
Recipere, suscipere frenum.
Alicuius imperium ferre.

to Obay.

Obedire. Obsequi.
Audire per metaph.
Audientem se exhibere edicto.
Factis præcepta præstare.
Facessere mandata.
Dare aures alicui.
ἐπακούειν ἀκούειν, Græcis, sicut apud nos audire.
Auscultare cum datiuo.
Subauscultare Obsecundare.
Obaudire. Permittere.
Inuiolatissime seruare quidquid mãdatur, ne transuersum, ne latum quidem vnguem discedere à præceptis, Iussa capescere.
Agere ad præscriptum, i, secundum leges & mandatum.
συνεπινεύειν.
Morem gerere, Morigerari.
Parere med. prod. ὑπακούειν.
Obtemperare, Subdere se iubenti.
Subdere colla iugo parentum.
Monitis, dictis, præceptis alicuius parere.
Exequi, facere iussa alicuius.
Perficere mandata cura fideli.
Iussa capessere, peragere, flectere.
Iussis annuere. Dicto parens.
Dominis parere superbis.
Fungi, Perfungi mandatis obtemperare Iussis.

to Oblige, vide *to Binde by obligation.*

an Obligation, vide *Quittance, or a Writing of my hand.*

Obscure, vide *Dark*

an Obscure or darke language.

Oratio obscura, Dubia, Inuolucris Plena, Inuoluta, Perplexa.
Haud dilucida, Minimè luculenta.
Plena ambagibus, anfractibus, *vide darke questions.*

Obstinate, Wilfull and Peeuish, Stubborne, stiffenecked.

Ceruicosus. Obstinatus.
Pertinax. Rigidus.
Difficilis. Obduratus.
Præfractus. αυθαδης,
Infractus, Capitosus.
Cerebrosus, Duræ ceruicis.
σκληροτράχηλος.
Propositi tenax, tenacissimus.
ἐχυροχνώμων. Intractabilis.
Quo nihil, semel concepta opinione, obstinatius.
Obtusa gestare pectora.
Obfirmato animo qui prorsus obduruerit, Durus. Peruicax.
Inflatus opinionibus.
Qui nimium sui iuris sententiæque est.
Ceruicatus in sacris.
In proposito persistens.
Nulli cedens. Refractarius.
Obstinato, præfracto, peruerso ingenio, quem suis moribus relinquere necessum, qui à proposito abduci non potest.
Proposito suo pertinacissimè adhærens. Suo cerebello fidens.
Tenaciter suum tutans fidem.
Filum contentionis, adagium, μίτος ἔριδος.
Mordicus tenens, summa pertinacia defendens.
¶ Præpostere. Pertinaciter.
Obstinate. Cum pertinacia.
Obstinately Frovvardly.

to Obtaine, vide *to Get.*

Occasion, Opportunitie.

Opportunitas per duplex pp.
Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος, apud Hesiod. Commoditas,
Tempus appositum, idoneum, opportunum, aptum.
Tempestiuitas. Maturitas.
Locus pro opportunitate, Nunc non est narrandi dicendi locus.
Non est huius temporis neque loci.
Cardo apud Virg.
Res, pro opportunitate.
Cum res ipsa feret. Horat.
Occasio. εὐκαιρία,
¶ Si occasio se dederit.
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes.
Dare causam peccandi.
Rapiamus occasionem de die.
Si non est molestum.
Nisi negotium est
Siquidem otium est, *if you haue leasure.*
¶ Mea causa otium agas velim, facias quæso, *to take leasure for my sake.*

if Occasion will serue, that you stande in Neede of my Helpe, I will doe what I may.

Si accidet vt operam tibi nauare possim, vt opera mea tibi velis esse in rem tuam esse, è commodo tuo,

ex vſu tuo eſſe poſſit, officio meo non deero, ſatisfaciam officio meo.
Officium meum præſtabo, non committam vt officium meum deſiderari poſſit vt meæ partes requirantur.
Si continger, eueniet, vſu veniet, ſi erit, ſi res ſi tempus, ſi occaſio feret, poſtulabit, poſcet, exiget, requiret, se dabit, ſe oſtendet, offeretur, dabitur, oſtendetur, ſi fortuna occaſionem tulerit, attulerit, detulerit, præbuerit, oſtenderit, ſi tempus acciderit, ſi mihi omnia grata ac libera eſſent, ſi eſſent mihi omnia ſolutiſſima, nunquam mea ope carebis.

an Occaſion, Meane, or Cauſe.

Cauſa. ὠ πίς. Anſa. Occaſio.
Primus motus, Inuitamentum.
Incitamentum. ἐνδόσιμον
Crimen pro cauſa apud Virg.
λαβὴ ἀφορμὴ *vide cauſe.*

to giue an Occaſion

Miniſtrare materiam, adiumentum.
Præbere anſam, vel dare.
Occaſionem miniſtrare, præſtare.
Aperire viam,
Aditum dare.
Aperire vel patefacere aditum.
Anſam miniſtrare.
Opportunitatem, occaſionem offerre, dare.
Iacere fundamenta.
Præſtruere viam.
Feneſtram patefacere, apud Terent.
Feneſtram dare, Ouid.
Dare peccandi locum. Terent.
Aperire feneſtram & repagula proferre ... iter in eadem ſignificatione.
... licentiæ quidlibet audendi feneſtram aperire.

to take the Occaſion away.

Auferre è medio lapſus occaſionem.
Tollere, ſubmouere, ſubtrahere omnem offendiculi anſam.
Præcidere mali occaſionem.
Eximere manu manubrium.
Aditum intercludere, claudere, præcludere, obſtruere.]

to ſeeke Occaſion.

Captare occaſionem, opportunitatem.
Seruire occaſioni.
Venari, quærere anſam, occaſionem, opportunitatem.
¶ Tenere oblatam, oſtentatam occaſionem.
Nanciſci, arripere occaſionem, anſam cauſam, opportunitatem, *To take an Occaſion.*

an Occupation, a Trade, a handy craft.

Ars mechanica.
Ars manuaria, ſedentaria, quæſtuaria.
Opificium.
Artificium βαναυσια.
Exercitium manuale.
Manuarium artificium.

a good Occupation is a ſtay to pouertie, a Cunning hand is worth an Earles land.

Sua cuique ars pro viatico.
Artem quæuis alit terra.
τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.
Artificium liquod aut eruditio, certiſſimum viaticum ſenectuti.
Ars ipſa inopiæ portus eſt mortalibus.
Vnicum quippe confugium in egeſtate eſt ars vt ait Menander.

to be greatly Occupied or Busied.

Curis, vndis fluctibusue negotioru̅ distineri.

Fatigari Distringi.
Occupari. Inuolui.
Immergi. Implicari.
Vrgeri. Operiri.
Obrui. Distendi.
Onerari. Intricari.
Impediri. Premi.
Opprimi. Illigari.

πράγματων ἐσθαι.

Negotiorum mole obrui.

Curis degrauari.

Magnis curarum fluctuare vndis, Catullus.

Negotiorum fluctuationibus turbinibus confici, impediri.

Molestis negotiis odiose distineri.

Dilacerari millibus curarum, quibus hæc vitæ obnoxia est, Eras.

Sollicitudinibus noctes diesque discruciari.

Grauissimis negotiis distringi.

Opera alicuius tricis vehementer impediri.

Negotia diuidere aliquem dicunt, quem ponderosa grauitate distringunt, apud Zalium. *Vide to be Carefull.*

an Offence, a Trespasse, a Fault, a Misdeed or a thing done amisse.

Delictum, Peccatum.
Vitium. Crimen.
Maleficium. Malefactum.

παράπτωμα. πταῖσμα.

Reatus. Noxa. Noxia, æ.

Peccatum. Legitur etiam erratum.

Tenebræ pro peccatis in sacris literis frequens.

Menda vel, Mendum.

Casus. Scelus. Lapsus.

Flagitium. Culpa, Nephas.

Commissum. Admissum. Offensa.

Offensio, Facinus, Iniquitas.

Offensus, us pro eodem ponuntur.

Offensa tamen actiuè, & offensio passiué frequentius sumitur.

Et sanguines plurali numero pro peccato cædis in sacris ponitur.

Error, quod fere per imprudentiam committitur, ἁμάρτημα, Græcis Vitium leuius est.

an haynous Offence, or a most wicked Fact, or Deed.

Scelus. μιαρία.

Ingenio scelus non deest tuo.

Capitalis noxa, capite plectenda, atque mulctanda est.

Causa capitis.

Crimen. Probrum.

Flagitium, ἀνόημα. quasi flagris dignum crimen.

Hoc non est leue crimen.

Piaculum. Nephas.

Impiamentum, apud Cypria.

Facinus anceps vox est, siquidem Salustius, præclari facinoris negotium appellat, a culpa mea facinus abest.

to Offend, to Sinne, to doe Amisse.

Offendere. Peccare.
Labi. Esse in culpa.
Cadere. Errare.
Delinquere.

Violare numina.

Lædere mens sibi conscia recti recusat. *vide to Sinne.*

to Offer, to Sacrifice.

Offerre. Litare.

Offerre sacrificia.

Ducere pecudes, Virg. in 6.

Immola

Immolare victimas. Sacrificare. συνένδειν. συνενδεσκειν.
Libare. Mactare.
Hostias cædere. Elustrare diuis.
Rem diuinam facere. Terentius.
Operari rei diuinæ. Soli.
Libamen offerre.
Thura accendere.
Incendere adipes.
Libaminibus vota & preces coram Deo fundere Polliceri.
Prece cælites placare.
Singularis sacrificii oblatione Dei iram placare. Occursare numinibus, sacrificiis placare.
Aras odoribus collustrare Sabæis.
Adorare altaria tædis.
Adolere thymiama, penates flammis θυμιᾶν. Suffire.
Cædere pro immolare, sacrificare, apud Virg. Porrigere.
Adolere & adolescere.
Adolescunt ignibus aræ.
Facere pro sacrificare.
ἱεροποιεῖν. Virg. Quum faciam vitula, pro frugibus ipse venito.
Deum oblatione placare.
Sacra facere, exhibere, & dare. Virgilius. & id genus alia quæ priscis in vsu fuerunt.

an offering, or Sacrificing.

Sacrificium. Libamen.
Libamentum. Libatio.
Oblatio, Victima.
Hostia, Incensum. θυμίαμα.
Odores. Suffimenta.
Holocaustum, & holocaustoma, quasi totum incensum in lege veteri vsitatissimum sacrificium.

to Offer wrong to his father is most wicked.

Nullum crimen, piaculum, scelus grauius est aut detestabilius quam patri manus afferre, vim inferre.
Maximo se astringit scelere, graue piaculum admittit, impiè facit, qui parentem violat, lædit.
Qui violat eam pietatem, quæ parenti debetur.
Nullũ scelus abest abeo scelere, in vno illo scelere omnia sunt scelera, cum parenti vis infertur, iniuria fit.

an Office a Duty.

Officium. Munus.
Susceptum perficere munus.
Fungi munere suo.
Partes. Munia pluraliter.

to be in Office, to beare rule.

Obire munimina, prouinciam, munus Liuius.
Obire officia. Plinius.
Ille quoad honestus fuit obiit officia gessit magistratus.
Obire, administrare Consulis, vigiliarum munus.

an Office done with great praise.

Pater tuus eximiam ex hoc magistratu laudem collegit, tulit, cæpit, adeptus est, consequutus est.
Preclarè pater tuus hunc honorem gessit, egregie se pater tuus in hoc munere tractauit.
Pater tuus hunc magistratum pro sua, reique publicæ dignitate administrauit.

Often times.

Su[illegible]de, identidem, vt tradit Laurentius Valla.
Sæpius. Multoties.
Sæpe numero. πολλάκις.
Sæpe. Persæpe.
Sæpicule, sæpiuscule.
Quam sæpissimè.
Frequenter, Crebro,
Plerumque, πολλάκις.

Haud

Haud semel. Plus semel.
Non semel.

not Often vide *Seldome.*

Oyle.

Oleum. Oliuum.
Paladiæ latices.

an Oyle pot.

Campsaces med,cor,καμψάκης.
Lecythus media correpta.
Ampulla olearia.
Guttus pro eodem,apud Aulum Gellium & Iuuenalem.
Vas olearium κώτλος.
Et ἐλαιοφορεῖ,vas olearium.
Rhinoceros.
Lenticula in libris Regum,vas olearium ex quo reges & sacerdotes linebantur in testamento veteri.

an Oke.

Quercus. Aesculus
Glandifera arbos.
Chaonis arbos,à chaonia.
Ilex,quæ & pinus à nonnullis dicitur δρῦς Græcis.
Robur propriè.

Old, Auncient, Aged.

Antiquus.παλαιος.Senex.
Vetustus.Vetulus,Cascus.
Vetus.Auitus,media producta.
Priscus & Pristinus,quæ à grammaticis distinguuntur,& apud Virg.
Cana fides & vesta,i.antiqua.
Veteranus.Prior.Annosus.
Grandæuus longæus.
Prouectus ætate.Confectus senio.
Decrepitus.

Old age, or Eldership.

Senium.Senectus,& ta.
Effæta senecta.Decrepita ætas.
Aetas senilis, παρακμή,
Aetas prouecta,protracta.
Aetas vergens iam & inclinata.
παρακμαστικὴ ἡλικία,Vetustas.
Nestoria,Tithoni senecta Cani.
Longæuitas.Aetas ingrauescens.
Seri cani & tempora sera.
Ruga senilis apud poet.pro senectute rugosa.
Decolor & exterior ætas.
Affecta vel defecta ætas.
Annosa ætas,& pene vltra humanã extenta fragilitatem,Soli.
Progressior,prouectior ætas.

very old, or Aged.

Grandæuus.Veteranus.
Antiquus. Annosus.
πολυετής. Vetus.
Multi æui.Grauis annis.
Vetustus.Senex ipsa senectus.
Prouectus ætate,fessus,
Grandior æuo.
Confectus annis.Saluft,Persenex.
Valde senex.πρεσβεβηκως,
Senio confectus.Canus.
Decrepitus.Plenus dierum,ætatis.
Canis respersa habens tempora.
Homo venerandæ senectutis.
Senectute,& canicie reuerendus.
Decrepitæ senectutis. βαθυγηρως.
τριπους βροτὸς,tertio iam pede, bacillo innitens.
Tremulum caput.
Grauis senio.Grandis natu,ætate.
Annos numerans multos.
Extremæ senectutis.
Pergrandis natu.
γεγηρακως.
Frons contracta rugis.
Annis,ætate fractus,obsitus,
Capularis.Rugosus.Silicernium.
Curuo vertice nutans.
Albus capillis,
Alterum pedem in Charontis cymba habens,
Situ confectus,
γέρων· πέμπελος,πολιὸς.
Defectus ætate.
Æui maturus.

Qui multorum festorum Iouis glandes comedit, *One that hath eaten many Christmas pies.*
Senecio. Seniculus.
Effœtum corpus.
Gerrontio, diminutiua sunt.
Vetulus in sacris Bibiliis.
Stupa. Marcidus. Exuccus.
Homo vergentis ætatis.
Senipeta, vergens ad senium, est in beati Benedicti regula
Longæuus, apud *Hieronymum* in libro Iosue, vt persenilis. Nestorius macrobius, polychronius
Acherontis senex, apud Plaut.
Loculo proximus.
Obsitus annis & pannis. *Very old and ill appareld.*
Pedem in fouea habens. Pomp.
Alterum pedem in tumulo habens. Τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχων vt est apud *Lucianum* qui senem decrepitum etiam viuum quoddam sepulchrum appellat,
Charontis pictatio statim inscribendus.

to wax or become Old, to Liue long.

Senescere. Senio confici.
Consenescere. γηράσκειν.
Ingrauescere ætate.
Viuere annos Nestoreos, Nestoris.
Vltra aquilæ senectam viwere.
Tithoni senectam æquare.
Veterascere.
Vetustatem capere, inducere.
Senectutem adipisci vel attingere.
Inueterascere, & inueterare.
Vetustescere. Contabescere.
Senium contrahere, rugas, caniciem.
Longam ducere ætatem, apud Maxi.
Tithoniam ætatem Viuere,
In longum æuum ætatem producere
Annoso degere æuo. Plin.
In annos procedere.
Ad senectæ limen attingere.
Vitam in longissimum producere,
Videre plenam ætatem, canos annos Plenos dies.
Longos peragere fœliciter annos.
Viuere sæculis innumerabilibus.
Senectutis incommoda sentire.
Vltra fusum. vltra pensum, vltra linũ viuere prouerb. dicuntur, qui vltra fatalem diem viuunt.
Diæta & vitæ moderatione ad summam ætatem peruenire.
Tremulo gradu venit ægra senectus.
Membra leuant baculis, tardique senilibus annis.
Iam mea cygneas imitantur tempora plumas.
Inficit & nigras alba senecta comas
Opprimi, Premi tristi senecta.
Parte premor vitæ deteriore meæ.
Et perit nitidus qui fuit ante color.
Spargũtur canæ per caput õne comæ
Tacito passu. labentibus annis.
Iuuenile decus, mens sensusque perit
Corpore in hoc fesso tarda senecta sedet,
Non sum qui fuerã, periit pars maxima nostri.
Hoc quoque quod superest languor & horror habet.
Baculo incumbens ruitura senectus
Illum totus membrorum deserit vsus
Tarda trementi genua labant.
Vastos quatit anhelitus artus.
Obscænam frontem rugis arat ægra senectus.
Annis grauis atque animo maturus
At mea iam niueis circundat tempora canis,
Et iam ceruleus inficit ora color.
Tarda senectus debilitat vires, animi mutatque vigorem,
Trunco titubantes sustinet artus.
Venit ad nos inopinata senectus.
In senectutum corruere,
Vide to vse.

Old or Auncient things.

Prisca. Vetusta.

annos. nos. s. e. ra lin. ui vl- sum. nect- ue se. pora mas æ. lor. mæ erit cta xi- or us us ra s

Veterum res gestæ, A Nannaco.
Insignia vetustatis monumenta.
Antiquiora quam Chaos & Saturni tempora.
Ab originum sæculo reperta.
Antiquiora diphthera.
Ἀρχαιότερα διφθέρας. prouerb. de rebus admodum priscis, & extremæ antiquitatis.

an Old woman.

Anus, us, ui, quartæ declinationis.
Anicula. γραῦς.
Vetula. Decrepita.

in Old time past.

Olim Iam olim. Iam pridem.
Antiquitus. Apud priscos
Veteres Antiquos. Maiores.
Apud seculum prius.

how Old a man is, vide *Aged.*

Old men wiser, of good Counsell.

Senum consilia non sæpe inutilia sūt inania, stulta absurda, raro labitur senilis ætas in consiliis.
Sapienter fere consulit senilis ætas.
Optimis ac firmissimis rationibus fere semper nititur senilis opinio, sententia.
Sapienter consulunt senes, optimam partem eligunt, non peccant in consilio, non errant, non labuntur non offendunt.
Quorum grandior est ætas, qui Longius ætate processerunt, is eorum solet esse sensus qui a ratione non discedat, recedat, procul absit: qui cū ratione cōgruat, quē ratio cōfirmet, a qua ratio non dissentiat.

to Omit, to Liue, to Passe ouer to Let go.

Prætermittere ἀφεῖναι.
Missum facere. Relinquere.
Posthabere. Postponere.
Transire aliud. Mittere.
Habere missum apud Cice. promissū facere.
Deserere. παραλείπειν.
In præteritis habere.
Præterire. παρέρχεσθαι.

One after another, or One to another, vide *Turne.*

such One, vide *Such maner.*

Onely.

Tantum. Modo. Tantummodo.
Solummodo. Solum μόνον.
Duntaxat. Vnice, Demum.
Omnino. Singulariter.

not Onely.

Non solum. οὐ μόνον.
Non modò. Non tantum.
Nedum. Tantum abest.

to Open, to Vnlock.

Recludere. Reserare. Pandere.
Aperire. ἀνοίγειν. Patefacere.
Hiatu patulo ianua verso cardine aperta sonat.
Cardine tacito verrere fores.
Tellus ima dehiscit.
Panditur foribus domus.
Aperitur vertice sydus.

Opened, Reuealed, Manifested, or made knowne.

Apertum. Manifestum.
Notum. Diuulgatum.
Promptum apud Cice. Testatum.
Compertum. Confessum.
Euidens. Perspicuum.
Quod iam & vates sciunt.
Cognitum. In aperto est.
προσφανές ἐστι.
Detectum est, Denudatum,

Promul-

Promulgatum.
Vulgo innotuit, palam est.
In ora vulgi abiit.
Notissimum. Testatissimum.
Omnium sermone celebratum.
Liquido constat.
Res apertior est quam quæ dici debeat. In propatulo est.
Res ipsa loquitur.
Pro confesso habetur.
In professo habetur.
In professo est. In promptu est.
Exploratum, compertum, certũ, confessum, vulgatum, diuulgatum, clarum dilucidum est.
Extra controuersiam est.
Innotuit omnibus. Frequens effectum est. Increbuit apud me.
Patet. Liquet. Constat.
Non est dubium, ambiguumue.
Venit ea res in confessum.

Openly, in the sight of all men.

Palam. Publicè.
ἀποπεφασμένως.
Coram, aduerb. Plane.
Propalam, prima acuta.
Manifeste. & manifestò.
Apertè. In propatulo.
Non clanculum. Publicitus.
ἐκ τῆς ἰθείας, Ingenuè, ex professo.
Apertis tibiis, prouerb.

to Open letters.

Litteras resignare.
γράμματα ἀποσφραγίζειν.
Aperire recludere literas.

Opinion or minde.

Opinio Sententia.
Sensus.
Iudicium. Coniectura, *vide minde.*

of one Opinion, vide *consent.*

Opportunitie or Leysure.

Opportunitas. Tempus.
Ocium. Locus. Facultas.
Copia. Potestas.
Maturitas, *vide Occasion.*

the Oportunitie is past.

Amissum est tempus, elapsa de manibus est, abijt, præterijt, fugit, euanuit, amissa est, nulla iam est prorsus perit occasio, tempus, opportunitas.

a trimme, excellent, or fine Oration.

Oratio culta exculta, polita, dilucida, grauis, lactea, fluida, lepida perpolita, expolita, clara, præclara conciliatrix, flexanima, perblanda diserta, elaborata, exquisita, compta, elegans, lucida, luculenta, pulchra, Tulliana lucens puritate, in qua apparet natiuus quidam lepor, non ascitus, Tersa, venusta, limata, perspicua, elimata, haud illepida, emuncta, apta, insignita, pulchra, fluens, apposita, instructa omni elegantiarum genere, insignis, illustris, ornata, exornata, adornata, copiosa, larga, vberrima καλλιρρημοσύνη, erudita, non in elegans, tersissima, gemmea, gemmis distincta, fuco & pigmentis illita, mirifica sensuum acrimonia condita, summo studio & industria confecta, omnibus numeris absoluta, erudita facilitate fluens, phalerata, calamistrata, elaborata, lucernam olens, grandiloqua, pura, facilis lenitate quadam profluẽs, aperta ex peritissimis Musarum adytis deprõpta, diues & exuberans orationis flumen.

a rude or simple Oration, without grace, or vnpleasant.

Ora-

Oratio ieiuna, inuenusta.
Tenui conferta poemata filo.
Oratio illepida, iacens, inculta, macra, ociosa, arida, insipida, putida, humi serpens, infœlici vena profluens, inepta inelaborata, insuauis, rancida, Rancidula, inconcinna indigna rhetorices, almis haud elegans, indocta oratio.
Crassior, crassiore filo contexta.
Structa, refractariola, Bud.
Sermo imperfectus, mutilus.
Fabula sine capite.
Oratio parum oratoria.
Dictio non admodum Rhetorica.
Stylus impolitus, illeuigatus.

to Ordeine, vide *to Decree and Determine.*

to order, or to set in Order.

Ordinare. Digerere.
Instruere. Disponere.
Dirigere. Constituere.
Instituere. Constituere.
Componere ordines & agmen.
παρατάττειν.
Aciem, ordinem militarem instruere.
In ordinem coarctare, redigere.
Vide to dispose.

an Order.

Ordo, Series. Ordinatio
Consultum, decretum, institutum.
Digestio. Dispositio.
¶ Ordinatim. Ordine. *Orderly or in order.*
In ordine Exordine.
Ordinate, Composite. *Orderly.*

to breake the Order and aray.

Ordinem deturbare.
Milites suo ordine disturbare
Copias deiicere.
Intercidere aciem.
Hostium phalangem perfringere.
Cæsar.
Ordinem deserere, *To go out of order.*

out of Order, vide *without order.*

to giue the holy Orders, vide *Priest.*

not able to Order or to Rule himselfe.

Puerorum hoc est, auidius appetere vt ad appetendum procliuiores sint, vt eos ab appetendo ratio non satis arceat, contineat.
Aut appetendo nimis efferantur, minime sibi temperent, sibi moderentur, sibi parcant.

in Ordering my house.

Ordure of cattle or men, vide *Dung.*

an Oste, vide *Army*

to take an Oth, vide *to Sweare.*

the Other, the rest.

Alii Alieni. ἄλλοι.
Cæteri. Reliqui.

Otherwise, or else, after an other sort.

Aliter. Alias. Sin.
Multo aliter.
Longe aliter. Contra. Secus.
Alioquin & alioqui.
Contrario modo.
Aliorsum Secius.
Alio Modo. Alia ratione, lege.

Alia-

Alieno more. Alijs artibus.

Otherwise then I thought, or trusted vpon, contrary to my opinion or expectation.

Præter spem omnem obuenit.
Præter opinionem, expectationem.
Præter existimationem accidit.
Aliter quàm sperabam.
Secus quam putabam.
Aliter quàm opinabar, quàm rebar, accidit, contigit, euenit, vsu venit, cecidit, obtigit.
χρῆτον ἢ ἄλλως διαναίνει τ' ἐλπίδα, παρὰ γνώμην συμβαίνει.
Fefellit me mea opinio, spes, meus conatus, labor.
Alio prorsus alio atq; sperabam exitu, res tota conclusa est.
Fefellerunt casus varii spem cogitationum & consiliorum meorum, Cicero.
Venit contra existimationem, Idem ad Attic.
Tentatum antea secus cesserat.
Sallust. Res multo secus euenit, quam fuit instituta.
Euenit præter sententiam, præter spem.
In diuersum exiit, Eras.
Contra quàm putabam, quàm spe votisque conceperam.
Longe secus atque sperabam.
Fors fortuna intercepit.
Anteuertit ancoræ iactum Deus prouerbiali schemate.
ἀντέπεσσε τὴν ἐᾶ ἀγκυρᾶν θεός.
Res in contrarium recidit, dominus Deus in diuersum vertit.
Omnia contra ac putaram euenerunt.
Fallere desiderium, expectationem, spem parentum.
Sæpe hæc mihi spes frustrata est. Terent.

an Ouch vide *Coler.*

an Ouen a Fornace, a Kill.

Furnus. Fornax.
Fornacula Testus, us &
Testum neutro genere.
Fornax calcaria.
Caminus propriè κάμινος.
Clibanus, κλίβανος.

Ouer against.

E regione, ἐκ τοῦ ἀπαντικρύ.
Ex aduerso. Ex opposito.
Ex aduersum dictio vnica.
E conspectu ædium. Ex diuerso, apud Terent. pro eodem. Aduersum.
In conspectu, apud Cæs.

to Ouercome, to Discomfite, to Vanquish to haue the victorie of his enemies.

Vincere. Deuincere.
Euincere. Debellare.
Superare, Expugnare.
Deiicere, Propulsare.
Propellere. Indipisci pugnam.
Victoria potiri.
Victoriam, palmam obtinere, ferre, adipisci, possidere.
Ferre, referre ex hoste victoriam.
Erigere trophæum.
Ad perniciem deducere.
Ferre trophæum, manubias.
ἀναιρεῖσθαι νίκην.
Fugare. *To put to flight.*
In fugam vertere, conuertere, agere.
Hostes in fugam dare, Cæsar, id est, fugare.
Hostem retro agere.
Propellere retrorsum.
Gradu mouere apud Liuium *to driue back or avvay.*
Panoplia hostes exuere.
Opima detrahere spolia.

Impel-

Impellere.i.loco pellere.
Delere copias,regiones,equitatus.
Funditus ad internecionem delere.
Cuneos ferratos transuerberare.
Exuere castris.
Singularem ferre triumphum.
Rerum potiri,vel,hostibus viuis agere triumphos.
Incruentum statuere triumphum.
Reportare victoriam.
Conuincere,Labefactare.
Proterere,fundere hostem,copias hostium,exercitum,agmen.
Profligere. profligare.
Bello funditus deturbare.
Vide to subdue.

to Ouercome, to Conuince or Confute. to Vanquish with good & strong reasons or arguments in disputing.

Irrefragabilibus quempiam rationibus conuincere, elinguem reddere,facere.
Validis & neruosis argumentis irrefutabilibus telis refellere,retundere. Arguendo falsum ostendere prius dictum.
Refellere. Confutare.
Retundere. ἐλέγχειν.
Argumentis,ratione,conuincere,iugulare.
Audientium animos probabilitate percutere,Cic.
Subtilitate quadam disputandi institutum refellere.
Quæstiones argutè mouere,& obiectas argumentationes diluere.
Argumentis rationibusque certis orationem confirmare. Cic.
Validissima conclusione manifestam colligere veritatem.
Argumentis ostendere,probare, *to shevv by reason.*
Efficacibus argumentis reuincere,vt omnem litem illi cedas.
Constringere.
Argumentationes alicuius destruere
Argutè refellere.
Conterere aliquem ratione, verbis, obtundere.

to Ouercome trouble, or heauinesse.

Tædium,fastidium,molestiam paucorum dierum deuorare,metaphoricè.
Vincere. Deuincere.
Ferre. Perferre.
Concoquere. Absorbere.
Absumere. Decoquere.
Iucunda vicissitudine lectoris tædium leuare.
Alleuare fastidium,apud Ambro.
Tædium excludere,eleuare.
Lusu mouere tędium.
Tædia discutere.
Poculis eleuare tædia.
Lenire partimque excutere tædium, contractam ex aliqua re tristitiam aut discutere, aut certè solari.
Tædium regionis, sollicitudinis lectione sacra fallere,fugare,pellere.
Molestiam alicuius rei auocamento leuare.
Colloquiis molestiam itineris leuare. Fastidium oppidi leuare obambulatiuncula.
Vitæ molestias solatiis temperare.
Perniciosum saturo ventri somnum fabulosis impedire colloquiis. *vide free from trouble.*

to Ouerdrinke, vide *to Drinke drunken.*

to Ouerflow,to Drowne,to Surounde.

Inundare. κλυζίσχειν.]
Vndabundè reciprocare.
Crescere. Increscere. Augere.

Augescere. Adfluere, Tumere,
Aestuare Exestuare. *To run ouer*,
Feruere, πλημμύρειν.
Momentis dimensis adsurgere, statis auctibus crescere, apud Plin.
Tumescere, Intumescere.
Ventis intumescit æquor.
¶ Mare dicitur reciprocare, fluere ac reducere. *to flovv and ebbe.*
Statis vicibus intumescere, rursusque in se residere, feruere, & deferuere seu deteruescere.
Nunc in quietis æstibus inundare, nunc incertis motibus in breuia dorsuosa recid ere.
Exundare.
Vltra margines intumescere.
Efferre se alueo Plin.
Restagnare. Superfluere.
ἐκκυμαίνειν
Transgredi, superare littora, ripas.
Aequare alueum.
Redundare. Diffluere.
¶ Reciprocatio maris.
Fluxus & refluxus, *The flood & ebbe.*

to Drowne or sinke in the water.

Submergere Obrui aquis.
Medio sub æquore mergi submergi.
Mergere Puppes, corpora aquis
Ire sub vndas corpore.
Vultus obruit vnda meos.
Imo sub æquore mergit.
Disiicere corpora ponto. Vndis abolere.
Gurgite medio volui.
In fluctum laceras raptare carinas.
Immergere Ponto.
Corpora summo resupina profundo exanimata iacent.
Premit, opprimit caput, animã Fluctus.
Spumosa immergere vnda.
Se iactu dedit æquor in altum.
Præcipitare Pelago.

Ouerly, vide *Lightly*.

Ouermuch, vide *Much*.

to Ouersee, to peruse.

Recognoscere. Recensere.
Pernoscere, *vide to Correct.*

Ouerthwart, vide *Arsiuersie*.

to Ouerthrow, to Destroy.

Fundere. Profligare.
Sternere. Prosternere.
Euincere. Deuincere.
Deiicere. Delere Superare.
¶ Deiicere & Prouoluere, prosternere in terram.
Fundere humi ingentia corpora.
Affligere ad terram, Plautus. *to Cast dovvne vpon the ground.*
Contemptim in terram præcipitare aliquem. *Vide Ouercome.*

an Ouerthrow, a discomfiture, a destruction.

Clades, ὄλεθρος.
Strages, Iactura.
Exitium, φόνος.
Calamitas, pernicies. Cædes

to haue an ouerthrow, to be discomfited.

Cladem accipere.
Fundi sterni.
Profligari, Expugnari.
Cadere in bello dicuntur, qui mortui desiderantur.
Cadere absolute pro occidi. Plautus
Terram ore mordere, mordicus capere.
Castris exui.

Ouerthwartly, vide *Ill*

it ought or must be.

Necesse vel necessum est.
ἐπάναγκες
Fit ex necessitate.

Necessitas est pro eodem. Quintiliano frequens.
ἀνάγκη, oportet. δεῖ.
Trahit, vrget, cogit necessitas.
Necessarium est. Opus est.
Fato datum seu decretum est.
εἵμαρται. πέπρωται.
Fatorum est. Sic fata tulerunt.
Sic in fatis fuit. Ineluctabile fatum apud Virg Ineuitabile.
Immutabile fatum.
Necessitas nos ad ea detrusit.
Ita negotium est apud Cice pro ita oportet, sic res postulat.
Fatis adactus, id est Impulsus.

Out of hand, By and by. Forthwith, Incontinent, Quickly, Anone.

E vestigio ἐκ ποδός. Statim.
εὐθέως. Modo, amodum,
Confestim, Continuo. Subito.
Actutum media producta.
Subinde. Sub manu, apud Senecam. & Sueto παραχρῆμα.
Mox. Iam. Protinus.
Citra moram. Curriculo.
Parua mora.
Nec mora Longa.
Haud mora, continuò.
Oppidò. Maturè Semel.
Antigerio Propediem.
Breuiter. Breui admodum.
Breui. Primo quoque tempore dixit Cicero.
Properè Properanter.
Celerè. Celeriter.
Extempore, Extemporaliter.
Cursim Velociter, Concitò.
Festinanter Dicto citius.
Velis equisque.
Ocyus Extemplo.
Citus Citò. Incunctanter.
Quamprimum, vna dictio.
Quam primum duæ dictiones.
Illico, Hoc velut puncto.
Illicet apud Poætas præcipue.
Omni amota procrastinatione.
vvithout delay, Sine dilatione.
Nulla interposita mora.
Promptissimè, apud Liuium.

he Owed me money.

an Owle.

Bubo noctua.
Hululus. Strix.
Nectimene. Lucifuga.
Auis ferialis, funesta, dera.
Ascalaphus.

an Oxe.

Bos Iuuencus.
Taurus. Bubulcus.

P.

to Pacifie, to make peace, to qualifie: to reconcile or make friends againe.

Componere pacem, rem.
Pacem facere. Confirmare.
Admittere Petere, Exorare.
Sopire dissidium, amorem.
Pacare. Vnire
Iratum placatum reddere.
In vel ad concordiam reducere.
εἰς ὁμόνοιαν ἄγειν.
Reconciliare, reponere gratiam inter aliquos. Terent.
Controuersiam componere.
Seditionem sedare.
Inimicitias, dissentionem, odium extinguere, ponere, deponere.
Inire pacem.
Conficere pacem.
Conciliare, in gratiam ponere, restituere, Cicero.
Offensum in gratiam redigere.
Sarcire protinus offensas, ne in simultatem exolescant.

Instaurare concordiam.
Reducere in gratiam.
Rumpere contentionis & dissensionis funem.
Contentioni imponere finem.
Coniungere Colligare.
Copulare, Cice.
Tollere prælium,
Componere litem, controuersiam.
Sarcire pacem.
Litigantes comprimere.
Dissidentes in gratiam redigere.
Dissidium finire.
Restinguere incendium.
Consopire querelas.
Pacis glutino dissidentes conciliare
Procul eiicere quicquid rancorem, quicquid simultatem sapit.
Perniciosum tollere schisma.
Quam celerrimè turbata componere
Reconciliare æmulas ciuitates veri principis est, Plin.
Mutuas simultates, recōciliatis animis, in bonam gratiam & amicitiam vertere:
paterno eniti studio, vt perniciosa periculosissimaque in Christiana religione dissentio, ad piam vnionem redigatur.
Tempestatem sedare vel tumultum:
Seditiones coërcere.
Componere rerum motus, res turbatas, bellorum tempestatem:
Litis nodum dissecare.
Componere bellorum tumultus.
Coagmentare pacem, Cicero.
Reparare, conglutinare concordiam:
Deponere arma,
Defensionem extinguere.
Discordiam sedare, placare, dissipare, tollere.
Tragœdiam omnem sedare.
Principum cohibere arma.
pacem orbi reddere.
Perniciosissimū mundi tollere dissidium.
Frementem ciuili odio ac bello pacare ciuitatem.

Ad pacis concordiæq; studium totis viribus incumbere:
Nihil non facere pacis conglutinandæ studio.
Componere bellorum vndas:
Principum motus componere.
Rectis bellorum seminariis pacem adamantinis vinculis astringere.
Principes perpetua pace inter se conglutinare.
Acerbis odiis dissidentes principum animos in Christianam adigere concordiam:
Dirimere, tollere controuersiam.
λίαν κόπτειν τὸν ἀγῶνα.
Dextras iungere. prouerb.
Cogere in fœdera, in concordiam dissidentes.
Charitatem resarcire.
Cum libuit pacem placidis immittere tectis.
Libera per tuas ambulat illa vias.
Pax ades & toto mitis in orbe mane,
Pax cererem nutrit.
Pacis alumna ceres.
¶ Rem inter se transigere, concordare, componere.
In concordiam redire, reuenire.
Bonorum virorum arbitratui, dissēsionis causam permittere, *To put in compromise and arbitrement.*
Amicorum arbitrio rem permittere
ἐπιτρέπειν οἰκείοις.
Compromittere, & Compromissum facere, apud Cicero.
Compromissum pacisci, ἐπιτρέπειν.
Stare iudicio aliorum.
Relinquere arbitrio, sententiæ, iudicio alterius.
Litem ad boni viri arbitrium mittere.
Rem alterius arbitrii facere.
Acquiescere, contentum esse arbitrorum sententia.
ἀγαπᾶν τοὺς δεδικασμένους.
Alterius iudicium petere, subire, vulgus submittere se dicit.

to Pacifie, to Mitigate, to Asswage.

Pacare. Placare. Pacificare.
Mulcere. Mitigare. Mollire.
Lenire. Sedare.
Restringere.

a Packe, vide *a Burden.*

to Pay, to cōtent, to Satisfie.

Persoluere. Exoluere.
Soluere apud Terent. Pendere.
Dissoluere. Debitum reddere.
Pendere æs alienum, debitum.
Vectigalia, tributum pensitare alicui pro soluere.
ἀπάγειν τὸν δασμόν.
Resoluere æs alienum, mutuaticium.
Numerare. Dependere τίειν.
Facere satis. Satisfacere.
Rescribere, pro restituere, reddere renumerare. ἀντιπιστέλλειν elegans est apud Horat, & Terent.

to Pay for another.

Pro alio vel altero Soluere satisfacere persoluere dependere, præstare.
Illius promissio, solutio tua erit.

he is not able to Pay.

Non est Soluendo, non potest soluere satisfacere.
Non habet vnde soluat.
Non suppetit vt creditoribus persoluat.

a Payle vide *a bucket.*

Paine vide *Griefe.*

a Painfull life.

Vita acerba, molesta, grauis, Amara, tædiosa, misera, infœlix. *Vide noble death.*

he Painted very well.

Apelles veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, mire pinxit, egregiè, sic, vt nemo melius.
Singulari expressit atque exornauit artificio, egregiis picturæ coloribus illustrauit, perfecit, ac perpoliuit egregiè.

a paire of spectacles, vide *Spectacles.*

a Pale, vide *a post.*

Pale, or swart colour,

Luricus, quasi loridus.
πελιδνός. Subniger.
Liuidus. Plumbeus.

a Pallace.

Regia substant. Regia domus.
Ædes imperatoriæ, Diæta.
Curia. Palatium, βασίλειον.
Aula principis, αὐλή
¶ Aulici. Curiales.
Palatini, Proceres aulici. *Courtiers.*
Palatinos fumos frequentare, sequi, *To follovv the court.*
Magister curiæ.
Præfectus aulæ palatii. *The stevvarde.*

a Pallet, vide *a Bed.*

a Pan, vide *a Frying pan.*

a pannier, vide *a Basket.*

a pantoufle, or a slipper.

Crepida. κρηπίς.
Sandalium. Solea.
Baxea, apud Apuleium.

a pantoufle maker.

Sandalarius. Crepidarius.
Diabathrarius Solearius.

paper.

Charta, Chartula χάρτης.
Papyrus & papyrum neutro genere apud Plinium.

Membranula.
Macrocebum vocat Hermo. Bar.
Chartam longiorem, maiorem, πεπτυχες ἡ. Iunci vel scirpi species in Aegypto nascens, pro eadem vsurpatur, quod in ea Aegyptii scribere solebant.
Primum ab Alexandro rege inuenta
capus, *A realme, or a quier of paper.*

blotting paper, that will not beare inke.

Papyrus bibula, perfluens.
Charta emporetica
Papyrus atramentum transmittens, absorbens.

paper royall.

Claudia charta.
Imperialis, Regia Macrocubũ, Plin. à staturæ cubitalis longitudine.

a Paramour a Sweete heart.

Amasia, Amica.
Amatrix, Gallina.
Concubina. παλλακίς.
Corculum. Glycerion.

to Pardon.

Parcere, Ignoscere.
Veniam precari.
Dimittere, Veniam dare, concedere
Remittere, Indulgere,
Fulmen suum feraque corda reconder.
Nec veniam læso numine casus habet.
Deos poscere veniam, *Vide to forgiue.*

Parentage, vide Kindred.

parents.

to Parget, plaister walles.

Tectorium inducere.
Crustare.
Incrustare parietes.
Lutare, Delutare.
Trullisare.
Gypsum inducere.

a parke, vide Forest.

to keepe or hold a Parliament.

Conuentum facere,
Conuentum agere, peragere, agitare, celebrare.
Comitia facere, apud Cic.
Comitia agitare, habere, & gerere pro habere.
Comitia, Synodum celebrare.
Aiunt breui summorum principum conuentum Ratisbonæ fore.
Ire, conferre se ad comitia, ἀρχαιρεσιάζειν,
Cogere consilium, synodum.
Instituere comitia.
Indicere conuentum, comitia celebranda Bruxellæ,
¶ Indicere, edicere comitia sacra.
Generalem indicere synodum.
Comitia differre, vel detrudere.
Reiicere in alium mensem, in annum alterum.
Instituere, inire conuenticula, conciliabula, de sceleratorum & hæreticorum consiliis dicitur.
¶ Sacri imperii, vel imperialia comitia.
Imperii conuentus,
Conuentus imperialis, solennis, *vide to Gather.*

a Parler or a priuie Chamber.

Cœnaculum, Varro.
Cœnatio. Columel.
Conclaue. Thalamus.
Penates. Penetrale.
Domus interior.

to parte to Deuide, to Separate.

Partiri. Diuidere. Distinguere.
Dirimere. Distrahere. Dissoluere.
Deducere. Secare. Discindere.
Deriuare. παράγειν.
Disiungere διαζεῦξαι.
Disparare. Cæs. Dissecare.
In diuersas partes locare.
Sequestrare. Discriminare.
διορίζειν. χωρίζειν.
διατέμνειν. μερίζειν.
Partes facere,
Separare. Segregare.
Seiungere Auellere.
Scindere, Semouere,
Diuellere: Disgregare,
Dimouere, secernere.
Discludere, pro separare. Virg.
Discludere Nerea ponto.
Interiicere se pugnæ. *To stand or sit betvveene.*
Disterminare, agros propriè concernit.

to part, to Distribute.

Communicare Partiri.
Impertire & Impertiri.
Partem dare. Impendere,
Participem facere,
Elargiri. Distribuere,
μερίζειν. μεταδιδόναι.

it is your part, or it toucheth you very neare.

Tua refert. Tua interest,
Tua res agitur. Tibi incumbit.
Tibi luditur, apud Pers.
Tuarum est partium.
Tuæ sunt partes. Officii tui est.

it is not your part but mine, it is no Matter to you, but it Toucheth me.

Non tua, sed mea interest,
Hoc tua nullam in partem interest, mea multum, tua minimum refert mea plurimum.
Ad te nihil, ad me valde pertinet.
Tua res in hoc nulla, mea vero agitur maxima.
Hoc ad res tuas momenti nihil habet, vim nullam habet, minimum valet.
Ad meas valet in omnes partes, multum interest, refert, multum habet ponderis.

to passe ouer, vide *to Omit.*

to passe ouer the water.

Cymba, nauigio traiicere, trãsuehere
Lintre vehere.
πορθμεύειν. ἐπιδημβαίνειν.
Transire. Transfretare.
Superare. Exuperare.
Emetiri Mosam, Domellam, Albim. Diliam.
Tamesim. διαπορθμεῖν.
Pandis traiicere per freta linteis, id est velis.
Transmittere, absolute.
Metiri mare pro transmeare.
Ire naui, nauigio.
Traiicere classe Italiam.
Transmittere, traiicere flumen.
Tumidas lati superare fluminis vndas.
Traiicere celeri pede.
Exercitũ nauibus deportare frequẽter Liuius dixit.
Vi facere viam.
¶ Traduci. Transuehi.
Vehi. Peruehi.
Rumpere aditus,
Transmitti.
Innocuum dare alicui iter.
Deferri ratem in vlteriorem Mosæ ripã *to be conueyed or caried ouer.*

passed, that is past, and gone,

Præteritum, Exactum.

Transcursum, Euolutum,
παρεχκείμενον.
φθάσαν. Elapsum.

to passe, vide *to Excell.*

passing well.

I passe not, vide *I care not.*

a pasport, or a Safeconduct a Certificat.

Fides publica, apud L. & Sallust.
Senatus placitum, consensus.
Saluus conductus, vulgo dicitur,
Sunt qui postremum reprobent tanquam barbarum cum tamen Neotericorum scriptis & apud Suetonium reperiatur in vita Cæsaris.
Commeatus. Causaria missio.
Symbolum itineris.
Tessera transitus,
Libellus profectionis,

to giue or graunt a pasport.

Publicam fidem interponere,
Tuti itineris literas concedere.
Dextram dare securitatis, 2, Machab cap. 11. *to giue a safe conduct.*
Dare vel concedere commeatum, tametsi nõnulli barbarum censeãt, & etiam, commeatum dare significet viarum impendia benigne præstare, sumptus ad iter ministrare magnificos.
Dare fidem vt tuto ire ac redire liceat.
Liberum ac saluum conductum, commeatum concedere.
Securitatem præstare.
Vnde iure gentium receptum est oratorem seu legatum, vel publicum agentem negotium, nec cædere, nec violare.
πρέσβειν ϐ τὸ πταιν. ϐδε ὑβρίζειν,
Saluum conductum dare,
plebiscito potestatem facere impunitate promissa, quod Græcis est ἄδειαν διδόναι, ἢ ἀσφάλειαν.
Securitatem à quoquam postulare. *To require a Pasport.*
Accipere fidem publicam. i. impetrare saluum conductum.
Publica fide venire, ac redire. *To come vpon safe conduct.*
Fidem publicam habere, & ita ad comitia aduentare.

For pastime or Sport.

Animi causa.
Animi gratia subticetur eleganter di ctio reficiendi vel recreandi.
Oblectamenti causa.
Delectationis causa.
Animi laxandi causa, gratia.
Voluptatis causa, apud Valo.
Ad oblectationem,
Oblectandi nostri gratia, nam laxamento opus est.

a Pasture, a place where beastes feede.

Ager compascuus seu pascuus ager.
Pascuum, neutri generis.
Pascua sub fœminino genere frequẽt in sacris. Pratum.

a patent, vide *Bull.*

patient, Quiet.

Patiens ταλαφρον, AEquanimus Longanimus Tolerans Sustinens Socrates.
Communi animo.
Aequo animo ferens.
Aduersa quæque ac contraria boni consulens.

to be patient to take patiently.

Pati, ferre malum fortiter
Aequo, leui animo pati, ferre patienter pro quo vulgus patientiã habere dicit.

Eodem vultus tenore, etiam aduersis interpellantibus, perstare.
Solinus de Socrate.
Malum efferre Cice, patiendo scilicet
Vincere, subducere, Sepelire.

patient in aduersitie, vide *ill Fortune*.

patiently.

Aequanimiter Patienter.
Fortiter. Constanter.
Toleranter, Tranquilla mente.
Patienti, constanti, fata æquo, bono animo ferre.

a path, vide *a Way*

a patron or protectour: a Defender.

patrocinator. Patronus.
protector. Defensor.
Tutor defensator.
Mecænas.

a pauillion vide *Tent*.

to pause, vide *to Tary*.

to make peace, vide *to pacifie*.

to hould his peace, to keepe Silence.

Tacere. Reticere.
Obticere Obticescere.
Conticere. Conticescere.
Labia comprimere vel linguam vocē
Pythagorico vti silentio.
πυθαγορίζειν.
Linguam frenare, refrenarr.
Digito labellum compescere.
Tenere silentium, apud Ouid.
Fauere absolute pro silere, apud Terent.
Facere finem sermonis.
Fauere, adeste æquo animo.
Fauere linguis apud Senec, & Ouid.
Linguisque animisque fauere.
Silere. σιγεῖν. Supprimere.
Harpocratem agere, vel Angeronam
Continere audita, arcanum cælare.
Rediturus per iugulum voces retinere, Tenere se in silentio vel intra silentium. Premere vocem, est subito obmutescere.
Obliterare. Immutescere.
¶ Silentio præteriere, inuoluere.
Transire. Pertransire.
Supprimere, Prætermittere.
Taciturnitate, silentio cælare.
Nescire quod scias.
Dissimulare quasi nescias.
Premere quicquam ore *To keepe close*
Manum ad os imponere,
Obdere, imponere frenum ori, labiis.
Non temere ad quemuis effutire,
Continere vocem stultitiæ indicem, apud Cic. Consilere voce.
Præstare silentium, apud Ouid.
Præteriire Omittere.
Nullam de re facere mentionem.
Prætercurrere. Transilire.
Saltum facere, *To passe*.
Quod muti citius loquantur quam ille,
Cuius dicta pennis carentia haud longe auolant.
Libere dixeris, verba sine pennis erunt,
Quod scio nescio,
Silentium dare, facere, agere.
Harpocrati dictum esse puta,
Vel lapides citius loquantur,
¶ Silentium vendere maga pecunia apud Alco, pro accipere pecuniā pro silentio,
In silentium descendere,
Argentanginam pati, vt de Demosthene ferunt,

a pearle.

Margarites, vel ū̄m. Gemma,
Margarita μαργαρίτης
Anio, & per similitudinem Bacca.

a peece, or Morsell.

Pars, particula.

Frustum. Frustillum.
Petia, iuriscōsultis frequens, vt petia terræ, sed gallica potius dictio quā Latina.
μέρος. μέριον.
¶ Recisamentum papyraceum, chartaceum, membraneum, *a peece of paper or parchment*.

peecemeale, in peeces, morsells, or gobbets.

Minutatim, vel Minutim.
Incisim. Frustatim.
κλασμάδην. Frustulatim.
Assulose. Assulatim.
κατὰ σκινδαλμούς.
Membratim. Gradatim
Particulatim. Per membra.
Articulatim. Ossiculatim
Partem per partes. παρὰ μέρος.
Per numeros. Per species.

a peece of Trouble, a Troublesome busines.

Difficilis res est, laboriosa, nō facillima, minime facilis, difficultatis habet, negotii, laboris plurimum.
Non ea res est, quæ facile, paruo negotio, leui labore, non magno studio effici possit.
Magnæ difficultatis, multi laboris, non parui negotii, non operis exigui.
Laboriosa operosa, grauissima res est in qua sudandum sit, sustinendi labores.
Multum operæ ponendum vigilandū excubandum animo sit, non leuiter laborandum, studii multum, industriæ plurimum sit adhibendū.

a Pellet, vide *a Gunnstone.*

to pilgrimage, vide *to Go in pilgrimage.*

a pen-Horne.

Calamarium. θήκη.
Graphiarium. Theca calamaria.
γραφείων θήκη. Theca pennaria.
Theca graphiaria.

to make on Pensiue, vide *to grieue one.*

pensiuenesse, Sadnesse.

Anxietas Angor. Sollicitudo.
Ægritudo. Tristitia. Mœstitia.
Dolor. Grauitas. Luctus.

penury, vide *Scantnesse.*

people, vide *Folk.*

peraduenture, perchaunce.

Forsitan. Forsan. τάχα.
Fortassis. Fortasse. ἄρα.
Fors. Forte. συμβὰν.
Fortuna. Casu.
Forte fortuna. Temere.
ἐκ τύχης Fortuitu, vel fortuito.
κατὰ τύχην.

to Perceaue, to Foresee.

Præsentire. Subolere.
προαισθάνεσθαι.
Suspicari. Suspectum esse
Suspitionem habere.
Arbitrari. Existimare.
Putare. Autumare.
Rescire. Resciscere.
Odorari metaph sicuti.
Subodorari, & olfacere.
ὀσφραίνεσθαι. Olfactare.
Tanquam per somnium intelligere.
Per nebulam rescire.
Per caliginem intelligere, videre.
Persentiscere. Præsentiscere.
Quodam suspitionis odore sentire aliquid
Summis naribus olfac meminisse.
Per somnium quidem ere,

Esse in suspitione.
Leui experimento coniecturàq, qua-
lemcunque deprehendere.
Suspitionem in pectus demittere.
Animum alicuius tangere dicitur sus
pitio.

to perceaue, to Under-stand.

Percipere. Intelligere.
Mente Assequi.
Comperire. Inuenire
Perspicere. Cognoscere.
Accipere. Audire. Videre.
Compertum vel exploratum habere
Spectatum, expertum, exploratum.
perspicuum est mihi.
In promptu est.

ye may perceiue or see.

Videre est. Cernere est.
Videre licet. Cernere licet.
Videas. Cernas vel cerneres, pro cer-
nere potuisses.

not to perceaue, vide to Vnderstand.

a Piercer, vide Auger.

perfectly, vide Exactly.

perfect, vide Absolute.

to performe indeed.

Præstare factis & exprimere, apud E
rasm. frequens.
In opus transferre.
Ad rem ferre, producere,
Opere comprobare, perficere.
Conferre verba ad rem.
Rebus respondere, explere.
Effectui mancipare, tradere
Effectum dare to fulfill, Terent

perrill vide Daunger.

to perish, to Decay.

Collabi. Dilabi,
Perire. Concidere.
Oppidum intercidere dicitur.
Intermori. Interire.
Desperire. Consenescere
Cadere A ruina sæua
Corruere. Ruere.
Ruit alto a culmine Troia.
Senescere Inueterascere.
Labi, dilabi apud Ciceronem.
Occidunt, desinuntq́, fragilia & cadu-
ca. Mutari. Labascere.
Conflaccessere. Occidere à cado.
Cum fundamento perire.

Ruinam minitari vel casum.
Sic vetustate dissoluta dicuntur labi
id est sensim ruere.
Definire, finire, *To take an end.*
Deflorescere, Metaphora ducta ab
arboribus. Cicero.
Deflorescit formæ dignitas morbo
aut vetustate.
Defluere, Metaphora ducta ab am-
nium fluxu, similiter & effluere. E-
uanescere, Ire in auras, Disperire,
Disparere, ad nihilum recidere.
Abire pessum, id est perditum.
Exarescere. Metaphorice.
Cedere æuo, Soli,
Senio collabi.
Monumenta fatiscere dicuntur.
Scripta tempore tabescere. vetustate
deleri. Quæ non penitus sublata
est sed extat.
Cuncta in æquoreos abiecerit irrita
ventos.
Cuncta vt letheis mersa feruntur a-
quis.
Extinctum longis excidit ōne malis.
To vvaste avvay by length of time.
¶ Vindicare ab obliuione hominum
atque silentio laudem prope senes
centem.

Nobilissimam familiam iam ad pau-
cos reductam pene, ab interitu vin
dicare, Vtrumque, apud Cice. *To
renevv or restore againe.*

to permit, to suffer too much: to giue ouer-much liberty,

Nimium indulgere, permittere.
Indulgentius aliquem habere. apud Erasmum.
Lenius tractare, habere,
Assentari. Obsequi.
Dare licentiam. Cice.
Consentire,
Laxare habenas, fræna licentiæ.
Remittere frena.
Effrenem non satis coercere adolescentiam.
Adolescentes sibi permissi sese perdunt.
Lora, habenas dare laxas.
Laxiore ducere habena.
Concedere facile, ἐνδιδόναι.
Delicatè tribuere, atq; ita adolescentem, prolem, gnatum perdere, corrumpere, deprauare, malis moribus inficere. *to mar, to spill.*
Nimia indulgentia filios inferni barathro immergere.
Parua siquidem indulgentia filiorũ flagitia in immensum crescunt.

a perpetuall renowne, vide *Euerlasting.*

to persecute, vide, *to Vexe.*

a parson, vide *a Curate.*

to perswade fully, earnestly,

Instanter persuadere,
Incitare. Adducere.
Suadendo inducere.
Impellere. ἀναγκάζειν.
Inculcare Metaphoricè.
Fidem facere alicui.
In sententiam aliquem impellere.
Aliqua ratione inducere.
persuadere.
Huic magnis præmiis pollicitationibusque persuadet, vt ad hostes transeat.
Mouere afficere, *To mooue.*
In sententiam suam trahere quempiam, seu adducere.
συναγορεύειν,

by your perswasion, vide *Counsaile.*

to peruse, vide *to Correct*

the pestilence, or the plague.

Pestis. Pestilentia. λοιμός.
Pestifer morbus.
Aeris venenum, Corruptio.
Aer corruptus.
Pestilitas pro eodem, apud *Lucr.*
Febrilis, atra pestilens, dira Lues
Epidimia, vulgo.
Contagio aeris infecti.

a petten, or a wooden shooe.

Calceus ligneus, ex ligno.
Calo. Solea lignea Soccum.
Calopodium. καλοπόδιον.

peeuish, vide *Obstinate.*

a phisition,

Medicus. ἰατρὸς ἀκεστής.
Medicamentarius à Plin. dicitur cognoscens morbos artemque medendi,
Medicus quem naturalium rerũ profunda cognitio, curandique fides commendat.
Clinicus à lectis ægrotantium quos frequentat.
Medices professor.
Artis Medicæ peritus,
Empiricus ab experientia.
Arte medica insignis.
Morborum propullator.
Archiater, ἀρχιατρὸς, Medicorum princeps.

Saluator noster à D. Hieronimo Archiater dictus, quod sit medicus Christianorum, & animarum languentium præsentissimus opitulator.

Et vt refert Galenus, Græcis ἀσκληπιάδου παῖδες. Medici dicuntur.

Phœbus. Æsculapius.

Chiron Et Cteniatrus.

κτηνίατρος, apud Firmicum, & iumentorum & pecorum medicus, quem mulo medicum interpretantur & Veterinariũ Columela cum Varrone vocant. *A horse Leach.*

Et morbi armentarii, apud Soli, quibus armenta laborant.

a Phisicke, *or a Remedy.*

Medicamentum. Medicamen.

Salubre, Salutiferum.

Medicina. Remedium.

Antidotus, vel antidotum.

Venenum, pro eodem.

Succus amarus, apud Poët.

Pharmacon, Mithridatum.

Theriace. Medela.

ἄκεσμα. ἄκεσις

Alexicacon ἀλεξίκακον, quod etiam Amuletum dicitur, est remedium Cõtra quæcunq; mala ac venena.

Alexipharmacon, auxiliare medicamentum.

Salus pro remedio. Virg.

Vna salua victis.

to Picke *out*, vide *to Choose.*

a Pike, *a Speare.*

Hasta framea Germanorum.

Lancea Hispanorum à latitudine ferri dicta. λόγχη.

Pilum Romanorum & telum.

Materis gessum vel gesum Gallorũ.

Quiris Sabinorum.

Iusfus Bauarorum.

Sabina Illyricorum.

Sarissa Macedonum, Tragula,

Hastile. Contus, Cuspis pro hasta.

Halabarda, *an Halbard*, apud hirasomnium ferè est apparitorum, stipatorum, germanis tam superioribus quàm inferioribus in vsu. Hæc à nonnullis dicitur Cumigellus, ab aliis Bipennis.

Venabulum ὑσσός.

¶ Hastis pugnare, dimicare δορατίζεσθαι, μάχεσθαι διὰ δοράτων.

a Pillar, *a prop, a Shore, a Stay.*

Pila. Columna.

Columella Plinius columnas stellas appellat.

Fulcimentum. Fulcrum.

Cippus pro Columna ponitur.

Stylus. Anchora domus metaph.

Gubernaculum. Teren.

Columen familiæ, cui reliqua domus innititur.

Epistilium, latinè Capitellum, *The chapter of a piller, the foote of a piller*

Pilles *of phisicke.*

Pilulæ, quod ad similitudinem pilæ sunt sphæricæ figuræ.

Trochisci, qui Græcis dicuntur.

Catopotia, à καταπιεῖν.

Cathartica. *a purgation.*

Vicioso purgare corpora succo.

a Pillorie.

Collistrigium. Columbar.

Numellæ.

Cauea pro maleficis & aduletris castigandis, superposita posti erecto.

a Pillow, vide *Cushen.*

a paire of Pincers, vide *Tongs.*

a Pipe, *a Flute.*

Fistola vel fistula. Calamus

Tibia. αὐλός.
Syrinx vel Syringa, σύριγξ.
Auena per metonymiam sicut & Cãna.

a Piper, a Fluter, a Minstrell.

Tibicen, med. prod. quasi Tibicen, hoc est, ἀυλητὴς aulites, apud Græcos, cuius Fœmineum ἀυλητρὶς quæ in tibia canit.
Tibicina Tibicinistria, & Tibicinaria.
¶ Lyristes, lyricrepa lyricen λυρῳδός qui lyra canit.
¶ Cornicen, qui cornu canit κερῳδὸς Cornicinus, apud Cic.
¶ Tubicen, med. cor. qui in tuba, id est Buccinator vel Aeneator, *A Trumpetter*, ab ænea tuba.
Canens tuba, Classicus.
¶ Liticen, qui in lituo canit.
¶ Choraules vel Choraula, *A piper for a dance*.
¶ Aulœdus aut fistulator latinè.
Ciceroni, & apud Mantuanum fistulicen, *A Fluter*.
¶ Fidicen med. cor.
¶ Citharœdus κιθαρῳδὸς, vel citharam tendens & Apollinei peragẽs officium vatis, citharam plectro crepitante fatigans, *A Harper*.
Fauoris emerendi gratia chordas percurrere.

to pipe, to Flute.

Ludere fistula, tibia, calamo agresti.
Canere tibia.
ἀυλεῖν.
Dat tibia sonos, Stridebat tibia cantu.
Agere tibicinem.
Tibiæ modis conuiuas oblectare.
Ad numeros rasilem inflare tibiam.
Syringa melos fundere.
Resonis cannis, dulcisona modulari carmen auena.
Fistularum imitari modulos turbarumque concentum, Soli.
Peritus ore fistuláque cantare.

to pisse, to make water.

Meiere, Mingere, οὐρεῖν,
Facere vrinam. Lotium facere.
Vesicam leuare, exonerare.
Emittere lotium, vrinam, vel excernere.
Mictitare, Vrinam reddere.
Agere flumen, *to make a riuer*. Cicer: prouocare, mouere vrinam.

a Pisspot, or Chamberpot, a close stoole.

Matula, Vrinale.
οὐρητρίς, ἀμίδιον.
Metella, apud Martialem & Metellio diminut. οὐροδοχη.
Schaphium. σκαφίον.
Vasculum vrinarium, excrementicium.

to pitch his tents.

Castra metari deponentale, aut distinctim.
Metari castra. κατασκηνοῦν.
Castra ponere, locare.
Stationem habere. Tendere.
Facere. Figere castra, apud Cæs.
Tendere papiliones, tabernacula.
Figere tentoria.
στρατοπεδεύειν.
Conferre castra castris, est ex opposito metari. Cæsar.

a Pitchforke,

Marga, æ. Columel.
Furca, Furcula. δίκελλα.
Fuscilla. Bidens. δίοδους.
Tridens. τρίαινα.

Pitie, vide Compassion, to giue place, vide to Recule.

to put in the place of another, vide *to Suborne*.

the Plague ,vide *pestilence*.

to haue the plague, or to bee sick of the plague.

Pestifero igni æstuare, exestuare, peste laborare, morbo exitiali, Luc. λοιμωττειν.

The plague increaseth , or vvaxeth very hote .

Vegetius. Aère corrupto perniciosissimus nascitur morbus pestilens, contagium passim locorum serpit. Pestis incrudescit, quasi pestiferi morbi repullulant & ingrauescunt passim vagantes.

Dicitur præterea Grassari , Sæuire, Desæuire quum nihil à pestilentia tutum, sed ingenti hominum clade inualescit, & omnia nouo pestilētiæ genere conflagrant, ardent.

stage Players.

Comœdi. Tragœdi.
Histriones, Mimi.
Pantomimi penult. prod.
Fabularum actores,
Planipedes,
Ludiones, Ludij.
Thymelici θυμέλικοι, vnde in canonibus sacris.
Scenici. Theatrici. Actores.
Imperator histricus vel comicus & Choragus, qui præest exhibendæ comœdiæ .

to Play a Play *vpon a stage*.

Agere, recitare ædere fabulam, comœdiam Aedere spectacula
Instituere ludos.
Celebrare, Concelebrare ludos.
Ludis celebrare diem natalem.
Dare, Exhibere spectaculum , *Vide Scaffold*,

to Play the wanton, vide *wanton*.

a Ioyners Plaine.

Dolabra. Dolabella, ἀξίνη.
Dolatoria, apud D. August.
Planula, idem. Ascia. Asciola.

Plaine, vide *Euident*.

Plainly, vide *Simply*.

a Plaine dealing Man.

to plaister walles, vide *to Parget*.

a Plaister.

Emplastrum, quamuis rectius cataplasma.
Malagma, à mollificando.
Epithema, quod etiā, *a Tent* significat
Basilicum, apud Celsum pro eodem
Ceratum, *a Cerecloth*.

to Plane, *or to make plaine or Smooth*.

Dolare, σχεδιάζειν.
Edolare. Dedolare.
Polire. Radere,
Aequare. Planare.
Complanare. Leuigare,
λειαίνειν. Leuare.
Dolabrare. Dicitur etiam dolio, as
Asciare. Exasciare.
Scabrum, impolitum, vel distortum, planum reddere, leuigare,
Pilare pro complanare, πιλεῖν.
Abradere aliquid acuta dolabra,
Aliquod opus politius limare.
Delimare, Elimare.
In quadrum redigere, *to Square*, in ordinem aptamque structuram cōcinnare, exæquare.

Exascitatum opus, apud Plautum, id est, vtcunque dolatum, leuigatum nondum tamen vndequaque politum,

Porma.

Porma rudi delineare.

to Plant.

Plantare. operire sulcis.
Concretam radicem affigere terræ.
Radice in tartara tendit.
Penitus terræ defigere arborem.
Vitem tenui committere sulco.
Humo tegere ac foueis abscondere.
Plantas, stirpes obruere terra.
Summum cacumen mandare terræ.
Plantas feraces figere humo.

a Plate of any Metall.

Lamina. ἐλασμός. Bractea.
Bracteola ex quibuscunq; metallis.
¶ Bracteator & bractearius, *a Plate beater.*

a Platter, vide *Dish.*

to Pleade, to go to Law.

Iudicio decertare, contendere.
Litem agere. Litem habere.
Lites agitare. Certare.
Lege agere. Iudicio experiri.
δικάζεσθαι.
In iure disceptare, quod græcis est. δικαιολογεῖσθαι.
Causas agitare, apud Mart.
Suscipere litem.
Litigare.
Causam, lites agitare, apud Erasmũ.
Contendere.
Disceptare. Iudicum sententiis cõtrouersiam finire.
Iure controuersiam dissoluere.
Agere ex syngrapha cum aliquo.
¶ Litium tricis sese impendere.
Habitare in foro, apud Cic. in forensi commentatione assiduum esse. *Still pleading.*
¶ Forum agere. Ius dicere.
Iudicia exercere. Iudicare.
Diiudicare. *To iudge, to sit in iudgement.*

a Pleadge, vide *Surety.*

Pleasant, Delectable.

Gratus. Suauis. Placidus.
Acceptus. Dulcis.
Delicatus. Lautus.
Amœnus. Lautus.
Amœnus. Iucundus.
ἡδονός. Delectabilis.
ἐπιχαρής. Volupe est.
Voluptuosus. ἡδυσμένον.

Pleasant and profitable, vide *Learning.*

a Pleasant saying, merry in Talkes.

Dicta dicit eiusmodi, iis vtitur dictis, ita facetiis valet, ita bellè scitè venustè, argutè, ingeniosè festiuè, lepidè iocatur, vt singulis verbis risum excitet, commoueat, faciat, vt audientes mira voluptate perfundat.
Eius dictis, facetiis, iocationibus mire capiantur omnes.

Pleasant, vide *Iestingly.*

it pleaseth or liketh me well.

Animo sedet: apud Virg.
Cordi est. Placet. In animo est.
Perplacet. ἀρέσκει.
Gratum est, Acceptum.
Deo visum.
Placitum est. Sedet arbitrio.
Arridet. Blanditur, Adblanditur, frequentia apud doctos.
Pergratum mihi est.
Accipio legem, conditionem.
Placuit animo. ἥνδανε θυμῷ, apud Hom. Lubitum est animo.
Palato satisfacit.

it Pleaseth me not.

Displicet. Sordet. Pudet.
Non est visum mihi.
Non probo. Nolo.

a Pleasure or commoditj.

Commoditas. Commodum.
Amœnitas. Oblectamentum.
Oblectamen. Delectamentum,
Delectatio. Oblectatio.
vide Gladnesse.

to doe one a pleasure or good Turne.

Gratificari χαρίζεσθαι.
Beneficium conferre, dare, præstare.
Rem gratam facere.
Pergratum illi facies, apud Terent.
Gratum facere. Cic. Sed quando ita natura comparatum est, vt qui rē nobis gratam faciant, in eos voluntate simus propensiore, nō rarum est, vt gratificando apud nos gratiosi sint, i. authoritate multū pollentes.

to take Pleasure, vide *Delight.*

a P*lenteous table*, vide *Banket.*

P*lentifull*, vide *Abundante*
P*lentie*, vide *Abundance.*
P*lentifully*, vide *Abundātly*
the plurisie, vide *Stitch in the side.*

to Plowe, vide *to Eare.*

a Ploughman, or Husbandman.

Arator. Colonus. Agricola.
Rusticola. Rusticus. Cultor.

to plucke in sunder.

Diuellere Dirimere.
Dissoluere Distrahere.
Detrahere. Decerpere arborum poma, Vuas, Fructus, Carpere aliquid.

to Plucke out, or pull vp by the rootes.

Euellere Extirpare.
Eradicare. Eruere.

the Spanish or French pockes.

Scabies Hispanica, Gallica.
Scabies Neapolitana. Lues.
Polcæ Gallicæ, apud Eras.
Gallica lues. Pudendagra.
Morbus Gallicus.
Sacra scabies, i. execranda.
Turpi laborare scabie, *To be sick of the poxe.*
Marisca, alio nomine Condyloma & Ficus masculini generis morbus est seu genus vlceris fœdi. Excrescentia carnis circa anum συκος vel σύκωσις & hæmorrhois Græcis dicitur. *The pyles or Hemorroids.*

Poyson, Venim.

Virus. Venenum.
Troxicum. Aconitum.
Pharmacum. φάρμακον, vtrumque significat remedium & venenum
Socratica passio.
Medicamentum aliquando pro veneno sumitur.
Gorgonijs infectus Venenis.
Venenosus. Virulentus.

to poyson.

Veneno necare, extinguere, interficere.
Mortiferos porrigere succos.
Venenare, φαρμάττειν.
Toxica dare, miscere.
Pharmaco è medio sustollere.
Venenum alicui infundere.
Toxico inficere, seu veneno.

Corrumpere venenis.
Inficere pocula. Virg.
Miscere aconita, Ouid.

to Polle the heade.

Capillos demere vel resecare.
Attondere aliquem per pectinem.
Capud tondere.
Caluitium capiti inducere.
Caput nonaculæ submittere.
Capillos ponere.
Crines soluere.
Abscindere comas.

to make poore vide *Consume.*

the Pope, *the Bishop of Rome.*

Summus Pontifex.
Summus pater.
Pontificum caput.
Primarius Sacerdos.
papa, Latius pater.
Pontifix maximus seu Romanus
Maximus Romana in sede sacerdos
Summus sacer dos.
Petrinæ gubernator nauis
Cathedram Petri vicaria successione obtinens.
Cuius caput fulget condecoratū est corona triplici. Seu triplici fulget honore caput.
Qui fronte tegmina cella gerit.

to be pope

Romæ pontificem agere.
Papatui præesse.
Pontificatus summi honore sublimati.
Apostolicæ sedis sacerdotio fungi apud Max.

to become pope

Ad summi Pontificii fastigium, ad summum pontificatum euchi.

Summum inire sacerdotium.
Summo pontificatui, & ecclesiæ Romanæ præfici

a Portall, a porch

Atriolum, Autepagmentum, Cato.
Vestibulum. Pothyra.
Porticus προδομον
Propilæum προπυλαῖον.
Proaulion, προαύλιον

a porter, or a keeper of a gate.

Portarius. θυρωρός.
Ianitor Custos ostii.
Ostiarius. Atriensis.
πυλωρὸς, vel vt iurisconsulti scribunt Atticus qui excubat ad atrium.
Claustrinus.
Seruus ad limina.

to possesse, to Enioy.

Possidere. καρπεύειν.
Habere: Tenere.
Occupare. Vsurpare.
Vsum, fructum habere.
Fructum capere. καρποῦσθαι
Frui. Vti ἐπιτυγχάνειν.
Vide to inioy.

Possessed with the Diuel.

Arreptitius. ἐνεργούμενος.
Dæmonicus. Obsessus.
A demonio, spiritu maligno, exagitatus.
Dæmoniosus.

it is Possible, or it may be.

Fieri potest. Possibile est.
Licet. Vsu venit.
Defendi potest. ἐνδέχεται.

Posterity, vide Successors.

a post, a pole, a pale, a prop or stay.

Palus. Pertica.
Pedamen. Statumen.
Pedamentum. Fulcimentum.
Adminiculum. Sustentamen.
Sustentamentum. Sustentaculum.
Cauea pro maleficis & adulteris castigandis, superposita posti erecto *a Pillory*.
¶ Vallus masculino genere, palus firmior & Ridica. χάραξ.
Sublica.

to leaue vnto the posteritie.

Tradere per manus Sal. & Liu.
Tradere per successionem.
Ad posteros literis transmittere.
Dare per manus, aliquid veteri vsu obseruatum aut maiorum relatu acceptum, posteris relinquere.
A maioribus tradita narratione trãsfundere in alios.
Diuinitus accepta, viris rursus sanctis ac Deo plenis enuntiare, prodere.

Postes, or messengers riding poste.

Veredarii, Equestres, pegasarii cursores.
Nuncii regii, quos Postas appellamus quasi positos certis in locis et Græcis dicuntur ἀστάνδαι, ἄγγαροι.
Legati, oratores.
Ambasiati vulgo *an ambassador*
Embassadenes, apocriphari rerum magni momenti nuncii.
Faciales, olim dicebantur penes quos belli pacisque ferendæ ius erat, aliis caduceatores, iam nonnullis paludamentarii vocantur, à paludamento vestis genere quo vtuntur.
Vulgus omnium pene nationum Heraldos seu Herholdos vocat, quod summa fidelitate ipsi exercitui vel principi in denunciatione vel pacis vel belli, aliisq; iniunctis mandatis exequendis sunt astricti, *an Herauld of armes*.
¶ Magister seu præfectus postorum.
Veredariorum, *The Postmaster*.
¶ Obire legationes.
Legatum agere, *to be embassadour*.

an Earthen Pot, or a stone pot.

Vas fictile. Vas samium.
Tuscum Vasculum Capruunculum.
Vals luteum. i. ex luto Factum.
Vas terreum. πιθάκνη.
Seria substantiuum vas fictile oblongum, apud Liuium, *a vvine pot*.
Inde Seriola diminutiuum.
Diota, *a pot vvith tvvo eares*.
Vrceus, *pen cer*.
Vas saguntinum. Vas testeum.
Vas aretinum, apud Mat.
Culullus. Fidelia.
Testa, apud Hor. *vide a cup*.

a Pound.

Libra Pondo. Talentum.
Assipondium. As, assis.
ἀσσάριον.
Mina vel mna Græcum, pondus.
Dipondium, *tvvo pounds*.

Pouertie neede

Paupertas Pauperies.
Inopia. πενία. Miseria.
Aporia. Calamitas.
Infœlicitas. Egestas.
Indigentia, Inedia.
Penuria. Nuditas. AErumna.
Præcontractissima penuria.
Mendicitas. Tenuitas.

Acerbitas pro miseria ex calamitate contracta, apud Cicer.
Angustia pro tenuitate & exiguitate fortunarum ac rei familiaris à Cicerone ponitur.

to liue in pouerty, or to suffer great pouerty.

Vitam in egestate degere.
pauper, Augusti agricultor agelli.
Vitam viuere duram
Paupertate & ægritudine tabefieri.
Inedia, defectu laborare.
Domus censu parua vel ortu.
In egestate vitam ducere.
Misere viuere. Sustinere ærumnam
Pauperem vitam degere.
Aerumnis fatigari, sollicitari perpetuis. Aerumnam exigere Plaut pro pati.
Aporiari, apud diuum Paulum.
Summa rerum inopia premi.
Plurimis angi calamitatibus.
Miseram nimis vitam terere.
In summa rerum inopia degere.
Ad rastros redire, *driuen to pouertie*

a pouch, vide *Bagge*.
power, vide *Might*.

it lieth in your power, it is in your Hand.

Tibi integrum est, πρὸς σοῦ ἐστί.
Tibi in manu est.
Tibi liberum est, solutum est
In tuo loco & fano est situm, apud Plautum.
In manu est tua, in potestate
In tuis genibus situm est.
Est in arbitrio tuo.
In promptu est tibi
In te situm est ἐπ' ἐστὶ σοί.
Est penes te ἐπὶ σοὶ πρόσεστι
In tua voluntate est.

In tuo nutu, iudicio.

it is in my power.

Mihi liberum est, Possum, In arbitrio meo constitutum. Mihi licet

with all my power, as much as lyeth in me.

Pro virium mearum portiuncula.
Secundum mensum virium mearum
Pro viribus meis
Pro copia hoc est, pro facultatibus, pro virili.
Quantum vires patiuntur.
Pro virili mea parte.
Pro virili mea τὸ κατ' ἐμέ.
Quod potero, enitar.
¶ pro meo posse, barbarum prorsus est, siquidem infinitiuus, non à ponitur pro nomine, nisi in nominatiuo & accusatiuo, vt est apud Vallam.

to powre in, to Fill drinke or wine.

Vinum, potum fundere, infundere
Potum ministrare.
Rorantia largius ministrare pocula, A cyathis esse. Ad cyathum stare, οἰνοχοεῖν pro quo vulgus inepte propinare dicit. Est enim propino προπίνω dictio Græca, significans præbibere

to pray, to Intreat, to desire to Demaund.

Rogare Rogitare, Precari,
Orare, Deprecari, Postulare,
Obsecrare. Fundere preces.
Oratum & rogatum habere,
Intercedere, Interpellare,
Implorare Desidere, Petere,
¶ Obrestari, Quæso.
Precibus sollicitare, pulsare, Instare
Impense rogare ἐκλιπαρεῖν.

Per-

Per sacra amicitiæ rogare.
Precibus frequentare, deposcere
Poscere, flagitare, & efflagitare plusquàm rogare. *To craue.*
Indefessis precibus poscere.
Supplicare. ἱκετεύειν. *To beseech humbly.*
Preces dare, concipere.
¶ Vocare in vota.
Inuocare, votis lacessere, *to call vpon*
¶ Interprecari, Intercedere, Interuenire, Rogando quasi impetrare, *to pray for somebody.*
Mediationem agere.
Ad propensum vota vocare deum
Solemnes voce mouere preces.
Adorare per sua vota Deum.
Solita fundere voce preces.
In prece totus eram.
Tollere ad sydera palmas.
Tendere manus, Numina, Diuos.
Vocare, precari.
Supplex manus tendit.
Ante Dominum supplex erat manibus supinis.
Admouere, adiicere, adhibere, addere, preces.
Vti precibus, Tentare, Petere, Precari ore.

prayers.

Preces. precationes.
Orationes, Supplicationes.
προσευχαι, Rogationes,
Litaniæ, Supplicia vota.

to praise, to Commend, to Extoll.

Laudare. Magnificare, Dare decus.
Honorem reddere.
Numen adorare Dei.
Meritos inducere honores.
Miro honore colere.
Celebrare honorem.
Tergeminis honoribus tollere.
Extollere. ἐπικλειν.
Honoribus accumulare.
Meris afficere præconiis.
Canere, apud poetas.
Canere plenis buccis.
Tonare laudes alicuius.
Decantare. Cantare.
Præconem agere.
Creta notare. Exaltare.
Palmam præbere.
Immodice laudare.
In cœlum ferre, subuehere laudibus, *to Magnifie.*
Alicuius egregias virtutes rara quadam facundia deprædicare, laudibus amplificare.
Per se satis laudato & vendibili hederam suspendere.
Famæ præconio celebrare.
Celebrem facere, reddere.
Illustrare aliquem.
Illustrem reddere.
Crepare cum accusatiuo.
Vinum crepat mera, flora.
Dilaudare librum, pro valde laudare
Propagare laudem alicuius ad sempiternam memoriam.
Prosequi stylo, scriptis commendare.
Laudibus ornare, extimulare.
Comprobare. Approbare.
Deum facere. Ebuccinare.
Agere laudes, etiam est laudare.
Commendatum reddere.
Celebrare. ἐπιφημιζειν.
Laudibus prosequi, tollere.
Sermonibus, Laudibus euehere, efferre, afficere, celebrare, glorificare, vehere.
Commendare. Probare.
Cumulare laudibus aliquem Plin.
Ferre nomen in astra, ferre ad æthera, astra, cœlum, omnia apud. Virg pro supra modum laudare, summa laude prosequi.
Vtroque pollice laudare.
Prædicare ἀναγορευειν.
Deprædicare laudes alicuius.
Buccinare ἀνα στομα ἐχειν.
Agere encomiasten. ἐγκωμιαζειν.
Et aliquando quemadmodum, Bene audire

audire Latinis pro laudari, prædicari, probari ponitur, ita Græci ἀκούειν dicunt.

to Praise, to Magnifie, to Extoll himselfe.

Se ferre laudibus.
ἑαυτὸν αὐλεῖν.
Semet canere, Se iactare.
Laudare seipsum.
ἑαυτὸν ἐπαινεῖν.
Se alicui venditare.
Sui tubicinem esse, agere.
Seipsum commendare.

Praise, Honour, glory.

Gloria. δόξα. Fama.
Decus, φήμη. Laus.
Pæan pro quacunque laude.
Præconium. Honor.
Titulus, Existimatio.
Splendor. Nomen.
Opinio celebris. *vide Honor.*

to get Praise or Renowne, vide *Honour.*

a Pratler, a Babler, a Trifling Iester.

Dicax. Dicaculus. Nugo.
Nugator. Congerro.
Confabulo. Rabula. *vide Babler.*

to preach.

Concionari.
Sacri verbi semina diffundere.
Concionem habere.
Disseminare, seminare, edere verbum Dei.
Sacro de pulpito docere populum.
Agere ad populum.
Agere ecclesiasten.
Facere verba ad populum.
E suggesto denunciare.

a preacher, a Minister.

Spirituale semen verbi Dei disseminans. Concionator.
Præco verbi diuini.
Ecclesiastes. ἐκκλησιαστής.
A sacris concionibus.
Declamatoris, concionatoris munus obiens apud populum.
Ecclesiastæ fungens munere.
Publicum concionatorem agens.
Syncerus Euangelii præco.
Idoneus verbi diuini dispensator.

a preface, vide *Prologue.*

to preferre, vide *to promote.*

a prelate, vide *a Bishop.*

in the presence, or before the Face.

A fronte. ἔμπροσθεν.
Coram cum ablatiuo.
Ante oculos. Ante conspectum.
In conspectu. ἐνώπιον. cum genitiuo.
ἀπέναντι
Ante pedes. In oculis.
Ob oculos, id est ante.
Præter oculos Lælii apud Ciceron. id est ante.
Sub oculis. In præsentia.
Aliquo præsente, vidente, cernente
vide before the doore.

Presents, vide *Gifts.*

to Preserue, vide *to Defend.*

Presumption, vide *pride.*

vnder pretence, shew, or colour.

Specie, apud Cice. Sub specie.
Sub vmbra. Per speciem.
προσχήματι. Sub figura.
Sub imagine Sub pallio.
Sub facie. Sub prætextu.

Sub titulo. Sub obtentu.
Quæsito prætextu, colore
προφάσεως ἕνεκα,
Specie veri, falsi Nomine.
prætextu honestatis,
Sub similitudine, typo, schemate, in
uolucro, nomine.

vnder Pretence of mankind like a man, or in likenesse of a man.

Humano in schemate.
Nube sub humana.
Mortales inter agens.
Forma hominis adsumpta.
Sub velamento personæ humanæ

to preuent to come before.

Anticipare, Antecapere
Salust. Noctem quæ instabat antecapere, ne quid spacio nouaretur.
Præuertere. Anteuertere.
Anteuortere, apud Comicos.
Præuenire. φθάνειν.
Anteuenire προφθάνειν.
Occurrere. Præoccupare.
Præocupare vias. Cæsar.
Consilio discutere periculum.
Cice. Hoc quod conceptum Reipub. periculum parturit, consilio discutiam.
Anteuenire consilium. Salust.
Consilium & insidias eorum anteuenire.
¶ Opprimere. καταλαμβάνειν. *To come vpon one, ere he be vvare.* Terent Pater imprudentem opprimit. Deprehendere.
Incautum excipere, apud Virg. & Titum Liuium.

to Pricke, vide *to Foyne.*
to Pricke forth, vide *to Stirre vp.*
to Prick out or take out.

Eximere. Eruere.
Effodere Extrahere, *vide to pluck out*

pride, Arrogancie, presumption.

Fastus φρόνημα.
Superbia. Ambitio.
Ostentatio plusquam theatrica.
Supercilium. Elatio. Spiritus.
Cœterorum contemptus, despectus.
Inflatio. Tumor.
¶ Spiritu regio, *vvith a stomacke.*
Magno & elato animo.
Obstinata quadam ac temeraria arrogantia. *proudly.*
Ambitiosè.
Magno verborum strepitu, magnis verborum ampullis, & turgenti apparatu.

a priest, a Minister.

Sacerdos ἱερεύς.
Sacerdotii charactere insignis.
Officium sacerdotis agens.
Presbyter Græcis dicitur.
πρεσβύτερος id est senior, à πρέσβυς id est senex.
Ad rem diuinam faciendam consecratus.
Sacro chrismate litus.
Mystes, μύστης, vel mysta Christi, & Symmystes.
Flamen masculini generis.
Sacris initiatus. Hierodulus.
Sacrificus, & per diminutionem & contemptum Sacrificulus Græcis ἱεροποιός.
Dominus pro sacerdote non reperitur apud doctos, est enim vox tyrannica.
Phæcasiatus, apud Senecam.

to make a priest, or Minister, to giue holy orders.

Sacris imbuere. Consecrare.
Initiari deponens.

¶ Ad sacerdotalis muneris functionem admittere.
Initiare Deo ministeriis diuinis.
In sacerdotum numerum assumere.
Sanctis fungi ministeriis.
Liturgica sacra per dignitatem facere,
Sacris initiari elegantius quam ordinari dicitur.
Vngi, inungi Christi mystes.

the Principall of a Colledge, vide a Schoolemaister.

Principally, vide Especially Princely, Honorably.

Magnificum. Amplum. Splendidum.
Regium. Regale.
Augustum. Maiestatis plenum.
Basilicum, βασιλικον.
Vnde Basilica nux.
Pomposum. Attalicum ab Attalo rege, hinc tota Attalica.
Altus Apollo. Virg. i. magnus.
Excelsum. Gloriosum.
Ingenti crista, corona dignum.
vide excellently.

to Print.

Cudere. τυπεῖν ἐκτυποῦν.
Excudere formis æreis.
τυπογραφεῖν. χαλκογραφεῖν.
Typis tradere. imprimere.
Typis excusum orbi tradere.
Typis euulgare. Prelo subdere.
Typis stanneis propagare, excudere.
Typis in multa exemplaria transcribere.
Prelo literario excudi facere.

a Printer.

Excusor. Typographus.
Impressor, ἐκτυπωτης.
Chalcographus. χαλκογραφος.
Bibliographus.

a Prisoner, or Imprisoned.

Captus. Captiuus. αἰχμαλωτος.
Custodiæ mancipatus.
In vincula coniectus, vel in carcerem.
Clausus, apud Vlpia.
Custodia apud Sue, & Iurisconsultos φυλακή Reclusus.
Catenatus, Vinctus, δεδεμενος.
Custodiæ mancipatus.
Detentus in vinculis.
Retrusus in squalentem carcerem.
Compedibus oneratus, obstrictus.
Patiens pedicas, carceres.
Vincula barbara.

a prison, a Gaile.

Custodia φυλακή Carcer.
Ergastulum. Vincula, Compedes.
Neruus. *Lacus* in sacris.
Lautomia vel Latomia.
Nerui. Carasia. Vincula.
Desmeterium.

to put in prison.

In vincula, in carcerem quempiam conicere.
Vinculis ac carcere frænare, cohibere
Compingere in carcerem, locum angustum. Ferro onerare.
Dare porrigere manus ad vincula.
Tradere, committere custodiæ.
Gerere ceruice vincula.
Tradere in custodiam.
Addere captiuis vincula.
Cogere in vincula vel in compedes.
Tradere in custodiis. Sal.
Claudere in solidis tectis.
Innectere seu impingere compedes.
εἰς φυλακην βαλλειν.
Clausus tenebris, & carcere cæco,
Condere in carcerem. Cic,
Carceris ergastulo occludere.
Innectere, Impedire, Domare.
Retinere vinculo.
Vincula parare
Onerare cella catenis.

Coniicere

Coniicere in neruum.
Terent. In neruum potius ibit.
Carcerali squalore affligere.
Condere in puteum, neruum, lapicidinas compedinum Plaut.
Tradere, dedere in pistrinum, familiares Plauto locutiones.
Catenis vincire, religare compescere
Abripere, corripere in neruum, cruciatum.
Vincula dura pati, perpeti, Subire ferre.
Mancipare carceri.
Subiicere colla catenis.
Contrudere, trudere, detrudere claudere in carcerem, εἴργειν.
Circundare catenis & Tenere catenis
Pædore atque squalore carcerali duriter afflictare, macerare.
Vincire compede.
Atro claudere, occludere carcere.
Dare in caueam. Plaut. in capt.
Dare in custodiam, Cic.
Ferreis stringere catenarum vinculis.
Claustris penalibus continere.
Coniicere in lautumias, in equuleum.
Arcere vinculis. Custodia, Cic.
Carceris squaloribus premere.
Vinculis arctè stringere captum.
Ligno pedes stringere, constringere Apud Hieron.
τοὺς πόδας εἰς τὸ ξύλον ἀσφαλίζειν Actuum 16.
Ligno plantas inserere diuinctis cruribus. Pruden.
In cippum mittere, *To put in stocks.*
Ligno firmare pedes Chrisost.
Dura compede crura ligare.
Habere in liberis custodiis.
Data fide, certo aliquo loco qui præscribitur, non exire apud Salust. in Catil.

priuily, Secretly, Apart.

Seorsum κατ' ἰδίαν, Secreto.
Priuatim. Semotis turbis,

a priuy, a Draught, a Iakes.

Forica med cor in publico.
Cloaca med. prod. ὀχετός.
Colluuiarium Cæsar.
Secessus. ἀφοδευτήριον.
Latrina quasi lauatrina, Græcè ἀποπατος ἀπόπατος.
Schaphium, Iasanum, *a close stoole, a priuie seate.*
Trulla pro eodem, apud Mart.
¶ Stercoris cloacas expurgare.
Stercus exhaurire,
Purgator, repurgator latrinarius.

a priuiledge. vide *Bull*

a proclamation, vide *Commaundement.*

proceed in Gods name, vide *Well then.*

a protectour or Attorney.

Procurator. Aduocatus.
Patronus. Defensor.
Orator, Tutor, *vide Atturney.*

prodigalitie.

Prodigalitas. Effusio.
profusio, Luxus,
Sumptuum profusio

prodigall, vide *Spend all.*

profit, Utilitie. Commoditie

Emolumentum, Compendium.
Commodum, Vsus Vtilitas.
Fructus. Commoditas.
Prouentus emolumentorum, vectigalium.
Horna Messis, apud Plaut. pro maximo emolumento.
Frugis, frugem in obliquis, sicut res rem, &c
Lucrum Lucellum.
Adiumentum, apud Cicer.

Profitable, Commodius, Expedient.

Commodum. Fructuosum,
Quæstuosum, Operæpretium,
Conducens. Ad rem pertinens.
In commune cunctis, expediens.
Vtile, Ex vsu futurum
Frugiferum
Expediens. Conducibile.
Precium operæ, Bud.
Precium operæ haud defuturum putaur,

to be Profitable to Help, to profit, to be good for.

Conferre. Valere.
Facere, Multum facit ad victoriam animus,
Plurimum adiumenti, commoditatis adferre, Adiuuare,
Frugem adferre, vrl fructum.
Adiutare, Proficere,
Expedire, impersonale, & personale apud Cic.
Conducere. Prodesse,
Commodare, Conferre,
Facere commodo alicuius,
Proficuum, fructuosum, frugiferum esse. Ex vsu esse,
Commodo, vtilitati, adiumento, emolumento, vsui, remedio, frugi, adminiculo esse.
In rem alicuius aut etiam è re esse, vt illud in rem tuam erit. vel è re tua fuerit,
In quæstum, in rem, salutem, vtilitatem, vsum, commodumqne tuum cedet.
Ex vsu tuo futurum est, qnod pro te faciet, vulgo dicitur.
Bono esse, pro commodo vel vtile esse, apud Cic. Philip. 2,
Interest omnium, i, vtile est omnibus Et Cicero ad Att,
Ita quidem spero nobis profici, id est prodesse.
Vtilitatem adferre.
Refert, in tertia persona pro vtile seu commodum est.
Expedit. Interest,

it shal be for your profit.

Ex vsu tuo futurum est,
E re tua erit, Erit in rem tuam, in vtilitatem, In commodum.
In vsum tuum, quod vulgo dicunt pro te faciet.

to seeke his owne Profit.

Agere rem suam.
Suum colere quæstum. Plaut.
Vtilitati propriæ studere.
Proprium sectari commodum.
Sibi canere. ἑαυτῷ ψάλλειν.
Consulere commodo priuato, quæstui suo,
Suo commodo lucroue studere,
Intus canere.
Priuato studere commodo.
Seruire suis commodis, rei familiari, suæ vtilitati.
Simonidis canere cantilenam.
Sibi consulere, prospicere.
Hinc parœmiæ prouerbiales.
Astutior coccyce.
Ad suum quisque quæstum callidus.
Tunica pallio propior est.
Genu sura propius,

a progeny or Kindred.

Generatio. Genimen.
Radix. Genealogia. *Vide stocke.*

a prologue, a preface, or preamble.

Præfatio. Prologus.
Proœmium. προοίμιον.
Præludium. Anteloquium.
Prolegomena. Præfatiuncula.
Epistola præambula.
Prologium. προλόγιον. quasi proloquium

to make a Prologue or Preface.

Præfari.proloqui.
Præfationem dicere.
προοιμιάζεσθαι. Procemiari.
ἀναβάλλεσθαι. προλογίζειν.
Præludium facere.
Procœmium facere.
Proludere. Prologo vti.

to prolong, vide Deferre.

Prolongation, Deferring, or Lingering.

Prolongatio. Prolixitas. Mora.
Profusitas. Protelatio. Cunctatio.

to promise, to giue his word.

Promittere. Polliceri.
Recipere, cum datiuo.
Dare fidem.
Spondere, ὑπισχνεῖσθαι.
Confirmare.

to keepe Promise, or to stand to his promise or word.

Liberare fidem obligatam, astrictam.
Promissum præstare, seruare, soluere
ἀναδέχεσθαι.
Sancte præstare quod promiseris.
Datam fidem seruare.
Promissis stare.
Conficere, i. efficere promissum.
Fidem effectus astruet, exitus prodet.
Implere dictorum fidem.
Facere promissum vel implere.
Promissis manere, apud Virg.
Præstare quæ pollicitus es.
Fidem seruare, apud Virg.
Promissorum fidem non irritam facere, sed re præstare.
Satisfacere promisso.
Sacramentum custodire, & votum implere quod responderis. Amb.
Seruare alicui fidem.
Promissis parere.
Promissum tenere.
Reddere fidem.
Promissa patrare, reddere, persoluere.
Liberare fidem.
Stare promissis.
Voto se liberare.
Firmare promissa factis.
Exhibere rem promissam.
Amici fidem liberare.
Dicta ac facta præstare.
Præstare persistere.
διαμένειν, Manere dictis. Virg.
Stare conuentis, conditionibus, pacto verbis, promissis.
Manere conuentis, promissis, in conditione atque pacto vsque in finem.
Manere, permanere in proposito susceptoque, consilio, in sententia sua.
Seruare pacta. ὁμολογεῖν.
Permanere. Perdurare.
Consistere. perseuerare.
Constare. Non cedere.
Sibi constare. Stare in sententia
Manere verbis suis.
ἐμμένειν τοῖς λελεγμένοις.
Sui manet similis, apud Suet.
Nihil de sententia priore mutare.

to breake promise, to goe his word.

Fidem fallere, mutare, frangere, soluere, exigere, corrumpere, non seruare, præstare quod promiseris.
Tua verba, pollicita, pondere carent.
Fidem rumpere, soluere.
καταλύειν πίστιν.
Fallere dextram, Virg.
Promissis minimè stare.
Fidem non seruare.
Fidem Gallico more prostituere

Fidem

Fidem Gallorum more ad omnem fortunam pro arbitrio interuertere, plærumque enim fit vt eorum facta cum dictis videamus discrepare.
Promissionis rationes perturbare.
Fidem consumere *vide to Breake.*

to promise by his faith and truth,

Fidem obligare, astringere, obstringerere. ἐγγυᾶν.
Sanctè promittere.
Iurisiurandi sacramento polliceri.
Fidem firmare dextra, iuramento.
Condicere, apud Sue. & Cic.
Recipere in se, ad se, apud Terent. *To stand to it, to take vpon him.*
Se præstiturum promittere.
ἀναδέχεσθαι, τὸ ἐφ᾽ ἑαυτῷ δέχεσθαι.

promises, Couenants, Agreements.

Sponsiones. Promissa.
Fides intemerata Receptum.
Pollicita Pollicitationes.
ἐπαγγελίαι promissiones.
ὑποσχέσεις.
Stipulationes, vocabulum iurisconsultis vsitatissimum.
Pacta. Conuentiones.
Pactiones. Vota
Fœdera. Iusiuranda, Iuramenta.

to promote, to Aduance, to Preferre.

Locare aliquem in gradu amplissimo dignitatis.
Ad amplissimos honores perducere.
Promouere ad amplissimas procurationes.
Obscuram familiam è tenebris in lucem euocare.
Largis honoribus ornare.
Ad amplissimum, altissimum dignitatis gradum prouehere.
Ad summum rerum apicem euehere efferre, exaltare, extollere, erigere.
Illustrare alicuius nomen, vel aliquo scriptis, aut literis posteritati commendare.
Promouere gradu, honore.
Illustrem reddere
Eximere numero.

to be promoted, preferred, or Aduanced.

Ad summum imperium per omnes honorum gradus efferri.
Altius in authoritatem conscendere.
Ad pinguiorem fortunam prouehi.

prone, vide *Inclined.*

pronounce, to Utter, to Speake out.

Eloqui. Effari. Promere.
Exprimere ἐκφράσαι.
ἐκφωνεῖν. Pronunciare.
Enunciare. Oratione promere.
Proferre. Rumpere vocem.
Proferre rem palam. Teren. in Heau.
Conceptam animi indignationē promere. Expedire, vt paucis expedi.
Verbis, oratione consequi.
Euomere & expuere metaphoricè, quod dolor mentis non sinit reticere, dicere.
Effundere, Cic. Omnemque suum violentum furorem in me effundere.

to prooue or assay by all meanes.

In omnia se vertere.
Nihil relinquere intentatum, intactū.
Rem vniuersam periclitari.
Omnem mouere lapidem.
πάντα λίθον κινεῖν
Omnem rudentem mouere.
Omnem iacere aleam, *Vide attempt.*

Prop-

Proper, vide *Apt.*

to Proppe, to stay, to Vnderset, to make Sure.

Statuminare. Palare, Fulcire.
Statuminibus, sepibus firmare.
Ruinæ manum supponere
Humeris suppositis fulcire inhærere.
Labentem, pene collapsam domum reparare, erigere, fulcire.
Succollare, apud *Suetonium. to set the neck vnder.*

a Proppe or stay.

Fulcrum, Sustentaculum. Fulcimẽ.
Columen. Columna. *vide pillar.*

to prophecie.

Canere Diuinare.
Præsagire. Vaticinari.
Augurari vt augurare. Ariolari.
prophetare. Profari. Prædicere.
Sæpe sinistra caua prædixit ab Ilice cornix, *vide to Gesse.*

a Prophecie.

Vaticinium. Oraculum.
Præsagium. Augurium.
Fatum. Arcanum.
Sortes faticinæ. Tripodes.
Cortina. Prophetia.

a Prophet, a Poet, a Southsayer or Deuiner.

Propheta. Vates. Vaticinator.
Aruspex Præscia corda.
Fata canens, augur.
Fatiloquus, Hariolus. Haruspex.

a prose oration, or writing.

Prosa, quasi prosusa.
Verba soluta. Cicero.
Isocrates verbis solutis numeros prius adiunxit.
Prosaica oratio. πεζὸς λόγος.
Oratio soluta, modis solutis.
Pedestre dicendi genus.
Oratio libera, metro non ligata, ignorans carminis leges.
Oratio pedestris, sic enim vocant πεζὸν λόγον, id est, peditem, pedestrem non à pedibus metricis, sed quasi humi gradientem, aliquid habens humile, submissumq; cõparatione carminis: sicuti poeticam disciplinam Græci ἔποχον vocant, quasi equo vectam & sublimiorem, ex poesi enim velut ex perenni fonte omnes oratoriæ vires manarunt, authore Macrobio.
pede soluto scribere,
πεζὸν ἐκφέρειν. i. prosam scribere.

to be in prosperitie to liue prosperously.

prosperitate frui.
prosperam ducere agere vitam.
Tibi tempora Veris erunt.
Mea nauis fertur amico vento.
Dum iuuat & vultu ridet fortuna sereno.
Donec diues, vel fœlix eris multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila solus eris
Dum mea puppis erat valida fundata carina.
Dum flauit velis aura secunda meis.
Dum mea per placidas cymba cucurrit aquas.
Dum me leuis aura tulit.
Dum placidos portus nauis haber,
Sinus impleuit secundos.
Secunda fortuna cadit.
Est velis aura secunda meis.
Venit incœptis mollior aura meis.
Seruare modum rebus secundis.

Prosperitie hath friends, Aduersitie none.

Fortuna, prospera, secunda, commoda, optima, benigna, bona, placida, facilis, multos haber amicos.

amicos, res ad voluntatem fluunt commodis abundat, Amicorum copia, multitudine floret.

¶ At fortuna aduersa, infensa, infesta iniqua, difficilis, dura, acerba, parum prospera, secunda, benigna, inimicos habet, parit plurimos, amicum nullum, laborat amicorū inopia, amici omnes eam destituunt, deserunt, relinquunt.

Ab ea discedunt, recedunt.

Prosperously, vide *Luckely*.

to prostrate, to fall downe at ones knee or foote.

Procidere, accidere ad genua, Terentius.

προσπίπτειν.

Pedibus aduolui, prouolui.

Procidere. In faciem procidere,

Mittere abiicere se ad pedes alicuius.

Supplicem fieri, ad pedes se pronol uere, vestigia manibus stringere,

σεαυτὸν καταβάλλειν.

I will proue my doing.

Omnino cōstitui, decreui, deliberaui meum factum probare, purgare, rationibus tueri, id mihi propositum, planeque certum est, vt rationem reddam consilii mei, agere, defendere, sustinere meam causam prorsus volo, argumentis minimè dubiis ostendere, rationibus persuadere, non me casu, non temerè, non inani quadam voluntate, repentino mentis impetu, nulla satis firma, certaue causa commotum, adductum, impulsum.

Quod feci ostendam iure factum, cōsilio factum, optimis de causis, ratione suadente, ratione duce, certo iudicio, rectè & consideratè ita factum, vt reprehendi non possim, vt mihi temeritatem, imprudentiam, inopiam consilii nemo possit obiicere.

Nemo possit in controuersiam, in dubium vocare, neritò damnare vituperare, accusare, exagitare.

a Prouerbe, vide *Common & Rumor*.

a Prouince, a Region, a circuit.

Prouincia. ἐπαρχία

Regio. χώρα.

Tractus pro regione. apud Cicero.

Ora. ἀκτὴ, sed ferè semper regio littoralis ita dicitur,

Ancipiti cura distrahor, iactor, versor, animi pendeo, incertus animo sum, pendit animus inclinat, huc illuc fluctuat, iactatur, incertus est. quid consilii capiat, vtram me dem in partem ignoro.
Explicare consilium, expedire me ex hac deliberatione, exitum meæ cogitationes inuenire non possum, distrahunt me diuersa consilia.
In vtramque partem ita multa succurrunt, vt difficilis admodum sit minimè expedita, minime certa, perobscura, haud facilis aperta deliberatio.

Vnchaste, vide *Lecherous*.
Vncleane, vide *Filthy*.
it is Vncomely, vide *Becommeth*.

to vncouer the head.

Aperire caput. Detegere.
Nudare verticem.
Pileum ponere, deponere, detrahere.

Vncunningly Vnhandsomly.

Inartificiose. ἀτέχνως.
Infabre. Incomposite.
Inornate. Fœde. *Bungerly done.*

Vndefiled, vide *Chaste*.

Vnder the firmament, Heauen or Skie: abroad in the open ayre.

Sub aperto cœlo,
Sub Ioue apud Horatium
Sub dio, caue sub diuo dixeris Δία enim Græci Iouem vocant & Iupiter Latinis pro aere ponitur.
ὑπαιθρῳ. Vnica dictio, & aduerbium Græcis.
In aperto mundo Axe sub æthereo.
¶ Agere sub dio, apud Horatium. ὑπαιθριάζειν.
Dormire sub dio αἰθριοκοιτεῖν.

to Vnderset vide *to Prop vp.*

to Vnderstand, to Perceiue

Intelligere. Videre.
Discere apud Cæs. Capere.
Sentire. Mente capere.
Colligere Cognitum habere.
Tenere sensum alicuius reconditum
Impulit aures maternas luctus.
Perspicere. Ad aures peruenire.
Animaduersione & intelligentia dicentem vel legentem assequi.
Excipere. Virg. assequi, ratione.
Consequi ingenio mente, ratione, cogitatione.
Nosse, sentire, coniicere coniectura, consequi.

Intellectu percipere, assequi.
Comprehendere apud Cicer.
Animo complecti, percipere.
Intelligentiam habere.
Intelligentia & ratione comprehendere.
Rei alicuius sententiam & rationem tenere.
Accipere. Percipere.
Callere. Tenere.
Habere. Sapere.
Cognoscere.

you Understād my meaning

Mea consilia planè tibi nota sunt, tenes consilia mea, animum meum, meos sensus.
Non te latent mea consilia, cognitum habes, ac perspectum animum meum.
Qui sit meus sensus probe nosti, præclarè intelligis.

not to Vnderstand.

Non assequi. Non capere.
Aenigmata obscurè dicta, ruditas mei captus, non potest assequi.
Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.
Venturi inscius ævi.

to Vnderstand ouerthwartly or Backward.

Præposterè excipere.
Aliter accipere atque quis dixerit. ὑπολαμβάνειν.

to Vndertake weighty matters, or to Take on him a great office or charge.

Suscipere curam.
Arripere negotii curam.
Rei curandæ onus in se recipere.
Capere prouinciam.
Obire res arduas. Tollere onus.
Subire officium, prouinciam munus
Negotium suscipere, capescere, inire, adire, aggredi.
Subire vel obire partes.
Capessere, sumere, suscipere prouinciam.
Tollere in humeros negotii curam.
Perferendi onus in se libenter recipere.
Non grauatim ad se recipere sarcinam.
Onus suscipere, subire.

to Vndoe, vide *to Abolish and Spoyle.*

vtterly Vndone.

Naufragium feci rei familiaris, periit mea res domestica, actum est de meis fortunis.
Prorsus euersæ sunt opes meæ, perdidi omnia.
Euertit me bonis omnibus fortuna, mearum opum nihil mihi reliquũ fecit.
Afflictæ sunt, profligatæ, ac perditæ, extinctæ, euersæ meæ res ac fortunæ omnes.

Vnfruitfull, vide *Barraine.*

Vngracious, vide *Naughty Vnhonest, Vncomely.*

Indecens. A decoro alienum.
Haud quaquam decorum.
Indecorum. Inhonestum.
παράσημον.
Pugnans cum honesto,

the Vnhappiest man of the world.

Nemo me infœlicior, infortunatior est.
Meas miserias nulla æquat infœlicitas, conditio mea est miserrima, in summa versor infœlicitate.
Omnibus vexor, perturbor, exagitor Infortuniis, miseriis, calamitatibus.

Omnes me premunt miseriæ,
Infesta, infensa, aduersa, iniqua mihi sunt omnia.
Nulla est tam misera fortuna quam mea.
Meū est singulare fatum, singulari vtor fato, singulari fato natus sum.
Infausto nimium aduersoque sydere sum natus,
Semper perpetuis miserijs vexor, angor, crucior, torqueor, affligor.
Non aduersa tantum, sed euersa penitus est mea fortuna.
Quis est omnium mortalium iniquiore conditione, deteriore loco, quam ego sum?

an Vniuersitie, a famous Schoole.

Academia. Gymnasium.
Conciliabulum, consessus Phylosophorum τῶν φιλοσόφων συνέδριον.
Ingeniosissimorum hominum conuentus,
Frequens doctissimorum & clarissimorum virorum consessus, non titulis modò maximis, verùm etiā maxima eruptione insignium.
Academia quæ cum summis academiis literariis contendere ausit.
Gymnasium literarium,
Arena palladia,
Mater seu fons artium liberalium, studiorum Bononia,
Academia Patauina totius Italiæ nobilissima,
Gymnasium Dolcianum celeberrimum in Burgundionibus.
Palestra literaria,
Studium Patauinum, Perusinum.
Lyceum med. prod λύκειον.
Academia à Platone nomen habet,
Lyceum verò ab Arist.
Athenis & à Cic. in Tusc.
Asylum artium omnium bonarum.
Adytum Musarum,
Mineruæ locus sacer,

¶ Collegium, bursa, Pædagogium, barbara à doctis censentur vocabula, tametsi in vulgi vsum traducta à magisterculis.
Vniuersitas, secundum Iurisconsultorum definitionem, est aliqua communitas vel ciuitatis, vel aliarum quarumcunque rerum,
Potest tamen dici Vniuersitas studiorum quod vniuersæ omnes artes ibi doceantur, sed non est vsitatum.

Vniust, vide *False.*

Vniustly.

Præter ius. Contra quàm æquum est.
Inique. Iniuria παρανόμως.
Non legitimè. Sine iure.
Absque iusta causa.
Contra honestatem omnem.
Summa cum perfidia.
Præter ius fasq;
Præter æquum & bonum, apud Ter. *against all right and reason.*

to doe Vniustly.

A semita iustitiæ deuiare. Hiero.
Transire, transilire fines iustitiæ.
Describere ius precio non æquitate,
Iuris perstringere amussim.
Ius torquere peruertere
Corrumpere, deprauare iudicium,
Emere, construprare, contaminare iudicium, μεταδωροδοκεῖν.
Iustitiæ verum tollere iter.
Pauperis causam repellere,
Pauperis preces clausa spernere aure,
Egenum iustitiæ titulo vexare.
¶ Iniuriam alicui imponere,
Lædere, onerare iniuria.
Iniuria lacerare, afficere, verberare, affligere, *to doe vvrong.*
Videmus pro dolor etiamnum auaritiam corrumpere æquitatem & plerosque argentinam pati.

Vnkinde, Vnthankfull.

Pro benefactis maleficium reponere.
Ingratum esse.
Pro summo beneficio summum remetiri maleficium.
Ingratitudinis crimen subire, apud Cic. *Vide vnthankfull.*

it is not Vnknowne vnto you, you Know well enough.

Compertum tibi est.
Nosti. οἶσθας.
Non est obscurum tibi.
Haud te latet, fugit, præterit.
Probe nosti, Non ignoras.
Compertum, exploratum habes.
Haud nescius es, haud ignarus.
Liquidò tibi constat.

Vnlearned, Ignorant, without Knowledge.

Ineptus. ἀδαήμων.
Indoctus. Inscius. Ignarus.
Expers scientiæ. Sciolus.
Ne ipsa quidem elementa callens.
Ne Aesopum quidem triuit.
Rudis bonarum literarum.
μη νοεῖν μήτε γραμματα.
Neque natare, neque literas nouit.
Alienus à musis. Illiteratus.
ἄμουσος. ἀναλφάβητος.
Idiota. Nescius.
Amusus. Sus Bœotica.
Indoctior libethriis.
Asinus cumanus. Ineruditus.
ὄνος πάχεα κυμαιος:
Per ætatem rerum imperitus, *a Smatterer.*
Ab eruditione, morumque probitate alienissimus.
Omnium disciplinarum rudis.
Imperitus non dicitur tantū pro eo qui sit illiteratus, sed latius patet ea vox, vt sit cōtraria Græcæ dictioni πολύπειρος, vnde Christophorus Hegendorphinus indocte scripsit Monacho imperitiori, à summo vertice ad imos vsque pedes, totus ex ignorantia literarum consutus.

Vnlike or Diuerse.

Dissimilis. Discors.
Dispar. Dissentaneus.
Varius Discrepans.
Contrarius. Repugnans.
Differens. Distinctus.
Discretus Dissonus.
Absonus. Alienus. Alius.

farre Vnlike, farre from the matter, nothing to the Purpose, neither rime nor reason.

Absurdum. Dispar. Dissimile.
Discors. Varium. Alienum.
Differens. Discrepans. Dissonum: διαφωνεῖν. Nihil ad rem faciens.
Absonum. Diuersum.
Dissentaneum. Non conueniens.
Dissentiens. Distans plurimum.
Quid ad rhombum?
Vide prouerb. Absurda. Aliena. *vide differeth much.*

to Vnlocke, vide *to Open.*

to Vnlode to vnburthen.

Exonerare Onus deponere, exuere, abiicere.
Onus omne meum rescissum est.

Vnluckie, vnfortunate.

Infortunatus. Infœlix.
Parum fœlix Sinister.
Quarta luna natus.
ἐν τετράδι γεννηθεὶς.
Sinistro genio natus.
Parum auspicatus, Inauspicatus
Fortunæ improbitatem multipliciter expertus. Fortunis euersus.
Fatis & diis iratis (vt aiunt) omnia agens. Qui plura aduersa pertulit quam secunda.

Mustelam

Mustelam domi habẽs vel alens, prouerbialis sententia. Et per iocum infortunatior Scrobilis Carcini.

Variis exercitatus fortunæ incommoditatibus. *Nothing prospereth or thriueth vnder his hand.*

Cui cuncta cedunt infeliciter, & intemperiis agitur, prouerbio in Patrios minxisse cineres dicitur. *vide Vnhappie.*

to be vnluckie, vnfortunate.

Aduersi euentus fortunam tolerare.
Fortunæ aduersæ ictibus circumueniri.
Mersari fortunæ fluctibus.
Fortunæ tragulis feriri. Bud.
Ludibrio esse fortunæ, ibidem.
Infortunia pati, Fatis exerceri.
Infesta fortunæ tædia crebraque perferre.
Calamitatem accipere.
Minus prospere viuere.
Infestis telis aduersorum casuũ fortuna aliquem labefactare, & acuto crebroque mucrone iniquitatis sauciare dicitur, Budæ. quapropter dubiæ & nouercanti fortunæ non diu fidendum.

vnluckely

Infœliciter. Inauspicato, Cic.
Sinistris auguriis, vel auspiciis, malis auibus.
¶ Inauspicatum, Malum omen.
Occursu infaustũ, *An vnlucky chance, or that bringeth ill lucke.*

Vnmodest.

Immodestus, inconsultus, temerarius, imprudens, inconsideratus, immoderatus, immodicus.
Expers modestiæ, iudicii, prudentiæ & rationis. *vide Shamefulnes.*

Vnmoueable goods, an Heritage.

Bona soli, Bona fundi.
Immobilia bona.
βοσκήματα. Possessiones.
Prædia. κτήματα.
Hæredium & Hærediolum.

Vnnoble, not Noble, of a base or poore stock.

Ignobilis. Obscurus.
Ignotus. Plebeius.
Homo plebei ordinis, quintæ classis
Minime classicus.
ἀνώνυμος ἀγενής.
Obscuris æditus vel natus parentibus seu natalibus.
Infimorum hominum seu plebeiorũ stirpe oriundus.
Infimo genere, vel obscuro natus.
Cuius fama in obscuro est.
In obscuro vitam agens.
Imaginibus carens.
Subobscura natus in familia.
Obscuro loco & parentibus agrariis natus. Para bolanus.
Horatius Damam pro ignobili & obscuro posuit, vt ne tegam spurco Damæ latus.
Homo à se ortus, apud Cic.
A nobilitate alienus.
ἀκλυτος παράκλυτος
Homo nouus, apud Sal.
Et prouerbio, Generosus ex crumena dicitur, qui propter opulentiam generosus vult haberi, alias humilis & obscurus.

Vnpossible.

Impossibile est, pro quo fieri non potest, docti dicunt
ἐχόντι Supra naturæ vires.
Nullo pacto fieri potest, & prouerbiali schemate.
Prius testudo leporem pepererit.
Mare vitem tulerit.
Locusta bouem pepererit
Ouem lupus duxerit vxorem.
Citius elephantem sub ala celes, & id genus per multa alia.

Vnprofitable

Unprofitable, Vnthriftie.

Qui nulli est vsui. Inutilis.
Otiosus. ἄργος.

Unreasonably.

Præter rationem.
Irrationabiliter. Inhumaniter.
Temerè ἀλόγως.

Vnruely, vide *Stifnecked.*

Untamed, wilde.

Effrenus & Effrenis. ἀχάλινος.
Infrenus, Effrenatus, Indomitus.

Vntill, Vnto.

Donec. Donicum, apud Poetas & Comicos. Quoad.
Dum, apud Virgilium & Terent. pro Donec. vsque dum. ἕως.
Tantisper. Quousque.
Quoadusque. ὄφρα.
Vsque diu. Dum. Tamdiu.
ἕως οὗ. Adusque pro. Vsque ad.

Vntill now, euen vntill this time, hetherto.

In præsentem diem.
In hodiernum diem.
Hactenus. Huc vsque.
Adhuc pro hactenus. Terent.
Cessatum est vsque adhuc.
In præsentiarum.
In hunc, in hanc diem.
Ad hoc vsque tempus.
Ad hanc potestatem.
In hanc vsque horam.
In præsens vsq; tempus. Hodieque.

Vnthought, Vnlooked for. Sodainly, Unawares.

Inopinatè, & tò. Improuisè & so.
Subito. Ex tempore.
Ex improuiso. Inauspicato.
Præcipitanter. ἐξαίφνης.
ἀπροσδόκητα. Præter spem, opinionem, atq; incredibile hoc mihi obtigit, παρ' ἐλπίδα. Repentè. Ex inopinato.
Ex insperato. Insperato.
Vide vnaduisedly.

Untractable, vide *Stiffe-necked.*

Unwillingly, against ones will.

Inuitus. Coactus.
Præter voluntatem, ingenium.
Ingratis & ingratus, vtrunque apud Terent. pro inuitus vel coactus.
ἀκούσιος. ἄκων.
Grauatè & grauatim, aduerbia.

Vnwisely, vide *Vnaduisedly.*

Unwise, vide *Foolish.*

Vnworthy of Praise.

Laude indignus es.
Indignum te laude præbuisti, præstitisti, ostendisti, probasti.
Non ita te gessisti, non ea tuæ vitæ ratio fuit, non eiusmodi sunt tua merita, non te talem vidimus, cognouimus, sensimus, experti sumus, non is nobis cognitus es, vt afficiendus, honorandus, decorandus, honestandus, efferendus, extollendus laude sis.
Vt laus in te conueniat, tibi debeatur.
Vt laudis præmium, quasi tibi debitum possis exigere.
Vt laus quasi tuis meritis debita merces, persoluenda tibi esse, tribuenda, deferenda videatur.

Voyde. Empty Without, Destitute or lacking.

Vacuus. Inanis. Expers.
Immunis. Orbus. Viduus.
Viduatus. Vacuatus.

to Vomite, to Spewe, to Cast vp.

Vomere, Vomitare, Degere.
Eiectare dapes, ora vacuare cibis.
Nauseare, Nauseam facere Reuomere,

a Vomiting, or Spewing.

Vomitus, Vōitio, Stomachi dissolutio, reiectio vel reiectus

to Vovve, or to performe a vovve

Votum vouere reddere.
Canere vota. Virg.
Voto se obstringere.
Votum facere.
Suscipere votum Deo.
Concipere Suscipere Capescere,
Ferre, multiplicare.
Soluere implere voti debita.
Votis optare, petere, exposcere, operari.
Dicere sacramento, & Dare sacramentum.
Dicare pia vota deo.
Vota nuncupare, pro fœlici rerum euentu, vota polliceri & destinare apud Plinium.
Munuscula diuis promitere, Cat.

to vpbraide, vide *to Cast in ones teeth.*

Vpright, Pure, Sincere, a plaine dealing mam

Candidus. Integer.
Syncerus, & hic & hæc synceris & hoc syncere.
Minime fucatus. apertus homo.
Sine dolo, fraude fuco. ἄδολος.
Qui est extra omnem doli suspitionem
In quem nulla fuci cadit suspitio.
In fronte gerens animum.
Integer vitæ scelerisque purus
Qui moribus ab omni labe purissimis.

to make an Vprore, or Sedition, a rebellion, great sturre, to keepe a foule koyle or turmoyle.

Ciere turbas, dissidium.
Ad dissidium vulgus impellere.
Concitare tumultum, turbam.
δυςάναι.
Concitare plebem, nationis seruitia
Funestos tumultus concitare, excitare.
Turbam tumultum facere.
Omnia armis perturbare.
Suscitare & excitare tragœdiam.
ἐκτραγωδίζειν.
Res nouas moliri.
Studere rebus nouis
Bellum, prælium, seditionem, tumultum concitare, conflare mouere.
Turbas facere, apud Terent.
Acria inducere bella, pace pulsa.
Seditionem mouere, facere, agere.
Sediciose rem gerere.
Perturbationis strepitum mouere.
Maximas vndique turbas ciere.
πάντας ἄνω ποιεῖν τὰ πάντα ... vt est apud Poët.
Turbas dare, Teren. Pro facere
Ad seditionem & dissidium perpellere.
διαταράττειν.
omnia conturbare.
Maximis rerum procellis personare
perturbare miscere vniuersa
Peruertere omnia iura diuina humanaque,
Peruertere rem publicam,
Confundere fasque, nefasque, fas & iura, Sursum deorsumque ordinem inuertere.
Iuris ordinem cassare omnem.
Cœlum miscere terræ, sacra prophanis.
Diuina atque humana habere promiscua Salustius,

Omnia prophanare, prophana facere
Ima ſummis permiſcere.
Omnia ſurſum ac deorſum miſcere.
Delere leges omnes, fas omne, ius.
Rebus nouandis orbem commouere.
Ciere bella, pugnas. Martem. Virg.
Motus tragœdiaſque ciere.
Excitare arma, tempeſtates, malum furorem, bellum, incendium
Omnia turbare, impacataque, reddere, perturbare
Diuina pariter & humana tumultuoſa tempeſtate confundere.
Adferre perturbationem, apud Ciceronem.
Conclamare & armis concrepare.
Inter Chriſtianos diſcordiarum ſemina iacere.
Conijcere in perturbationes rempublicam.
Acheronta mouere.
Orbem Chriſtianum in arma vel ad arma concitare, conclamare.
Animum plebis contra principem ſuum exacerbare, irritareque; ad ſeditionem, ad cædes commouere, & ad bella. Sollicitare.
Sollicitare quietæ ciuitatis ſtatum Liuius.
Communem moliri ſeditionem, vulguſque in diſcordiam excitare.
Pacem Eccleſiæ mutuis digladiationibus, exoticis opinionibus pertur bare, conturbare.
Subditos ad inobedientiam & illicitas iureque damnatas conſpirationes, & confœderationes pellicere.
Funeſto cornu claſſico occinere.
Ad ſeditionem excitandam cornu a lectus perſonare Eraſmus.
Alecto in teneros Stigiis ſe concitat alis Virg.
Tyria concire maria, hoc eſt ingentes turbas vt refert Afraneus.
Populũ perſuaſione adulterare peſſima.
Populum exaſperatum ſeditioſis concionibus in rabiem agere, apud Cice. Ad pilum vocare.
Promiſſis ingentibus ſeditionem commouere.
¶ Facere Tragœdiam ex Comedia.
Ex humili tumulo, grandem producere Olympum. Mantuanus. B.
populum in rabiem vertere.
Leuiculis de cauſis maximos tumultus excitare.
In re leui nimium tumultuari
Minimis de rebus atroces excitare tragœdias, quod prouerbio. Tragœdias in nugis agere dicitur in re ſcilicet leuicula mouere tumultũ.

out of vſe. Aboliſhed.

Exoletum eſt, obſoletum eſt.
Eſt inuſitatum, abolitum.
Moris eſſe deſinit, deſiit.
Antiquatum eſt ſeu abrogatum.
In diſſuetudinem venit, abiit.
Obliteratum eſt.
ἐξηλλασμένον, ἀπαλαιώθη.

Vſed, in Vſe or Cuſtome.

Moribus receptum eſt.
Conſuetum. Viſitatum.
Commune. Aſſuetum.
Solitum. Vulgare.
Vulgatum. Frequens.
Solitum eſt fieri. Vſu perceptum: Cice. Inoleuit.
Moris eſt. Conſuetudinis eſt.
ἔθος συνήθεια.
In obſeruatione eſt.
Conſuetudo tenet, obtinet.
In conſuetudinem venit.
Remanet in hodiernum diem.
Permanſit ille mos.
In more poſitum eſt.
Conſuetudine receptum eſt.
Vſus inualuit, Mos inceſſit. Saluſt.
Cunctorum calculo iam receptum eſt.
Præclarum iſtum à maioribus accepimus morem Cicero.
In vſum abiit.

De more antiquo. *after old faſhions*
Eſt in more maiorum.
Abiit in morem, in conſuetudinem.
Vſu irrepſit ac paulatim temporis progreſſu robur collegit.

to Vſe to Occupie, to Enioy.

Vti gladio, enſe, cultro vel aliquo familiariter.
Expectatis frui commodis, vita ſalutari &c. Carpere regni commoda.

to Vſe the Trade of Marchandiſe.

Mercari, mercaturam agere, ducere, exercere gerere adminiſtrare.
Negotiari, negotia tractare, adminiſtrare, ad negotiandum ſe conferre, ad negotiationem proficiſci.
Nundinari. *To ſell and buy openly in Fayres.*
Nundinator *a market man, or one that goeth to Faires, vide Trafique.*

to grow out of Vſe or cuſtome, to wax Old or decay.

Exoleſcere, Euaneſcere.
Obliterari, Antiquari.
Deſinere, Ceſſare. Abire, ſimplex. Abire in diſſuetudinem.
Exolere. Venire in diſſuetudinem.

to lend out to Vſurie

Fænerari & Fœnerare quamuis Valla diſtinguat.
Vſuram facere, exercere.
δανείζειν. τοκοφορεῖν.
Locare argentum fœnori.
Fœnus agitare, exercere.
τόκος λαμβάνειν.
Pecuniam dare ad vſuram, collocare in fœnus.
Artem daniſticam exercere
Fœnerando debita compilare.
Fœnore circumuenire, opprimere plebem, vulgus, Liuius.

an Vſurer.

Fœnerator, Vſurarius.
Daniſta. Dardanarius. δανειςής.

to Vtter vide *to pronounce and ſpeak, and to vtter, to Declare ſimply or plainly.*

Craſſius dicere.
Intelligibilius loqui.
Pinguiori (vt aiunt) Mineruа rem agere. Apertius dicere.
ἀμαθιςέρον agere. Inculcare.
Manibus pedibuſque inculcare.
Expreſſius declarare.
Præmanſum in os inſerere. Adag.
Clarius, clariſſime dicere, proponere.
Apertius rem reſignare.

Vtterly, thoroughly or altogether.

Prorſus. Funditus.
Stirpitus. Radicitus.
Medullitus. Omnino.

vttermoſt, laſt.

Vltimus, Extimus.
Extremus. Penitiſſimus.

Vtilitie, vide *Profit*

Vulgar vide *Common.*

VV

a vvafer vide *a Cake.*

to VVage, or lay a vvager

Certare cum quopiam precio, pignore depoſito.
Deponere. Concertare.
Decertare, Decernere.

Facere sponsionem.
¶Deponere quadruplum ad duplum
Ponere *to lay*,

wages or Hyre, Reward.

Stipendium. Præmium.
Merces. Meritum. Debitum.
Salarium *vide Revvard.*

to giue wages.

Stipendium de publico statuere, apud Liuium.
Salarium annuum constituere, attribuere ex fisco regio.
E fisco centena annua designare.
Salarium ex ærario principis statuere, apud Eras.
Annuum sensum è publico decernere
E republica statum aliquod præmium persoluere.
¶Stipendium annuum mereri ob nouitatem rei inuentæ.
Præmium pro fortuna satis amplum consequi.
Præmia ferre, capere.

a wagon, a Cart, a Chariot

Currus, Carpentum
Quadriga, Veha vel vehia,
Curriculum Essedum Vehiculum,
Rheda, Plaustrum ἅμαξα.
Vittatus arcuatus currus, vehiculũ cameratum quorum vsus in *Brabantia* & Flandria
Vittata quoque nauis, Solino dicitur,.
Saracum

to driue the VVagon

Impeliere currum, regere, moliri
Agere currum aut carpentum
Aurigari. ἡνιοχεῖν.
Iungere currum. *to make Readie the vvagon.*
Iungere equos, *to set the horse to the vvagon.*
Dexterare.
Ire veha, curru, *to Ride in the vvagon or Coche*

to ouerthrow the VVagon.

Euertere, subuertere currum.
Impetu solum sternere.
Effundere vecturam aurigam.
E curru deturbare.
Effundere in humum.

a waine maker,

Carpenta coaptans.
Carpentarius
Faber plaustrorum.

a waineman, vide *Carter.*

a way a path,

Via Iter Callis.
Semita, Vestigium
Trames. Limes, Orbita.
Via præceps *an vneauen vvay.*
Actus *A vvay that passeth through ones ground.*

the high vvay or the common way.

Via publica: Consularis,
Basilica via, Via regia,
Tritum Spatium.
Via trita, Prætoria
Via militaris. Plaustraria,
μεγαλοδες. λεφωρος

to make the VVay plaine, to open or to repaire the way.

Aperire viam, Viam facere,
viam ducere Cicero,
Munire, substrènere, sternere viam,
Scindere glaciem prouerbialiter,
Aliquid peruium facere.
εὔπορον ποιεῖν
Aditus facere illustres, Cicero,
Fores aperire metaphorice,
ἀνοίγειν τὴν θύραν.
Viam complanare, æquare, eradere
Gradus

Gradus tollere.
Pulchram ac tutam sternere viam.
E salebrosa & aspera commodam, levemque reddere viam
Obstacula viæ discutere.
Tranquillam viam concinna, id est expedi. Plautus.

to stop the way or passage.

Iter viam intercludere claudere
Præcludere viam.
Iter intercipere.
Obstruere perfugia improborum.
Progressum impedire.
Iter intercipere, impedire.
Inhibere gressum, iter ἀναχάζειν
Aditum claudere. præcludere, obstruere, intercludere.
Crebris arboribus succisis omnes introitus præcludere Cæsar.
Intercludere inimicis cõmeatum.
Prohibere exercitum commeatu, re frumentaria, frumentatione.
Re frumentaria, Commeatatibus nostris intercludere insistunt.

to VVaile, to Lament, to weepe

Flere. Lachrymari.
Illachrymare.
Dare lachrymas. Virg.
Lachrymas profundere.
Vlulare Edere planctus.
Eiulare sublata voce.
Imo de pectore questus dare, vultu manibusque ad sidera versis,
Plorare voce flebili.
Plangere percussu membrorum.
Gemere, sonitu e pectore erumpere
In fletum ducere voces Virg.
Lamentari voce querula.
Fundere fletus.
Perfundere genas lachrymis Ouid.
Querimoniis, gemitus, eiulatus facere Lachrymas fundere.
Lachrimis genas irrigare.
Genas, ora rigare lachrymis.
Cædere mœstis pectora palmis.
Querulari. Queritare vel queritari.
Capillos trahere.
Seris ora rigare fletibus.
Et apud Virg. Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas.
Cœlo supinas si tuleris manus Hora. lib. 3. carmin.
Cepas edere aut olfacere, ioco prouerbiali.
Lugere deflere, elugere, *to lament, or vvaile for.*
Cic. patriam eluxi diutius.
Deplorare.
Mœrere mortem filii.
Recentem natum fletu excipare. Sol
Fletu omnia complere. *to make one vveepe.*
¶ Excire lachrimas.
Fletum excutere alicui. *vide to mourne.*

to lay wayt, to deceiue, to practise wiles, for to intrap or deceiue.

Insidiari. Malum moliri. struere facere
Insidias tendere, moliri. ponere, locare, collocare, para.
Alere monstrum.
Moliri, machinari fraudes dolos.
Mali aliquid moliri.
περιτεχνᾶσθαι λόχον.
καθιέναι λόχον Petere ab sol.
Nectere strophas.
Artem exercere Pelasgam.
Dolos suere. δόλους ῥάπτειν.
Fraudes meditari, nihil non machinari, cudere.
Tendere retia, laqueos
Struere dolos.
Alto pectore moliri malum
Obsidiari, apud Columel.
Dolos consarcinare, texere.
δόλους ὑφαίνειν. apud Hom.
Artes nouas, noua pectore versare consilia Virg.

Retia distendere capiendis vndique prædis.
ἐυσσοδομεῖν.
Tragulam iniicere,
Fabricam facere, fingere, Terent.
Pilum iniicere, apud Plaut, pro eodē.
Cuniculis oppugnare, Cic.
Machinari astutiam corde.
¶ Hamum vorare, *to be deceiued*,
In laqueum inducere, inescare homines.
In casses inducere.
Attrahere in nassam.
Arte illectare παλεύειν.
Ex insidiis irruere, vrbem impetere.

vvayvvard.

Nimium acerbus es, nimium in consuetudine durus, asper es.
Tua consuetudo minimè iucunda est, amara potius, atq; odiosa est, ita mores aliorum fastidis, vt nemo te, tu nemine vti possis, vt neq; tu quemquam, neque te quisquam ferre possit.
Vt neque tu consuetudine cuiusquam neque tua quisquam vti possit. *vide Frovvard.*

to VVaken or to awake one out of his sleepe.

Excitare à vel è somno.
Suscitare aliquem somno.
Excire somno, Liu.
Rumpere, abrumpere alicui somnum.
Expergere.
Expergefacere. Exuscitare, resoluere membra somno.
¶ Expergiscor. excutior somno, *to Avvake*
E somno corripere corpus.
E[illegible]o. Soluo somno,
Nox [illegible] somnusque reliquit.

to vvalke to go abroade.

Gressus, Pedes ferre aliquò,
Petere patriam.
Contendere, Niti.
Dirigere gressum, abitum parare,
Ferre iter Efferre pedem.
Proripere, Tendere, Agere se aliquo.
Rapere, metiri Iter.
Viam secare agere viam capere, tentare,
Vestigia firmare, torquere.
Signare, Figere, premere,
Gressus glomerare superbos.
Larem patriosq; penates redire
Suspensos ponere gradus.
Inambulare. ἐμπεριπατεῖν.
Ambulare. Spatiari.
Aura mitiore se remittere.
Cœlo sereno quoquam deambulare animi causa,
Deambulare cum iucunda & blanda est aura.
obambulatione oppidi fastidium leuare.
Ad auram inambulare.

a vvalking place.

Subdiale. Xystum,
Hypæthrium, ὑπαίθριον.
Paradromis.

vvalking in darkenesse, vide Blinded.

to vvander, to Stray.

Errare-palare.
Discursare Vagari,
Spatiari. Lustrare. *vide to Go out of the vvay.*

vvanton, Saucy.

Lasciuus. Proteruus.
ἀκόλαστος. Blax, βλάξ.
Petulans. Procax. Petulcus.
Improbus pro proteruo lasciuoque ponitur.

vvantonnesse.

Proter-

Proteruia, Petulantia,
Improbitas, ἀσέλγεια.
Proteruitas. Insolentia
Procacitas Lasciuia,
Panis saturitas, vt habetur Ezechiel 16
Vulgo panaria saturitas, & prouerbiali schemate.
Citra vinum temulentia,
ἄοινος μέθη.

to be vvanton or Saucie, to Play the vvanton.

Insolescere, Lasciuire,
Insolentiam præ se ferre
Petulantem & insolentem exhibere,
Proteruire, ἀκολασταίνειν
Procaciter, petulanter, improbe & insolenter agere.
ἀσελγαίνειν

vvarie, vide *Circumspect.*

vvarmth vide *Heat.*

to waxe VVarme, vide *Hoate.*

to vvarne, to Aduertise secretly, to Signifie.

Innuere, Significare,
Insinuare, Indicare,
παρεγκινεῖσθαι,
Dare signum oculis, oculis innuere, *to vvinke*,
ψιθυρίζειν In aurem dicere,
εἰς οὖς λέγειν.
Indicium facere, apud Teren
Anus indicium fecit.
Indicium dare.
Aperire se totum alicui,
Admoto propius capite dicere.
Familiariter arcanum suum exponere,
ἀναπτύσσειν

In sinum amici effundere, deponere sententiam penitus aperire effari
Secreto dicere, committere,
Nunciare denunciare, annunciare, perferre dicere, edocere, & simplex docere, apud, Cic. significare, certum vel certiorem facere, deferre *to signifie or let vnderstand.*
Cognitum facere, i. certiorem, apud Pli. Notificare, facere notum.
Reddere certiorem vel certum,
Intimare vulgus dicit non admodum latinè pro significare, apud Titum Liu. inuenies tamen.

vvarre.

Warring with good successe to declare Warre, vide *to Denounce, &c.*

to enterprise vvarre.

Bellum suscipere.
Inimicitias suscipere.
ἀναιρεῖσθαι τὸν πόλεμον.
ἔχθρας ἀναιρεῖσθαι.

to prepare for warre or to make great preparations for it.

Belli apparatum instruere.
Parare Bellum, arma, copias,
Componere militarem apparatum,
Ex hibernis milites in expeditionẽ euocare.
Contendere. bello
In arma parare, accingere se, suos.
Exercitum, copias bellicas conscribere,
Militiam cogere.
Expeditionem agere,
Bella gerere.
εἰσβολὴν ποιεῖν, ἐλαύνειν.
Bella ciere.
Parare machinas magnas.
Ruere in bellum.

Expeditionem parare, apparare
Moliri expeditionem, bellum, classem,
Martem mouere.
Expedire copias auxilia contra aliquem.
Arma mouere.
Machinas, tormentaque parare.

to end or to make an ende of the Warre.

Bello finem imponere.
Bellum absoluere.
Claudere. Profligare.
Dirimere, ab armis conquiescere & cessare, Classicum canere.
Receptui canere, *to sound the retrait.*

to make Warre, vide *to Fight.*

Warlike, belonging to warre.

Militaris. Mauortius.
Martialis πολεμαῖος.
Bellicus πολεμικός
Castrensis.

to Wash, to Rinse.

Lauare. Fontana perluere vnda
Vulnera siccare lymphis, abluere.
Dare manibus lymphas.
Tergum demittere in vndas.
Flumine, vino se abluere, lauare.
Tingere, liquido rore perfundere.
Sumere aquam.

to Wash out writings, vide *to Crosse out.*

to Waste, to Spoyle, to Destroy with the sword and fire.

Omnia flamma ferroque delere.
P[illegible] ferro & igni po[illegible]
[illegible] ferro [illegible] grassari.

Ferro ignique rem gerere.
Omnia vastare ferro & igne cuncta euertere.
Hostili more populari et vexare
ἁρπάζειν καὶ πορθεῖν
ἀγείρφερειν.
Vrbes. muros mænia destruere.
æquare solo, ab imo vertere
Ingentem domus traxit ruinam
Vrbis mænia diruere euertere.
Subuertere, disiicere deiicere, concurrere, subruere.
Sternere, perdere, eruere.
Ferro, incendiis ac rapinis miserè vastare, agros depopulari, longe lateque vastare.
In fumum & cinerem omnia redigere, vertere Ouid. ἀποσποδῆσαι.
vide *spoiles*

to Waste riotously, vide *to Consume.*

to Waste his patrimonie.

to Watch.

Vigilare Excubare.
De excelsiori specula obseruare.
Excubias agere vel vigilias
Custodire vigilias, in euang.
Agitare noctem, apud Sal.

Watchmen or the watch.

Vigiles, & vigiliæ pro vigilibus.
Excubitores.
ἀγρυπνός Custodes.
¶ Primarius magister excubiarum & symbolorum seu tesserarum quæ secreto excubitoribus dantur
Excubias de stationibus deducere, *To take vp the vvatch.*
Vigiliæ Excubiæ Custodia nocturna.

Water

Aqua Vnda. Limpha. Fluctus.
Latex. Humor. Amnis.
Fons figurate pro aqua vt. Adfer fontem, i. aquam.

Vena aquæ manabat saxo.
Dare aquam, lympham manibus. Vir.

to Water the ground or garden

Rigare, Irrigare Humectare.
Spargere semen aqua.
Madefacere humorem aspergere adaquare.
Perluere rore manus.
Madida fluere in veste.

to VVaxe olde, vide *Old*

to waxe strong, to Recouer health.

Conualescere κατισχύειν
Sanitatis beneficium sentire.
Refrigerio potiri salutis, in sacris literis. Reuiuere.
Reuiuiscere firmum validumq; fieri.
Reualescere Sanari.
ἀναλαμβάνεσθαι ἐκ τ νόσου.
Refici incipere Plin pro conualescere, ῥαΐζεσθαι ἀπὸ τῆς ἀσθενείας
Recolligere, reparare vires ab ægritudine. Recreari.
Meliuscule valere.
A morbo valere Plaut.
Pristinæ restitui sanitati.
Confirmare se, Cic.
Quum te bene confirmaris, ad nos venias.
Recipere vires ἀνακομίζεσθαι.
Recuperare valetudinem, sospitatem vires.
In pristinum sanitatis gradum restitui.

Weake, Feeble, Rotten, ready to fall downe.

Fragile Vermiculosum.
Futile. φαῦλον.
Ruinæ proximum
Ruinosum. Marcidum.
Ruinam, casum minitans,
Casui proximum.
Vetustum. ἀρχαῖον.
Debile. lubricum.
Fluxum. Cariosum.
πονηρόν. Carie vitiatum.
Lapsum minitans.
Inueteratum. Concussum.
Collisum. Debilitatum.
Fractum. Imbecille.

a weake body.

Languidus. Debilis.
Male fortis.
Exuccus. Inualidus.
Eneruus, sine neruis
Imbecillis. Solutus.
Affectus absolute, pro languente, apud propert.
Exhaustus viribus.
Imbecillis. Effæminatus.
Mollis. Tener. Lentus.
Morbidus & Morbosus.
Æger. infirmus
Corpore malè habens.
Valetudinarius. afflictus.
Exilis. Exiguus.
Victus Confectus morbo.
Delumbis. Morbosus.

weakenesse, Feeblenesse, Sicklinesse.

Ægritudo. Ægrotatio.
Languor. Debilitas.
Imbecillitas Fragilitas.
Infirma atque ægra valetudo.
Infirmitas, Valetudinis vitium incōmodum, grauitas.
Incommoda, aduersa, infirma & infensa valetudo.
Profligata valetudo, i. desperata.
ἀσθένεια. Impotentia.

wealth, vide *Money, and Riches.*

VVealthy, vide *Rich.*

to vveary to Tyre.

Fatigare, Defatigare.
Magnis laboribus sese in aliquo exercere. *Se* frangere. ambulando rumpere. Lassare. Delassare.

Weary, *Tyred.*

Fessus *Lassus*, Fractus viribus.
Animus lassus Cura confectus stupet.
Laboribus confectus.
Languens è via vel languidus.
ὑποτονικός. Defessus.
Fatigatus. Lassatus. Victus.
Defatigatus ex itinere, Terent.
Ruptus.

to become or vvax Wearie

Deficere. Corruere.
In extremo actu corruere. Liui.
Lassescere.
Supra modum defatigari.
Perlassescere. Fatiscere.
Cedere labori. ἐκκάμνειν.
*M*alis succumbere. ἐκκάμνειν.

to be weary of his life.

Agi in tædium vitæ apud Ouid.
Vitæ tædere.
Vitæ capere tædium, & vitæ tædium me cœpit, quãuis Valla refragetur.
Tristitia pertæsus munere vitæ.

faire weather, a svveete Ayre.

Iucunda & blandiens aura.
Cœlum serenum. Clarum. Mitius.
Gratum, temperatum. Minime turbidum Maturum.
Aer temperatus. Bonum cælum.
Mira cœli serenitas, nullis spirantibus ventis, εὐδία.
Cælum mite, vernans.
Cœlum quo nihil amœnius, blãdius.
εὐημερία, Sudum.
Et apud Virgilum. vnde hæc tam clara repente Tempestas?
Egregia tempestas, apud Cice.
Cœlum nitescit clarius. Prud.
Auræ blandæ temperies. αὔρα. Aura in hac significatione raro apud doctos inuenitur denotat enim ventum, flatum lenem propriè ac refrigerãtem qualis flante zephiro est circa veris initium. Quando redit pulsis aura serena notis.
Aura secunda, mollis, tenuis, facilis.
Cœlum sudum quasi sine vdo. i. siccũ non humidum αἴθριον.
Vẽtus cœlum pelagusq; fauens Ouid.
Cœli amœnitas, clementia, apud Erasm. & Soli.
*M*ulta cœli temperies.
Aeris mira quædam salubritas, clementia.
Salubetrima aeris temperies.
Varro temperaturam cœli dixit.

Ill vveather.

Cœlum incommodum, apud Eras.
Teter & pestilens cœli odor.
Obscœnum solum, *Durtie.*
Triste, nubilum cœlum.
Imbrium cœlum, humidum.
Cœli insalubritas, Eras.
Cœli grauitas, apud Cic, & apud eundem.
Loci grauitas hic miserrime perferenda est.
Seuum cœlum *Harde vveather.*
Rigens, asperum tempus.
Frigidiuscula aura.
Pestilens locus. *An vnholsom place*

a vveb of Cloath.

Telam, ordiri, exordiri.
Texere telam.
Linum moliri & plenas exonerare colos.
Radio percurrere telas & rarum pectine densare opus.
Arguto tenues percurrit pectine telas.

to vved, vide *to Marrie*

a wedding

Nuptiæ. γάμος.
Apparatus hymenæus, Tæda,
Conuiuium nuptiale,
Festiuitas & luxus nuptialis

to keepe a wedding feast.

Agere festa nuptialia genialia.
Exercere nuptias, pactosque hymenæos. Virg.
Canere nuptialia festa. Ouid.
Celebrare connubia, hymenæos, Virg. Parare hymenæa.
Facere nuptias
Ad nuptiarum solenne conuiuiũ conuocare. *to call or to bidde to a feast*

a Wedding song or verse.

Thalassio Hymen
Hymenæus. Epithalamium.
ἐπιθαλάμιον.

a Wedge. vide *Chesill.*

to VVeede, to Plucke out weedes.

Noxias herbas euellere, extirpare eruere Runcare, Columel, & Varroni vsitatum.
ποάζειν Eruncare.
A noxiis herbis segetem purgare.
Tollere zizanias
Purgare fruges a zizaniis.
Noxia suo horto demetere zizania.
Sublatis zizaniis purum triticum in horreum colligere.
Aream ecclesiæ purgare repurgare.
Euellere omnes radicum fibras.
Lolium stirpitus euellere.
Eruderare, rudus eiicere.

a vveeke or seauen dayes

Hebdomas, ἑβδομάς.
Hebdomada, æ.
Septimana à quibusdam Latinorum dicitur, scilicet spatium dierum septem.

the VVeeke of a candle or lampe.

Myxus μύξος. Ellichnium Xylineum gossipium *of cotten.*
ἐλλύχνιον
Funiculus stupeus, canabinus, seu sprateus oleo circumfusus.
Verbascum, φλόμος.
Scirpeus *of rushes*
¶Emungere lucernam effungare, *to Snuffe the candell.*
ἀπομύξαι τὸν λύχνον.

to vveepe, to waile, to Lament vvith Teares.

Eiulare Vlulare. ὀλολύζειν.
Gemere sonitu e pectore erumpente
Lamentari, Plorare. Lugere.
Magno clamore in sidera planctu
Ardua sublatas tẽdere ad sydera palmas, Ingemere. Plangere.
Flere. κλαίειν.
Fletibus mouere.
Lachrymare vel lachrymari
δακρύειν.
Ducere voces choros in fletu.
Indulgere Lachrymis.
Fletu se emacerare.
Lachrymis dolorem egerere.
Lachrymis manare.
Animus concussus fletu.
Deflere Illachrymare.
Delachrymare Fletus effundere Ciere vide *VVaile.*
Lachrymare ciere profundere, dare, Voluere, non retinere, Ire in lacrymas inanes.
Lachrymas perferre spargere concipere, libare notare, mouere, licere, renouiare, miscere
Lachrymas animi dare signa sui.
Lachrymis oculos perfundere suffundere.
Perculsi mente dederunt lachrymas.
Cum alicuius lachrymis. Lachrymas

sua s

suas confundere.
Lachrymas per ora volutare.
Fluunt lachrymæ more fluentis vel
Perennis aquæ.
Labitur ex oculis tum quoque gutta
meis
Decidit in tepidos lucida gutta sinus
Miscuit hæc lacrimis tristia dicta
meis. Lacrimis fari
Sinum lacrymis impleuit obortis
Vultum lachrymis atque ora rigare
Spargitur tellus lachrymis flumina
increscunt lacrymis.
Effusis lachrymis longosq; ciebant
incassum fletus.
Lachrymæ per amantia lumina manant.
Nec lachrymas oculi tenuere cadentes.
Lauare lacrimis vultum.
Explere, indulgere lachrymis.
per sinus lachrymæ fluminis instar
eunt, cadunt.
Veniunt lachrymæ & sine carent.
Gemitum dat pectore ab imo.
Gutta it per genas. Labitur.

a weeping, a wayling, Lamenting

Vlulatus. Planctus. & plangor.
Fletus. Lachrimæ
Singultus. Suspiria.
Eiulatus. Gemitus.
Ploratus Lamentatio
Lamentum. *vide Lamentation.*

to cease or to leaue weeping

Sistere, Temperare Lachrymas
Abstergere lachrymas.
Temperare a lachrymis.
Demittere lachrymas.
Lachrymas imbibere, comprimere,
tenere Retinere, congelare detergere.
Siccare lumina, Sedare fletus.
Suspendere, corripere, lachrymas cohibere, deuorare, eripere, lachrymas. Lachrymis lædere.

of great weight or Importance, there is a great difference, it maketh much to the matter or purpose.

Plurimum refert.
Magni, permagni refert.
μέγα φέρει & πολυ διαφέρει.
Permagni interest.
Maxime refert.
Haud parum refert
Pro non paruo negotium habetur.
Res magni momenti, maximi ponderis *vide supra Matter of Importance, and Heauie.*

to weigh, to Esteeme, to set much by.

Pluris facere, ducere.
Pluris æstimare, præponderare.

to weigh the matter exactly. vide *to Examine well, right well*

Congruè. Apte Bene. Commodè,
accommodatè Rectè. Appositè
quod vulgus dicit Conuenienter,
Congruenter. Bellè, Probè.
Percommodè, Bellissimè,
Perbellè. Optimè.
Recte Quam optime.
Ritè. Lepidè.
Commodè. Compositè.
Decenter. Continue ἀθρύθμως.

Well then, or Go to then, we haue passed the worst, go forward, or Proceede in Gods name.

Age. Age rem.
Agesis Agedum.
φέρε φέρεδη. Eia age.
¶ Callum duximus.

Occa[...]

Occalluimus.
Neque enim ignari sumus ante malorum, o passi grauiora, dabit Deus his quoque finem, vt est apud Virg, Ite o fortes peioraque passi. Hora.
Macte animo virtute.
Malis assueuimus,
Tulimus permulta, sed hoc accesserat illis.

you be welcome.

Desideratus ades, & apud Virg.
Expectatus venis.
Exoptatus ades, aduenis, pro quo ineptientes dicunt, Bene veneritis,
Saluus Optato ades.
Prosperè adueneris. Gratus ades
Optato aduenis Terent.
Sàlua sit tua præsentia.
Aduentu tuo nihil nobis gratius esse potuit.
plurimum nos tua præsentia exhilarat. Sis bene ventus, barbarissim est locutio.

VVellfauoured beautifull.

Nitidus. Nitidulus. Comptus
Comptulus. Bellus. Perbellus,
Elegans. Cultus. Decorus,
Speciosus, specie valens. Venustus
Bene vestitus, Excultus.
Honestus Tersus Scitus.
Concinnus. Formosus.
Formosulus, Formæ præstantis.
Iuuenis insignis, Egregius Forma & facie, corporeque præstanti.
Eleganter cultus. Pulcher.
Ευειμερος, ενειδ τος.
Qui ex ouo prodiit,
Ore floridu lonitens.
Princeps formæ elegantia conspicuus. Saperda. *κομψος.*
vide faire.

your VVelfare reioyceth me as much as my owne,

Lætitiam ex rebus tuis eandem, quã ex meis capio, accipio percipio, suscipio, haurio.
Lætitia me afficiunt res tuæ, æque ac meæ, pariter ac meæ, non minus quam meæ, non secus quam meæ, haud aliter ac meæ.
Tuæ me res efferunt lætitia, gaudiũ mihi afferunt, pariunt, præbent, voluptate me perfundunt itidem vt meæ.
Tuis rebus vti meis afficior.
Quæ meis rebus, eadem mihi è tuis oritur iucunditas, voluptas, delectatio, lætitia, gaudium.
Tuis è rebus ita lætor, vt meis.

well spoken. eloquent.

Facundus. Facetus. Eloquens,
Lepidus, Festiuus *Vide Eloquent.*

VVest.

Occidens. *δυσις.*
Occasus, apud Plinium:
Sedes zephyri.
Occidentalis vel vesperalis plaga.
¶ Ab Occidente. Ab Occiduo solis plaga apud Soli.
Axe sub occiduo.

west wind.

Caurus qui Plinio dicitur Corus, flat aduersus Aquilonem,
Græcis dictus Argestes *αργεστης.*
Fauonius Latine qui Græcis zephyrus dicitur,
Aphricus & libs *λιψ* a Libya sic dictus (est eadem Libya quæ Aphrica) flat aduersus vulturnum, Et Australis, hunc alii vocãt ventum Libycum, vitruuius autem, Carbinum.

wette, vide *Moyst.*

a VVheale, vide Blister

VVherefore.

Quo

Quare? Cur?
Quamobrem? παρὰ' τί?
Quam ob causam?
Quapropter. Quocirca.
Quorsum Qua de re.
Qua ratione?
Propter quid?
Quid nam? Quid?
Quid cedo? Quid?
Quid causæ est?
Qua de causa?
Quid negotii?

a VVherle or wherne that women put vpon their spindles.

Verticulus, seu verticilum.
Spondylus. σφόνδυλος,
Spondylus etiam significat illud rotundum albicās quod est in ostris, à spondyli similitudine.

to VVhet, to make Sharpe.

Acuere ἀκονᾶν
Exacuere, Trahere aciem.
Exterere cultri aciem.
θήγειν παραθήγειν.
Atterere cautibus,
In mucronem excitare.
Exasperare ensem, ferrum saxo apud Liu. ἐξαγριαίνειν
Turbinare ἀποξύνειν, acutum facere To Sharpen vpvvard.
Turbinatior pyris figura quam malis Plin.
Propilare. σφαιροῦσθαι. Acuminare.
Subigere securim. Virg.
Subiguntque in cote secures.

a little while or space.

Aliquandiu, Diutile. Aliquantisper,
Paulisper. Parumper.
ad tempus. ἐπὶ χρόνον.

VVhile I liue, or while life doth last or indure

Quoad vixero, Dum viuam, Virg.
Dum superstes vita erit.
Quatenus vitam producam, donec viuere licebit.
In omni vita propositum erit.
In omni vitæ cursu, nihil mihi prius, nihil mihi antiquius erit.
Donec viuos inter agam, genibus dum fulciar hisce.
Donec hoc calcauero solum, & in me halitus atque vitæ spiraculum manserit
Dum animo exuperabo meo.
Dum sumus inclusi in his compagibus corporis, Cice.
Quamdiu manserit pars vltima vitæ spiritus.
Quoad Deus dederit huius lucis vsuram.
Dum memor ipse mei.
Dum spiritus hos reget artus.
Quamdiu vita contigerit.

to VVhippe, vide to Scourg whipped or Scourged.

Sulcatus flagris,
Confectus plagis, cruciatu.
Multa vibice rigens.
Plagis, tubere virgoso tumens.
Euisceratus pro excoriatus.
Virgis lictoriis fœde laniatus.
Noua cote vestitus,
Toto corpore laniatus.

to whisper in ones eares.

Submittere, deprimere vocem,
ὑφιέναι τὴν φωνήν.
Auribus indere.
Ad aurem dicere,
ὑποβάλλειν Suggerere.
In aurem loqui, Immurmurare,
Communicare ad aurem priuatim
Insusurrare in aurem.
Subdere. ὑποφθέγγεσθαι vide to vvarne.

to dare not vvhisper, vide *Mutter.*

White.

Candens. Candidulus.
Candidatus Argenteus Gypsatus.
Albus color ac natiuus,
Candidus Niueus.
Niue candidior.
Leucopus, præsertim si non adsit ars aut fucus, qui si accesserit dicitur. ἐλεφάντινος.
Galbinus Lacteus Eburneus.
Olorinus Memnonius.
Cygneus, Gasidaneus.
Sandicinus, Sandaracinus,
Noegeum pro candido. Liui. ponit.
Leucopheus *vvhite gray.*
Giluus color medius inter album & nigrum.

to White lime, to make white or blanche.

Albare. Dealbare.
Albarium parieti illinere.
Gypso incrustare parietes ædificiorum.
Luto gypsato crustare,

Whole sound, in good health.

Sanus, Valens.
Bene habens Bene valens.
Incolumis. Columis.
σῶος vel σῶς Saluus.
Sospes. Optime habens.
Integer. Fortis.
Alacer. Vegetus.
Ὑγιής. Pisce sanior.

to make Whole vide *to Cure and heale.*

Wholy, Throughly.

In totum. τὸ παράπαν.
Vsquequaque. Funditus.
Omnino παντως. παντελῶς.
In vniuersum. vniuersaliter.
In plenum. Penitus.
Prorsus. Protinus apud virg.

VVicked, vide *Naughtie.*

to offer wrong to his father is most Wicked, vide *Offer.*

a Wife, a houswife, or the goodwife of the house.

Cõiunx, aut vt Phocas tradit, coniux sine n.
Socia generisque torique.
Conthoralis. σύνευνος
Consors thori, vxor, Compar.
Marita, apud Ouid.
Mater familias.
Thalami particeps.
¶ Matrona.

VVilde, vide *vntamed.*

Wiles, vide *trapps.*

a will, a minde, or Affection.

Arbitrium. αὐτεξούσιον.
Arbitratus. Voluntas.
Nutus. νεῦμα
Ratio. Animus.
Consilium. Iudicium.
Animi sententia, voluntas.
Cæterum; Placitum, Assensus, Consensus, Nutus, Consilium, ad alia quoque referuntur. *By your leaue or licence.*
¶ Liberum arbitrium.
Animi voluntas, sententia libera, *A free vvill.*

good VVill, vide *Fauour.*

according to your owne wil.

Pro tuo ipsius arbitratu.
Tuo ipsius iudicio ac voluntate.
Iudicio proprio
Ex dictamine proprio,.
Illos ex tuo ingenio iudicas. Terent
After your opinion

VVillingly, of himselfe, with his owne minde, will and accord,

Vltro Sua sponte. αὐτόματος.
Sponte. αὐτομάτι
Lubens. Lubenter.
Libens Libenter,
Perlibenter. Perquam libenter.
Lubens ac volens.
Non excitatus ad hoc.
Non grauatim,
Non extimulatus.
Ex animo ex animi sententia, apud Cic pro vltro & sponte.
Spontaneus. Vltroneus.
Non requisitus, proprio ductu.
Voluntarius ἑκὼν Volens.
Propria voluntate αὐτόματος,
Coactus tua voluntate, apud Terent
Non coactus, ἑκών.
Tuopte ingenio Te non inuito.
Tua Voluntate,

VVilfull, vide *Obstinate.*

vvilfully, done with a free or a set purpose.

Cogitato actum, factum.
Studio, Cum studio.
ἐξ ἐπιτηδείου σπουδῆ.
Studiosè Consulto
ἐπιτηδὲς. ἐκ προαιρέσεως
Consilio. Volenter.
Sciens & prudens feci.
Destinata malitia.
Matura habita deliberatione.
Re omni satis perpensa,
Destinata voluntate.
Sapienter. Non temere.
Ex animo non dissimulanter,
Data opera. ἐκ προνοίας.
Dedita opera. De industria.
Ex industria.. ἐξ ἐπιτηδεῦσ.
Composito. Ex composito.
Ex destinato. Ex proposito.
ἐκ παραγγέλματος.

whether you will or not, or Spite of your heart.

Volens, nolens. Velis, nolis
πάγχυ. Lubens, inuitus.
Vltroneus coactus.
Volens, inuito animo, ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ, apud Eurip.

a vvildernesse.

Desertum, Secessus,
Eremus ἔρημος. med. prod. & sine aspiratione in prima
Solitudo, locus solitarius.
Inhabitata plaga.
Anachoresis,
Abata ἄβατα. inuia loca,
Auia, longissime remota,
Recessus. Latebra.
Locus remotus.
Terra deserta & inuia, in lib, Psal.
Hinc dicti solitarii, eremitæ.
ἐρημῖται. Eremicolæ. Anachoritæ, eremum ac solitudinem incolentes.
Vitam abditam lustris syluestribus agentes.
Monozonii, apud Iusti.

a vvimble vide *Auger.*

vvindes.

Ventorum flamina, Flatus.
Spiritus pro ventis, in sacris literis
Venti. Procellæ.
Turbines. Vis ventorum
Turbo proprie, a *Topp or a Gigg*
Impetuosa ventorum ratio.
λαῖλαψ. Græcè et Typhon,

Et

Et vertex ventus contortus roratus & turbulentus
Aura flatus mollior ac suauior.
Insusurrans, dulce frigerans aura.
Austri prouentis figurate ponuntur à Virg. Æne. 1. furentibus austris.

VVindes contrary.

Venti aduersi, Iniqui, nō æqui Discordes, fluctuantes prohibentes, Turbo *a vvhirle tempestuous vvinde* Refactus huius reflatus.

VVindes names.

Subsolanus, Eurus, *the East vvinde.*
Fauonius Zephyrus, *the vvest vvinde.*
Septentrio, Boreas, Aquilo, *North vvinde.*
Auster, Notus, *South vvinde.*
Vulturnus, Euronotus. *South East vvinde.*
Iapix *North East vvinde.*
Sciron *North vvest vvinde.*
Africus, *South vvest vvinde.*
Caurus qui & argestes dicitur, *vvesterne vvinde tovvardes the north, the vvinde maketh the Veines to freese.*

VVine.

Vinum. Bacchus lætitiæ dator.
Vinum leue, *pleasant vvine.*
Vinum accidum. *sovver vvine.*
Vinum asperum, Austerum, *rude, or rough vvine.*
Vinum album *vvhite vvine.*
Rubellum, *claret vvine.*
Bacchus. Liber.
Temetum Vueus succus.
Lyæus & Lyæus.
οἶνος. Bromius βρόμιος.
Falernus vel Falernum pro vino
Merum, vinum non dilutum. *Pure vvine.*
Mustum. *nevv vvine.*
Vina præstantissima, optima, vt Masticum, Gaurinum, Cecubum, Amineum, Belnense.
Alsaricum.
Altisso dorense, nectare suauius,
Muscatum Lesbium.
¶ Vinum creticum.
Vinum amisinum, vel aruisium, vulgo Mamasinum, *Malmesey.*

a small wine.

Vinum tenue, leue.
Leuissimum vinum. Plin.
Villum diminutiuum à vino.
οἰνάριον.
χαρηφαρίτης.

VVine that hath lost his vertue, a dead VVine.

Vappa.
Vinum euanidum, abiectum, nil redolens, fugiens, inclinans, quod deferbuit, detritum, præteritum est, & vigorem suum perdidit, vel degenerauit.
ἐξισαμένος, ἐξεστηκὼς οἶνος, καὶ διεφθαρμένος.
Mucidum vinum.
Deuteria, Vinum secundarium acinaceum, lora seu lorea Varroni dicitur, quasi lora acida, nam fit ex maceratis aqua vinaceis, post mustū acinis expressum.
Et posca, vinum aquarum intorculari apud Plin.

much giuen to Wine, vide *Drunkard.*

to Winke at the matter, vide *to See and not see.*

to VVinke, to Leuell vpon the marke.

Collimare, velut alii scribunt, collineare, à lineis visualibus in vnum locum contentis. quod etiam significat quandoque signum destinatum oculis collimatis ferire.

Vide plura de huius vocis significatione sub *to shoote*.
Visum oculum in scopum intendere, derigere.
Intentione summa incumbere inscopulum. στοχάζεσθαι.

to Winne, vide *to Gaine*.

to Win, to Conquer, to Subdue a Countrey or city.

Vrbem, arcem capere, occupare, suo imperio subijcere, expugnare.
Multis regionibus auctum est Imperium Romanum.
Multarum regionum accessio facta est.
Multæ regiones ad ditionem venerunt, in potestatem redactæ sunt subactæ ad imperium accesserunt, additæ sunt, adiunctæ sunt.
Iura potestatemq; subierunt populi Romani. *Vide to ouercome.*

to Winne by faire meanes, vide *to Allure.*

a Winnow, vide *a Fan.*

to Wipe, vide *Cleane.*

Wise, Wittie, Expert.

Sapiens.	Sensatus.
Sciens.	Sagax.
Vigilans.	Doctus.
Solers.	Acutus.
Prouidus.	Disertus.
Subtilis.	Perspicax.
Expertus.	Prudens. ἴστωρ.
Cautus.	Consultus nomen.
Consideratus.	Circumspectus.

Vir exacti iudicij, sapiens, pleno pectore, prudentia, virtute, rerum vsu longo maximus.
Circumspecte, considerate, prudeter agens.
περισκεμμένος. Emunctæ naris.
Cordatus. Exercitatus.
Nasutus Callidus
Acrioris & acerrimi iudicij.
Ingenio, multaque solertia pollens.
Senex grauis, & expertus multarum rerum, Ingeniosus.
πολυΐστωρ. Multiscius.
Thales alter. Vlysses alter.
Cato. *Wise and graue.*
Lapis Lydius.
Multi consilij.
Iudicio excusso, acri, exactoque.
Iudicij minime vulgaris, sed maturi integri, sani.
Emunctissimæ naris.
Acetum habens in pectore.
Aures habens acri lotas aceto.
Non rudis aut expers.
Diues quoddam prudentiæ promptuarium, penu.
Vir ingentis prudentiæ, atque vsu rerum.
Longo plurimarum rerum vsu doctus.
πολύπειρος.
Multarum rerum vsu exercitatus.
Qui diutino rerum vsu collegit sibi prudentiam.
Vsu rerum expertus.
Rerum varietate atque vsu ipso iam perdoctus, Cic.
Admirabili variarum rerum cognitione, magno rerum vsu callidus.
Diuturno complurium rerum vsu sapiens.
Vir magna prudentia, vsu atque exercitatione præditus.
Quem sors varia in diuitias, in inopiam, in authoritatē & exiliū alternis vicibus sæpe traiecit.
Longa rerum experientia excellens.
Vide Trauellour.

Wisely.

Prudenter.	Prudens.
Sapienter.	σοφῶς.
Prouidè.	Gnauiter.
Solerter.	Cordatè.
Cautè	ἐναχῶς.

Cautim.

Cautim. Industriè.
Cum animaduersione.
Prouide agere & auspicari, *Vide discreetly*.

to VVish, vide *to Desire*.

to VVish ill, vide *to Cursse*.

as heart would wish, euen as I most desired.

Fœliciter ea cecidit alea.
Ex animi sententia omnia cedunt.
Prorsus res ibat, Cic. pro rectè, prospere. Noctua valet.
γλαῦξ ἵπλατω.
Euenit ex sententia.
Res ad voluntatem fluunt.

VVitchcraft or witchery, Sorcery, Enchauntment.

Præstigium. Præstigia.
Fascinus, & Fascinum.
Maleficium. Incantamentum.
Carmina apud Virg. & Horat in Epod. 7.
Cyrenia, Thessala. Thessalica.
Colcica, Cyrcea carmina.
Cantio, Cicero. Intoxicatio.
Murmura Chaldaica.
Incantatio, & Fascinatio ἐπῳδή.
Mareoticæ, id est, Ægyptiacæ præstigiæ.
¶ Ars malefica. Necromantia.
¶ Susurrus & Susurramen.
Artes Dardaniæ, i. magicæ, malæ.

a vvitcher, or he that vseth witchcraft.

Maleficus, Magusæus.
Magus, Magicus.
Necromanticus, Præstigiator.
Malis, magicis artibus doctus, eruditus.
Illusor dæmonum.
Sortilegus.
Incantator. ἐπῳδός.

Mira, miracula perpetrans.

a witch, or she that vseth witchcraft.

Venefica. Saga. Maga.
Triuenifica. Incantatrix.
Præstigiatrix Carminatrix.
Malis artibus imbuta, infecta.
Maleficiorum multorum consuncta.
Thessala mulier.
Θεσσαλικὴ γυνὴ.
Pharmacentria, Cic.
Medeæ artibus instructa.
Erichtho pro qualibet maga ponitur.

to Wither away, vide *to waxe Drie.*

VVithout.

Citra cum accusatiuo.
Absque Sine cum ablatiuo.
ἄνευ cum genitiuo, apud Græcos.
Extra. Præter.

VVithout fraud or deceit.

Bona fide. Apertè.
Syncere. Simpliciter.
Sine fuco. Purè. Candidè.
συγγνωμόνως. ἁπλοικῶς.

VVithout help, by or of himselfe, of his owne head or wit.

Suo marte. Ingenio proprio.
Suis viribus. Sine alicuius auxilio.
Adminiculis aliunde non accersitis.
ἀβοηθήτι.
Sine Theseo, i. alterius opera.
αὐτοβοηθήτως. Citra auxilium.

without all order, or out of Order.

Inordinatè. Confusè.
Citra ordinem. Abruptè.

Non seruato ordine.
Quasi per Satyram, apud Sallustium in Iugurt.
Sine ordine. Sparsim.
Dispersim. Confusissime.

Without any discretion, or reason.

Citra delectum, discrimen.
Citra iudicium. Incertè.
Sublato rerum omnium delectu & discrimine.
Communiter.
Non habita ratione. Confusè.
Nullo delectu.
συμμιγδᾶς.
Promiscuè.
Commistum,
Mistum vel mixtim, & Mistè.
Indiscriminatim.
Alba amussi.

no body VVithout a fault.

Nemo sine crimine viuit, omnes in omnem culpam prolabuntur.
Incurrunt homines in omnem iniquitatem.
Nulla culpa est, quæ non hodie subeatur.
Omnes in omni scelerum flagitiorumq; genere volutantur.
Omnem improbitatem omnes amant.
Nullum hodie flagitium ignoratur, prætermittitur.

to VVithstand, Vide *to Let, to Put backe.*

of a good VVit or Spirit.

Summo ingenio esse, excellere, florere, omnibus antecellere.
Ingenij acrimonia, perspicacitate, acie, vi præstare.
Ingeniosum esse.
Pollere ingenio, vigere,
Subtili, acri, perspicaci, viuido, prompto, sagaci, optimo, præclara, acuto præditum esse ingenio.
Ingenium sortitus accerrimum planè diuinum.
Summum, eximium, egregium non vulgare, sed exquisitum, rarum, singulare, præstans, accutissimum.
Callere & florere ingenio.
Esse ingenio ardenti, solido, facili, prompto, præsentissimo ad aliquid.
Raris & corporis & animi dotibus largè à natura præditum esse.
Specimen indolis egregiæ præ se ferens.
Cui patent, seu apertæ sunt Musarũ ianuæ.
¶ Vim vigoremque animi suscitare.
Acuere ingenium.
Memoriæ dono præstans.
Valens memoria.
Egregia memoria præditus.
Ampla memoria.
Præsentem paratamq; habens rerum omnium memoriam.
Lucullus, cui insignis memoria tribuitur.
Memoriter, nullo codicis auxilio dicere, commemorare.
ἀποστοματίζειν.
Memoriter narrare semel lectum.
Memoriam habere fidelissimam.

quicknesse or sharpnesse of VVitte.

Acies plusquam aquilina.
Perspicacitas, subtilitas ingenij.
Acrimonia, acumen, dexteritas, viuacitas fœlicitas ingenij.
Chrysippeum acumen.
Perspicax, acre, sagax, subtile ingenium. *Vide sharpnesse of vvit.*

of a dull VVit, vide *Dull witted.*

Out

out of his Wit, Mad.

Furere cœpit, ad insaniam, furorem, dementiam, amentiam redactus est, mentem amisit, mens eum reliquit, defecit, destituit.
Incidit in insaniæ morbum, prolapsus est in furorem, à seipso discessit, à mente discessit, sapere desiit.
Stultus, demens, insanus, omni ratione carens.
Delirat, desipit, insanit.
Mentis lumine obcæcatus.
Mentis inops, inops à mente est, *Vide Mad.*

to come to his Witte againe.

Resipiscere. ἀναvήφειν.
Ad mentem redire. Redire ad se.
Saniorem recipere mentem.
Mentem ab insania recipere, apud Lactantium.
Reponi in pristinos sensus.

Wittie, vide *Subtile.*

to Witnesse, to beare witnesse.

Testificari. Testari. Attestari.
Dicere testimonium.
ἐκμαρτυρεῖν.
Testes facere, adhibere constituere, suppeditare, producere, sumere.
Nubila promissa Stix mihi testis erit.
Fateri de alicuius fide.
Numen deorum testari & ignes.
Per sydera testor, per superos atque hoc cœli lumen.
Dare, perhibere testimonium veritati rerum gestarum.

a true Witnesse.

Testis oculatus, grauis conscius, locuples, accerrimus, optimus, firmus, interritus constans, præsentis animi & apud se semper existẽs grauis, religiosus & cõpertæ fidei,

Testimonia reuocata, iterata, reperita, recognita.

reprooued of false Witnesses.

Testes conflati, subornati, fracti, reprehensi, deprehensi.
Vacillantes, refrigerati, destituti, estuantes, tibulantes, de gradu deiecti, eleuati, frigidi, labefactatæ fidei.
Testes sine re, sine spe, sine fide, sine lare, sine sensu.
Testes triobolare egentes, meditati ante commonefacti, Stigmate inulti, refutati.

to refute or reproove Witnesses.

Testibus exprobrare crimen vel infamiam, arguere ignominiæ aut alicuius criminis, infamare testes, coarguere.
Testium fidem labefactare, refellere, carpere, incessere, eleuare, insectari, infirmare.
Testes & Testimonia refutare, refellere, reprehendere.

a Woman.

Mulier à mollitie dicta.
Fœmina γυνὴ. Fortis.
Virago, virissa, Ischa Hæbrais mulier, quæ opera facit virilis. Et Andrago, ἀνδρειχὴ, a manly vvoman.

a VVoman big with childe.

Grauida mulier. Grauidus pondere venter. Prægnans. Gestans vterum
Vterum ferens, gerens.
ἐπίφορος. ἐπίτοκος. Ferre ventrem, factum, pondera tenere vtero.
Auferre onus vtero. Soluere partus.

a faire and handsome or a trimme VVoman.

Bella mulier, Venus.
Mulier compta, formosa, pulchra ore floridulo, nitens forma omnes.
Heroidas vincens, speciosa, elegans decora, supra modum pulchra, scitalcitula, περικαλλής, venusta pulchraque facie, nitida comptula, albicans, nitidis genis, purpureis malis, roseis labris, formosula, καλλιπάρηα, καλλισφυρα.
Rosei decus oris. Mant.

VVomans brauerie, or Iewels.

Mundus vel mundum.
Muliebris ornatus.
γυναικεῖος κόσμος idq; in genere
Species eius variæ quæ a Polluce Iulio enumerantur.
Nos e multis paucas subiiciemus.
Armillæ. Brachialia.
Dextera. Annuli. Inaures.
Dextrocheria, vel dextrochiria.
Monilia, Morenulæ colli.
Periscelides crurum, &c.

VVomannish, Delicate, Nice.

Mulierosus. Sardanapalus,
σαρδανάπαλος.
Megabysus, Quintiliano dicitur, μεγαβυζος.
Mollis, Effeminatus,
Lasciuus. Eneruatus,
Vno digito caput scalpens.
In cupidinis hortis donatus Statua.
Muliebris homo atque delumbis.
Corruptus. Emasculatus.
Perditus luxuria, libidinibus.
Deliciis solutus.
Voluptatis illecebris delinitus.
Sardanapalum mollitie vincens.
Galbinus. Euiratus.
Fractus. Bacelo similis.
ἴγκλος βάκηλος. Cleocritus.
Vinulus. Semiuir. Barallus.

¶ Cinædus. κίναιδος.
Meritorius puer, aliorum amori flagitiosissimè seruiens, *abused against Nature*.
Scortum masculum.
καταπύγον. παιδοφθόρος.
Pathicus, Exoletus latinis vocatur, qui turpiter patitur.
Catamitus, quum posteriora maioris turpitudinis sunt.
¶ Pedico, Pæderastes, insano puerorum amore exardescens.
¶ Effœminare. Eneruare.
Mollem facere. ἐκθηλύνειν.

the VVombe, vide *Belly*.

to vvonder at, vide *to Maruell*.

VVont, vsed or accustomed.

Consuetum. Solitum.
Aduersum. In more positum.
Quod in consuetudinem venit.
Ex instituto maiorum.
Tritum. Vetus. Solemne.
Familiare. Crebrum.
Frequens. Quotidianum.
Moribus hominum, erroreque publico receptum & confirmatum.
Vsitatum. Assiduum.

to be vvood or Mad.

Sæuire. Furere. Insanire.
Excandescere. Bacchari. *Vide to be Madde, out of VVit.*

VVoodnesse.

Insania, Seuitia Furor.
Dementia. Amentia.
Rabies. Frenesis. *Vide Madnesse.*

a VVodde or Parke.

Sylua. Lucus.
Nemus. Saltus.

a vvood-

a Woodcocke, vide *a Snipe.*

a Word, vide *Talke.*

to giue his Word, vide *to Promise.*

to Worke, vide *to Labour, to Trauaile, or to make a*

Worke day.

Dies operosus. Dies operarius.
Dies prophanus. Profestus dies.
Dies ater vel irreligiosus.

Workemanly, vide *Exactly*

the world is naught, or ful of Wickednesse.

Fulcro mundus innititur.
In maligno est positus totus: vt refert D. Iohannes, 1, cap. 3.
ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται.
Totus orbis humanis scatet flagitijs.
Totus mundus in errorum voluitur caligine.
Plena est malorum terra.
In peccatis mũdum cernimus deflu-ere, & in Peius semper delabi.
Exaruerunt pristini mores, religio-nisq; veræ vix erat vllũ vestigiũ.
Status ad vnum omnes pessimè ex-orbitant.
Homines videmus ruere in tenebras & in densissima oberrare pecca-torum calligine, sine lumine ferri in præcipitium.

the whole World is trobled or is in trouble.

Sæuit toto Mars impius orbe.
Terrarum orbis bello (proh dolor) ardet.
Vbique Martii tumultus sæuiunt.
Cuncta bello ardent, feruent.
Mars totum concutit orbem.
Fremunt vbique bella.
Omnes gentes in armis.
Christianus orbis plusquã ciuilibus ardet bellis.
Mundus furit & insanit, vt fluctibus mare.
Talibus malis, nunc æstuat mundus, qualibus ferbuit nunquam.
In mundum emisit Pluto suos satel-lites, suum Cerberum.
Ab imo Tartaro euocata Orci nu-mina.
Dæmones infernum egressi mundũ perturbant.

Worme eaten, vide *Rotten.*

Worshippe, vide *Honour.*

to make vvorse, to be cause of more euil or trouble.

Oleum camino addere.
Oleo incendium restringere.
ἐλαίῳ πῦρ σβεννύειν.
Malum conduplicare, renouare.
Malum magis ac magis exacerbare.
Ignem igni addere.
Materiam igni accenso subministra-re, Malo fomento suppeditare.
Morbum morbo addere.
Oleum flammæ adiicere.
Refricare cicatricem, dolorem.

to wax or become euery day worser and worser.

Indies habere deterius, ac periculo-sius prolabi.
Degenerare in peius.
Indies magis ac magis degenerare.
Vno sedato malo, septem alia vt o-lim hydræ, renascuntur multo cru-deliora.
Hydræ in morem pro vno capite cẽ-tum repullulane.
Maiora incendia flagrant.

Ex scintilla maximum incendium erumpit, *Vide to decay.*

VVorthily, with good cause.

Merito. Iuste. Non immeritio
Non iniuria. Non absre
Non indigne, Non inique.

to VVound, to Hurte.

Sauciare, lædere ἀτεῖν.
Vulnerare. ἐτρωματ.
Dare vulnera. Ouidius.
stringere, Virg.
Vulnus infligere, incutere.
Cruentare apud nonnullos tametsi proprie significat cruore inficere.
τιτρώσκειν.
¶ Accipere capere plagam, vulnus.
Vulnerari *to be vvounded.*
Grauis vulneribus.
Vulnus infligere.
Infixum sub pectore vulnus.
plagis obruere, apud Eras.
Consauciare, vulnus inferre.
τιτρώσκειν.
securim inijcere, prouerbio dicuntur qui vehementer lædunt, ac vulnerant.
Lethali vulnerari ictu.

to cure a VVounde, vide *to Heale.*

VVrath, vide *Anger.*

to VVrest or VVrith the holy Scripture.

Torquere sacram scripturam, miserē lacerare, iugulare, perperam intelligere.
Sinistro intellectu deprauare.
Sacræ scripturæ vim facere.
Interpretamento detorquere.
Pro arbitrio exponere.
In nota sua trahere, obtorto collo ad suum sensum trahere.
Deprauare.
Nimis violenter contorquere.
Quoquouersum torquere.
Inuertere. peruertere
Vitiare, seu pellem extendere.
Coacta interpretatione deprauare.
Verbum Dei glossematis & commentis eludere.
Non accedere sensui communi.
Sacræ scripturæ puritatem sordida fœdare interpretatione.
Synectum vas incrustare.
Sacras scripturas, verbum Dei peruersis interpretationibus adulterare, in peruersum sensum ea detorquere quæ suis erroribus videntur facere.
Suo intellectui, suis affectibus cogere scripturam etiam repugnantem seruire.
Fermento Pharisaico Euangelicam amaricare consperstionem.
Prostituere literas sacras, & in abusum rapere.
Sacræ scripturæ nasum conficere cereum.

to VVrite.

Scribere. γράφειν.
Exarare, metaphorice.
Cartis Illinere,
Scriptitare. Ducere literas.
Signare apud Columellam.
Stylum exercere. Pingere.
Inscribere, conscribere etiā pro simplici ponuntur.
Credere ceræ.
Notare chartam, literam facere ducere.
Mandare libello, Exarare notas.
Committere literis vel ceræ.
Dare tabellas, Signare tabellis arcan
Portare, ferre, perferre tabellas.
Distortē, inæqualiter, perturbatē scribere literas, *to VVrite awry or out of line, rule and order*, vt litera super literam scandat.

to VVrite letters.

Scribe-

Scribere literas.
Efficere Epistolam pro scribere. Cice.
Exarare epistolam.
Mittere literas, scripta. Cicero.
Dare ad aliquem literas.
Dare absolute, apud Cicero.
Literis compellare, prouocare, &c.
¶ Obtundere, prouocare literis. Cicero. Si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem.
¶ Persoluere epistolæ & respondere idem Ciceroni, *to answere Letters.*

to Write one against another.

Cõcertare epistolaribus, velitationibus, Libris conflictari.
Stylo debacchari, Scripto inuehi.
Amarulentius in aliquem scribere
Nominatim, taxare, carpere.
Scriptis alicuius notare famam.
Nominatim perstringere scripto.
Petere calamo aliquem.
Styli cuspidem in aliquem vibrare.
Stylum teli vice habere.
Dentata agere charta apud Cice.
Exercere velicationem.
Stylo ferire, referire.
In aliquem inuehere vel inuehi.
Stringere stylum, calamum in aliquem Erasmus.
Sese mutuo stylis veneno tinctis configere. Satyrice contra aliquem exacuere aciem.
Fœdis calumniis omnia conspurcare
Carbone aliquem notare. Eras.
Suis depingere coloribus.
In scribendo non temperare sibi quin incandescat animus, insultet immoderatius, amarulentius inuehatur.

to VVrite or Copie out.

Scribere. Transcribere.
ἀπογράφειν. Describere.
Prodere literis, monumentis.
Distrahere & transfundere in plura exemplaria.
Copiam capere, vel Excopiare. latinum non est.

VVritten or Chronicled.

Literis traditum.
Commentariis annalibus traditum, insertum.
Literis proditum est.
Ad nos transmissum est maierem monumentis.
In monumenta relatum est.
Veterum literis proditum est.
γέγραπται. Relatum est in acta.
Est in exemplis Est in annalibus.
Extat in annalibus.
Scriptum est in commentariis.
Scriptum inuenitur.
Memoriæ proditum est.
παραδέδοται εἰς μνήμην.
Est in monumentis Græcorum, Hebræorum.

diuers VVritings or Histories.

Scripta rerum gestarum, memorabilium.
Historiæ, id est, narrationes.
Monumenta. Commentarii.
Actus pluraliter, apud Hieron.
Memoria publica omnium secretorum.
Commemoratio antiquitatis. *Vide Historie.*

a paire of VVriting tables.

Tabula. πυξίον.
Album, substant. λεύκωμα.
Pictarium, apud Lampridium.
Tabula gypsata.
Pugillaris & Pugillare.
Pinacion Pinacidion.

Abacus. Et plural. Ceræ.
Tabulæ ceratæ,
Tabulæ, apud Hor.

a Writer, a Scrivener.

Scriba. Scriptor.
Librarius qua voce vsus est D. Hier.
Grapheus.
A literis seu à conscribẽdis epistolis, qui vulgo etsi parum aptè dicitur notarius, Græcè γραμματεύς.
Amanuensis dictio frequens, apud Erasmum, reliquosque huius ætatis viros doctissimos, cuius opera in scribendo vtimur, Græcè ὑπογραφεύς.
A manibus, vel à manu pro eodem.
Tabellio. Tabularius.

a Writing or a Bill of my hand, an Obligation.

Syngrapha.
σύγγραφη.
Nomina pro syngraphis debitarum pecuniarum. Cic.
Syngraphum etiam dicitur.
Chyrographum vel chyrographus.
Facere syngraphas.
Vide Quittance.

to offer Wrong, vide *to Hinder.*

Y

a Yarde measure.

Verber, eris. n. g Virga.
Vlna, *an Elle.*

to Yawne vide *to Gaspe.*

in the Yeare of our Lord.

Anno à Christi natiuitate.
Anno ab orbe redempto.
Anno ab humani generis instauratione.
Anno partæ salutis.
A Christo nato.
Anno Christi.
Anno gratiæ.
Anno allatæ salutis.
Anno salutiferi partus.
Anno redemtionis nostræ.
Anno post partum virgineum.
Anno post Christum natum.
Anno Christianæ nostræ salutis.
Anno ab orbis instauratione.
Anno à partu virginis matris.
Anno post natum seruatorem.
Anno à salutis humanæ exhibito authore Christo.
Anno redditæ salutis.
Anno à partu virgineo.
A partu virginis salutifero.
Anno à nata salute sempiterna.
Anno gratiæ per Christum restitutæ.
Anno à nato humani generis saluatore.
Anno redempti à filio Dei orbis.
Anno partus virginei.
Anno incarnationis dominicæ.
Anno incarnationis verbi, Christianæ redemtionis.
Anno post Deum humanitate donatum.
Anno à reconciliata diuinitate.
Anno incarnati verbi, incarnati filij Dei.
Anno natiuitatis Christi.
Anno à restituta salute.
Anno ab instaurata salute.
Anno ab enixu & puerperio virgineo.
Anno à Christi saluatoris ortu.
Anno reparatæ æternæ salutis, seu salutis humanæ.
Anno post humanæ salutis vindicẽ carne donatum.
Anno incarnationis Dei supra sesquimillesimum, octauo & tricesimo

mo ista in Baseldonek ex tempore scripsi, Carolo imperatore.

Ετει ἀπὸ τ. θεογονίας χιλιοστῷ πεντηκοστιοστῷ. ὀγδόῳ. καὶ τριακοστῷ ἐν τῇ βασιλείας παιδία. αὐτοσχεδιάσας ταῦτ' ἐργασάμην ἐπὶ ἡγέμονος καρόλου.

the Yeare of ones age.

Yearely office ended; vide *Aged.*

to Yeelde to the contrary, vide *Forsake.*

to Yeelde himselfe, to Giue ouer, to Render vp.

Se victum agnoscere, fateri.
Manus, herbam, dare, porrigere.
τὺ χεῖρε περιέχειν.
Hastam abijcere.
Arena cedere.
Campis cedere, apud Hor.
Victoriam concedere.
Cedere iure
Tollere digitum, manum.
αἱρεῖν δάκτυλον.
Dedere se in [illegible] & arbitratum hostium.

Yellow colour.

Giluus color & Gelinus, apud Plaut.
Silaceus color, Plin.
Luteus, Citrinus, *yelkie yellovve.*
Flauus. ξανθὸς.
Fuluus, *Gold yellovv.*
Flammeus & Flammeus, Croceus, *Saffron yellovv.*
Cerinus à colore ceræ.
Facies subgilua.

to the Yoke, or vnder the yoke.

Sub iuga vocare, venire, trahere, ducere, ire, agere.
Colla iugo supponere, prebere, dare iugo premenda.
Imponere iugum.

to withdrawe or pull from the Yoke or Plough.

Detrectare iugum, aratrum.
Colla iugo subtrahere.
Soluere iugis vincula.
Rumpere iugo vincula.

Young, or a Young man.

Iuuenis. Adolescens.
Iuuentus pro eodem aliquando ponitur.
Cui adest flos æui.
ἐχων ἥβης ἄνθος, vt est apud Hom.
[illegible] suo flore vireus.
[illegible] primi vernat temporis ætas, & [illegible] valido læta iuuenta.
[illegible] virent.
[illegible] ex ephæbis, apud Te.
[illegible] iuuentæ spatia ingrediens.
[illegible]
[illegible]

Young [illegible]

Tyrones ludi literarij.
Tyrunculi.
[illegible]
Nouelli. Rudes.
Neophyti, hoc est, nouellæ plantæ.
Tenelli auditores.
[illegible], apud Ful. in mytho.
Elementarii.
Dupondii iuuenes, apud Alciat. quod duobus assibus æstimantur.
Militiæ literariæ tyrones.
Tyrocinium exercentes, in progymnasmatis.

Youth.


Adolescentia. νεότης.
Primo æuo.

Iuuenelus

Iuuentus. Iuuenta.
Primis ab annis.
Aetas vernans, viridis.
Puer leuioribus annis.
Aetas florida, florens.
Aeuum virens.
Aeui virentis flore.
Iuuenilibus annis.
Crescentibus annis, id est in ipso adolescentiæ principio.
Dum prima nouis adolescit frondibus ætas, *vide Borne.*

from his Youth.
Ab adolescentia. A iuuentute.
Ab etatis teneræ incrementis.
A prima adolescentia.
Ab ineunte adolescentia.
Ab initio iuuentutis.
ἐκ νέας, ἐκ μειρακίου.
A prima lanugine.
ἐκ πρώτης ἡλικίας.
Ab impubibus annis. *vide Childhood.*

FINIS.





SYNONYMA QVEADAM POETICA VERSANTIBVS IN POESI PERQVAM NECESSARIA.

A

Achaia.



Chaia dictio tetrasyllabica regio Græciæ, ab Achæo Iouis filio sic dicta, prius, vocata Danaa, à Danao Argiuorum rege, & deinde Ægialea, αἰγιάλεια, quod littoralis sit.

Achilles.

Achilles, siue Achilleus ἀχιλλεὺς, Græcorum fortissimus heros, Pelei & Thetidis filius, hinc Pelides dicitur Ouidio.
Chironis alumnus. Eacides.
Thetidis proles seu filius:
Larisseus. Nereius, Æmoneus.
Pithius. Pellæus, à Pella vrbe Thessaliæ. Thessalicus heros.
Impiger, magnanimus, dux belliger.

Actæon.

Actæon filius fuit Aristæi, ex Antonoë Cadmi filia, hinc dictus Cadmæus iuuenis.
Cadmi nepos, Ouid.
Antonoëius heros ab eodem.

Adam.

Adam, id est homo, siue terrenus, ab Adama, hoc est, à terra sic dictus.
Protoplastus, & Protoplastes- πρωτοπλαςος, & non Protoplaustos adita u, vt imperiti scribunt.
Primò fictus, creatus.
Primus parens, homo.
Primæuus, Luteus Adam.
Antiquus pater.
Incola, colonus Paradisi.

Ægina.

Ægona vrbs adiacens Peloponneso aliter vocatur Oenopia Ouid. li. 7. Metamor.
Oenopiam veteres appellauêre.

Ægoceros.

Ægaceros αἰγόκερως, signum cœleste, Latinè Capricornus. Luca.
Humidus Ægoceros, nec plus leo tollitur vrna.
Portitor Helles, apud Virg.
Vdus, Niuosus. Gelidus, Corniger.

Agrigentum.

Agrigentum. Agragas seu Acragas. Silicij mons & oppidum, Vir. Arduus vnde Agragas despectat maxima longè mœnia.

Ægyptij

Ægiptij.

AEgyptii aliter vocantur Paretonii, a Paretonio AEgypti vrbe.
Mareotici à Mareotide lacu eiusdem loci. Ouid lib,9. Isi Paretonium Mareoticaque aura Pharonque.
Quæ locis Sido. Nec sit Leucadio classis Mareotica portu Actiacas obscondit aquas.
Classis Mareotica, id est, AEgiptia, qua vehebatur Cleopatra.
Isiaci ab Isi filia Inachi, quam pro Dea coluerunt. Ouid. lib. 1. de ponto,
Vidi ego Niliginæ numen violasse fatentem Ludis Isiacos ante sede re focos,
Memphii Memphæi & Mempsitici à Memphi Aegipti vrbe. Ouid, lib,1,de arte,
Ne fuge Niligenæ Memphitica sacra iuuencæ.
Lagæi & Lagidæ a Lago primi Ptolomæi patre, a quo Nilus vocatur Lageus Luca lib. 1, Qua mare Lagæi mutatur gurgite Nili. Idem lib 8. Vltimo Lageæ stirpis perituram quæ proles.
Pharaoniadæ, a rege.
Niliacæ Nilorici Nilicoli, & Nilgene a Nilo fluuio; Luca lib. 5. Te nisi Niliaca proprius non vidit arena. Idem li.9. Rege sub impuro Nilotico regna tenente.
Pelusii & pelusitaci pelucio Nilli ostio Lucan lib.8. Qua diuidui pars maxima Nili In vada decurrit Pelusia septimus annus.
Ptolomæi à Ptolomæo rege Lagi filio, à quo princeps Ægyptii reges omnes idem traxerunt nomen. vnde & Pharon Ptolomeum poetæ appellant,
Pharii à Pharo AEgypti insula.
Cleopatrici à Cleopatra regina vnde & Sidonius dapes Cleopatricas appellat.

Ægyptus

Aegyptus, εἰς ὑπτος: Aphricæ proximæ ab Ægypto Danai fratre sic appellata teste Plinio, prius Aeria dicta, vocatur quoque Terra Memphitis, Tellus Nilorica, Mesraim hebræis, id est, angustiæ siue tribulationes.
Canopus med. prod. pro AEgypto ponitur, & frequenter in sacris AEgyptus appellatur Terra Cham Vt refert D. Hiero a Cham filio Noe Psalm.105. *Mant*. AEgyptus cœli studiosa Deorum prodigiosa parens.
AEgiptus Crinito parens terrarum appellata, a Macrob Mater artium Delta quoque seu Trigonalis dicta a figura triquetra Δ.
AEgipti pars, quæ secundum Nilum non terminat AEthiopiæ Thebais appellatur seu Thebaida, cuius frequens mentio in vitis sanctorum patrum a D. Hieron, translatis.

Æmylia.

AEmylia quæ & Flamina. Italiæ regio ac Romandiola, in qua Reuenna Bononia.

Æneas.

AEneas αἰνέιας, idest laudatus, Veneris & Anchisæ filius hinc dictus Anchisiades Anchisa genitus.
Dardanides. Virg. Dardanides contra furit.
Et Dardanius, Laomedontius, Cithereius, heros.
Phrygius tyrannus.
Acer, magnanimus. Troius, Troianus Illiacus, Phryx, phrygius, fluctiuagus.

AEolus.

AEolus Iouis filius ex Acesta, siue Segesta,

gesta, filia Hippotæ Troiani, à quo Hippotades dicitur. Hippoliti nepos Nimborũ rector. Nimbosus & Nimbipotens.

Æolia.

Æolia siue AEolis, regio septem insularum inter Sicilia & Italiã, quæ Græcis dicũtur Hephestiadea, ἡφαιστιάδες Latinis Vulcaniæ ex quibus Hieran aiunt Vulcani esse officinam. Bap. Pius.

Vt Liparæus ager, vtque AEolis insula flagrat. Insulæ AEolicæ, Aeoliæ.

Æsculapius.

Aesculapius, seu Asclepius in carmine Apollini, filius, hinc.

Phœbigena dicitur, & Iuuenis Phœbeius.

Ouid. Quam colat, explorat iuuenis Phœbeius vrbem.

Archiatros, ἀρχιατρος. id est. medicorum præses.

Salutifer puer. Pergameus Deus.

Epidaurius anguis, quoniam in Epidauro colebatur in forma colubri.

Ætna.

AEtna prius dicta Inesia, Mons est Siciliæ cauernosus perpetuis æstuans ignibus, globosque emittens igneos propter subterranei sulphuris naturam. Vocatur poetis Trinacria, Trinacris, Typhois à Typhœo gigante.

Monstrifera, Vulcania sulphuflammifera ardens.

Ætoli.

AEtoli populi Græciæ Epiro & Acarnaniæ finitimi, vocantur Calydij à Celydone vrbe. Hinc Calydonides eius loci mulieres. Sta. li. 2. Theb. Centum ibi virgineis voces Calidonides aris. Oenei ab Oeneo rege Aetoliæ & Deianyræ patre: Ouid. lib. 8. Oeneios vltorem spreta per agros, Misit aprum.

Pleuronii ab eiusdem loci vrbe, quæ dicitur Pleuron. Ouid. li. 14. Talibus iratam. Venerem Pleuronius agmen instimulat verbis.

Eadem ratione vocantur Pleuronis alumni Stat. lib. Nunc mœstæ fundens Pleuronis alumnos.

Naupactei à Naupacto eiusdem loci oppido, Hinc Achelous dicitur Naupactæus Ouid. li. 2 Fast Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Agamemnon.

Agamemnon Mycenarum rex, filius Atrei, fraterque Menelai.

Atrides minor dictus, Ouid. Hæc vbi cognouit Troiæ populator Atrides.

Tantalides ab auo Tantalo.

Mycenius dux, & Agamemno, vltima breui apud Stat.

Aiax Telamonis.

Aiax Telamonis ex Hesione filius Telamoniades hinc dicitur & Telamone satus. Mant.

Talis erat Talamone satus temerarius Aiax. dicitur quoque Telamonius Heros. Virg.

Aiax Oilei.

Aiax Oilei, filius fuit Oilei & Locresium rex. Hinc dictus Oilides & Heros Nerycius, id est, Locrensis.

Alcinous.

Alcinous ἀλκινοος penul. cor rex Phæacum in Corcyra insula Vir. Pomaque & Alcinoi syluæ.

Corcyræus

Corcyraeus rex, quod eam insulam insingni iustitia texerit Mart.

Qui Corcyraei vidit pomaria regis Corcycius senex. Phaeax, munifi. cus.

Alcmena.

Alcmena vxor Amphitrionis Thebani, ex qua Iupiter Herculem genuit. Alcidae genetrix. Amphitryone coniux.

Herculea seu Herculis mater.

Alemanni.

Alemani seu Alemanni à Lemano lacu etiam vocantur Teutones Teutoni & Teutonici à Teutone deo quem venerabantur. Vir, lib. 7. Teutonico ritu soliti torquere Cateias Lucan. lib. 6.

Cantaber exiguis aut longis Teutonibus aruis

Germani vero dicuntur quod vicini sunt Belgis, Miserunt enim Germani colonias trans Rhenũ propter hominũ multitudinem, agrique inopiam, Cisthenani hinc dicti.

Itẽ & Germanici vocantur ac Rhenicolae, quod habitent ad Rhenum fluuium, Rhenani, Transrhenani Rheuenses.

Rheni, ῥῆνοι, populi sunt Rheni accolae, authore Stephano.

Alexander.

Alexander Macedo, & Alexandrus Philippi regis filius, qui ob res praeclarè gestas, Magnus dictus est & à poetis vocatur, Iuuenis Pelleus, à Pella vrbe Madedoniae. Iuuenalis Saty. 19. Vnus Pellaeo iuueni non sufficit orbis.

Et AEmathius dux, ab Ouid. quod Macedonia aliter vocetur AEmathia.

Fortis Macedo, totius mũdi tremor, ait quidam.

Alexandria.

Alexandria, ἀλεξάνδρεια Vrbs Aegypti, nõ longè à Nili ostio, ab Alexandro Macedone condita, quã Lucanus vocat vrbem Paretoniã, Et Pharos quoque dicitur à φάρῳ olim insula & Alexandriae portui nunc continenti coniuncta.

Allobroges.

Allobroges populi, aliter vocantur Pedemontani Stroza pater.

Et Pede montanum signa secuta ducem, qui nũ Sabaudienses, & Rodantij, quod prope Rhodanũ morentur. Porro ducatus Sabaudiae vocatur Pedemontium, & regio Pedemontana.

Amalthea.

Amalthea nutrix Iouis Oleuia.

Capra Syduscapricorni olenium pecus. Hedi.

Ambracia.

Ambracia ciuitas Epiri, prius dicta Epiria ac Paralia authore Stephano quam postea Augustus victo cum Cleopatra Antonio Nicopolim vocauit, à quibus gentilia, Ambracienses & Ambraciotae ac Nicopolitae.

Amphion.

Amphion media prod. Iouis & Antiopes filius, Ioue natus.

Phoebeius dictus quod vates omnes sint Phoebo consecrati.

Et Dirceus à Dirce frõte Thebis propinquo artis Musicis adeo peritus fertur fuisse, quod lyrae cantu scopulos & cautes animarit seu mouerit.

Andromede.

Andromede è Cephei & Cassiopes filia, quam à Nymphis scopulo alligatam, & ceto deuorandum expositam, Perseus interempto Ceto liberauit, & in vxorem duxit. Cepheis, idos, & Cepheia virgo dicta.

Andegania, vide *Iuliomagus*

Angli.

Angli, seu Anglici vocantur quoque Britanni, Virg. Et penitus toto diuisos orbe Britannos, ac Caledonii, Mart. lib. I. Nuda Caledonio sic pectora præbuit, vrso. Idem lib. 10. Quinte Calidonios Ouidi visure Britannos. Dicuntur & Brutigenæ quoniam descenderunt à Bruto consule Romano, ac Brutiadæ Neptunicolæque.

Anglia.

Anglia aliter vocatur Britannia, Caledonia, Albion ab albis montibus & Angli terra.

Orbis alter à Poetis dicitur.

Anien.

Anien fluuius Italiæ. Tybur oppidum alluens. Anio. Anienus.

Annibal.

Annibal filius Amilcaris, princeps Carthaginiensium, alias dictus Agenoreus seu Sidonius ductor.

Tyrius. Barbaricus, Libycus tyrannus.

Elisæus tyrannus ab Elisa Didone.

Rector Libyæ.

Nasamoniacus rex è Nasamonibus Africæ populis, apud Syl. & Sid.

Antilochus.

Antilochus Nestoris filius maior natu. Nestorides, Nestore natus.

Antiochia.

Antiochia ἀντιόχεια maxima Syriæ ciuitas, Theopolis Iustiniano post terræ motum nominata, & a Seleuco Nicanore Seleucia vocatur.

Antuerpia.

Antuerpia, non solum Brabātiæ, verùm totius orbis Christiani emporium celeberrimum. Adiecta secundum etymon nominis vulgaris vocata prius latinè, quod Acri vetustæ adiecta siue adstructa fuerit. Quæ de refectione nauium præternauigantium feruntur fabulosa prorsus.

Andouerpiam nonnulli vocant.

Aduersam alij, nonnulli dēpta litera Auersam, Lusit super huius celeberrimæ ciuitatis nomine Cornel. Graphæus carmine eleganti sic scribens. Adiectæ nomen Dii posuere mihi. Sed quinam quæris? genitor Neptunus & ille, Quem peperit summo Maia adamata Ioui. Namq; olim solo dum stabam in littore castrum, Atque paludosa terra tremebat humo. Conspexere locum, blandis dum forte vagatur Scaldis aquis, placuit diis situs ipse loci. Nulla mora, ædificant adiectis mœnibus vrbem.

Et paulo post. Rectè ideo Adiectam Dii me dixere vocantes, Conueniunt etenim nomina resque mihi.

Gulielmus Zenocatus Brugensis in libro de gestis imperatoris Caroli V. Max. vocat Forum Caroli Antuerpiam.

Aphri.

Aphri seu Aphricani, etiam vocantur Tunisii à Tuneto siue Tunisio Libyæ ciuitate. Sydon Torrida

Teneleos infert mihi E, Ma furo- res.

Daunii a Dauno parte Turni qui ibidem regnauit.

Aphryca.

Africa.vel potius Aphrica per aspira tionem. eadem quæ Libya. λίζυη Græcis Hesperia appellata, nunc vulgo barbaria.

Apollo.

Apollo Ἀπόλλων, quasi mala pellens, dictus Pæan, quod morbis medelam adferat.

Phœbus, φοῖβος hoc est Sol, Græcis vocatur. Deus oraculi.

Idem dicitur *Liber*, quod liberè vagetur per aerem, Chrysocomus

Dictus in super Apollo *Nomius*, i pastor, quod Admeti regis armenta pauit.

Proles Latonia Ouid. ac Latoides nuncupatur, A diuersis locis multa habens nomina, Delius.

Cynthius, Clarius, Didymæus.

Thymbræus, & carminis author à Tibul. Leucadius deus. Ouid.

Delphicus. Patreius heros, Pithius Sminctheus. Hecatebellites. Lycius, Lauriger, Lauricoma, *Fatidicus* Faticanus Intonsus, Grynæus, Arcitenens.

vel Sminthous

Aprilis.

Aprilis mensus dictus est quasi Aperilis, πέλιος Græc. & Θαργήλιων ac Xanthicus ξανθικος. 2 Machabæorum lib.

Apuli.

Apuli, vel Appuli in carmine Italiæ sunt populi qui aliter vocātur Mesapii a Mesapho rege Ouid. lib. 14. Peucetiosque sinus. *Mesapiaque* arua reliquit.

Ætolidæ ab Aetolo Diomede, qui ibidem imperauit, *Syl*. lib. 13.

Ætolidas inter, fuit haud ignobile nomen.

Apulia.

Apulia ipsa vocatur Iapygia ab Iapyge Dædali filio, teste Solino & Hiero. Mesapia a Mesapo, Daunia a Dauno.

Aquarius.

Aquarius signum cœleste ὑδροχόος Vrna & puer vrniger poetis vocatur, quod imbres fundat.

Iuuenis gestator aquæ, apud Virg.

Humidus, tristis, humens, vdus, nimbifer, horridus, frigidus,

Aquila.

Aquila, αιτος.

Iouis armiger.

Iouis ales, nuncius, flammiger. altiuolans. Fuluus, Claudia. fuluusq; tonantis armiger

Auis regalis, regia, apud Ouid.

Regina volucrum pedibus prædatrix aduncis.

Aquilo.

Aquilo Boreas βορέας, ἡ βορρέιος.

Aparctias quod ab Arctis spiret, & a septem stellis quibus constet Septentrio dicitur.

Thracius, Threicius, Schyticus.

Rhiphæus, Hyperboreus ventus seu Aquilonarius, quem D. *Hier*. vocat Scoparium seu scopam viarum quod flando consternat & complanat vias.

Aquisgranum.

Aquisgranum, Thermæ Traiani. Vesgera, Aquæ, inde Aquenses.

Arar.

Arar fluuius per *Burgundiā* in Rhodanum influens, qui ætate nostra vocatur Gallice, *La Sone*, Sagon latinè.

Ara-

Arabes.

Arabes, ἄραβες etiam vocantur Nysæi, Nysæi, Nysii ac Nysiadæ à Nysa oppido Arabiæ. Hinc Nymphæ Nysides. Ouid lib. 3. Fast. Nysiades nymphas puerum quærente nouerca, Thuriferi, opulenti, palmiferi, Eoi, nigri, picti.

Arabia.

Arabia odorifera, palmifera:

Arachne.

Arachne nomen puellæ Lydiæ, quæ à Pallade in araneam fuit commutata, Minois. Minoia proles.

Arcadia.

Arcadia aliter vocatur Mænalis regio, à Mænalo promōtorio. Ouid lib. 3. Fast. Pinigerum Fauni Mœnalis ora caput.

Pelasgia quoque dicitur, & Parrhasia.

Arcades.

Arcades, Arcadii. Arcadici: aliter vocantur Tegei, Tegæi & Tegeatici a Tegeo Arcadiæ oppido: Virg. libro 3. Aeneid. Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis. Idem lib. 8. Tum lateri atque humeris Tegæum subligat ensem, id est, Arcadicum. Sidonias Tegiaticus Arcas. Nunc plantis nunc fronde volat.

Parrhasii a Parthasia Arcadiæ regione: Virg lib. 11. Qui Parrhasio Euandro armiger ante fuit. Ouid. lib. 1. Fast. Deserit Arcadiam, Parrhasiumque larem.

Lycæi a Lyceo monte Arcadiæ Ouid. lib. 2. Faunus in Arcadia templa Lycæus habet:

Arcades etiam vocantur Nonacrini & Nonacrii, a loco qui est in Arcadia nomine Nonacris: Ouid. lib. 5. Fast. Et matri & vati paret Nonacrius hero s, i. Euander Arcas; idem lib. 2. Metaph. Dum redit, itque frequens in virgine Nonacrina Arsit.

Parthenii a Parthenio monte Arcadiæ. Ouid. lib. 9 Vestrum opus Elis habet, vestrum Stimphalides vndæ Partheniumque nemus.

Pisei à Pisa oppido Arcadiæ, propè Alphæum fluuium. Ouid. lib. 2. Trist. Quid nō Tantalide agitante cupidine currus, Pysæam Phrygiis vexit eburnus equus: Pisæam i. Hippodamiam Arcadicam.

Molorchæi a Molorcho Arcadiæ Pastore, cuius precibus Hercules leonem interfecit.

Elæi ab Elea oppido Arcadiæ propè Tegeum, vbi Minerua fanum habuit: Stat. lib. 4. Syl. Aut Eliæ lucos vidit Tegæa sacerdos.

Erymanthii, & Erymanthæi ab Erymantho monte Arcadiæ: Stat. lib. 3. Theb. Affuit Hippomedon rectorque Erymanthius, id est, Arcadius.

Cylleni a Cyllene Arcadiæ monte, a quo Mercurius vocatus Cyllenius.

Cleonæi a Calisto filia Lycaonis regis Arcadiæ, ex qua ortus est Arcas.

Arctos.

Arctos seu Vrsa maior, Elice Luc. Sed nocte sopora Parrhasis obliquos Elice cum verteret axes.

Arctos seu Vrsa minor Grecorū lingua Cynosura, i. canis cauda nominatur, & Polus arcticus dicitur. Arcti duæ septētrionali polo nixæ vehuntur. Ouidius esse duas arctos, quarum Cynosura vocatur Sidoniis, Elicem Graia carina notet.

Arctophylax.

Arctophylax, stellula iuxta maiorem vrsam, alio nomine Bootes & Arcturus Cic. Arctophylax vulgo, qui dicitur esse Bootes.

Argo.

¶ Argo ἀ'ργω nauis seu potius prima nauium ab Argo ædificata quam Iason in Colchos duxit. Eadem vocatur Pinus seu ratis Thessala & Pagasæa, à Pagasa ciuitate Thessaliæ.

Argos.

Argos vetus & nobilis vrbs Achaiæ quæ quoque dicitur teste Pli. Hippium, ab equorum præstantia ac Hippobotum. Iason & Dipsium Eustachio authore.

Argus.

Argus Aristoris filius.
Aristorides patronus.
Pastor centoculus. Ouid. Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.
Custos Iunonius, Ouid. dicitur.
Virg. & Custos virginis Argus.

Ariadna.

Ariadna filia Minois regis Cretæ.
Gnosia stella.
Stella Coronæ, Bacchi coniux dicta.

Aristoteles.

Aristoteles Αριστοτέλης. Philosophorum Peripateticorum princeps. Sophos Stagiræus.
Stagirites à Stagira patria.
Anagnostes αναγνώστης, propter infatigabilem lectionem à Platone vocatus. Diuinus, doctus.

Ascanius.

Ascanius Æneæ fuit ex Creusa filius Hinc dictus Aeuides. Virg. Sit satis Aenidæ.
Dardanius puer, apud eundem.
Ilus à Troianorum rege, Ilo Postea Illus à prima barbæ lanugine. vnde Virg. lib. I. Aenei. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo; Additur, Iulus erat dum res stetit Ilia regno.
Formosus, pulcher, regius.

Assyria, vide Babylonia.

Astrologi.

Astrologi, quibus astra sunt à consiliis, Chaldæi, Genethliaci, γενεθλιακοὶ Mathematici.
Horoscopi. Metoscopi. Planetarii. Gnomonici. Prognostæ.
ἀποτελεσματικοὶ. Astronomi. Consultis astris prædicentes futura, Horoscopi obseruatores.
Syderum obseruantissimi.
Mathematis Chaldæorum periti.
Matheseωs experientes.
Sydereæ superstitionis professores.
Emensores cœli.
Naturæ certissimi exploratores.
Secretorum naturæ consilii, curiosi obseruatores.
Naturæ vestigia indagantes:
Ignotas stellarum vias, orbesque tuentes ignotos.
Astrorum syderumq; meatus, cœli itinera, occasus & ortus signorum deliquia solis & lunæ callentes.

Athenæ.

Athenæ, arum, Ciuitas Græciæ inter Achaiam & Macedoniã, Cecrops primus Athenas condidit omnium bonarum artium inuẽtricem, Philosophorum & Oratorum matrẽ Poetarumque alumnã à quo dicta Cecropia, & postea Mopsopia ac Ionia.

porro

Porro Athenæ à Minerua quæ Græcis Αθηνη.
Vrbs artica posidonia.
Agri munichii.

Athenienses.

Athenienses etiam dicuntur Athenei, Attici, Acti, Thesæi. Thesiæ. Cecropii, Cecropidæ, Munichii, Mopsopii Aeacidæ, Erichthæi, Erichthonii.
Aegidæ. Marathonii.
Cranai.
Erichthidæ.
Pandonii.
Athenienses & Athenæi à Minerua quæ Athena Græce dicitur.
Attici & Acti ab Acteo rege.
Ouid lib. I. Meta. Separat Aonios Acteis Phocis ab armis,
Thesæi & Thesidæ a Theseo filio Aegei Athenarum regis virg. lib. 2. Georg. Præmiaque ingentes pagos & compita circum
Thesidæ posuere. Martialis eadem ratione fauos Theseos vocat, i. Atticos, vbi ait; Massica Thesæis A am bene vina fauis.
Cecropidæ a Cecrope rege. Virg. li. 6 Aenei. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi.
Munichya erat Atheniensium nauale vnde Munichii dicti sunt. Ouid lib. 2. Metaph. Munichiosque volans agros, gratamque Mineruæ, Despiciebat humum,
Mopsopii a Mopsopo Athenarum rege Ouid, lib. Metamorph. Mopsopeum iuuenem sacros agitare iugales,
Aeacidæ ab Aeaco. Ouid, li. 8, Dant placidi cursum redeuntibus austri Aeacidis.
Erichthæi & Erichthonii ab Erichthæo & Erichtonio regib. Ouid lib. 8. Erichthæas Tritonidos ibat ad arces; eadem ratione vocant Erichtidæ.
Aegidæ ab Ægeo Athenarum rege Ouid in epist. Inter & Aegidas media statueris in vrbe.
Marathonii à Marathone Atticæ campo, vnde Stat. li. 3. Syl. Erigonē vocat Marathoniam. Syllius. li. 14
Armaque fixa deis, aut quæ Marathonius hostis perdidit. Sidonius
Et dum Mopsopii stipantur per Marathonem.
Carnaii à Carnao rege Athenarum.
Codridæ à Codro rege quod se pro patria deuouit.
Pandionii a Pandione rege Erichthonii filio.

Atlantides.

Atlantides Atlantis Mauritaniæ regis filiæ, ex Pleione Oceani filia, numero quindecim, quarum quinque Hyades sunt nominatæ, reliquæ vero Pleiades. Virgiliades, Vergiliæ Hesperides.

Attica.

Attica regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam sita, in qua fuit vrbs Athenienfis, sic dicta ab Atthide Crani regis Athenarum filia. Acte quoque dicitur ab ακτη quod littus significat. Nam magna ex parte littoralis est regio,
Cecropia & Cecropis eadem vocatur, & Posidonia à Neptuno dicta a qui Græce ποσειδῶνος.
Mopsopia, ac Iolia ab Ione Xuthi filio.
Pandionia quoque Sido. Qui Pandionum mouebat Orator caueam tumultuosus.

Augustus.

Ffui Augusto

August. Mensis ob honorem Octaui. Cæs. sic dictus quum prius Sextilis vocaretur & adhuc sit, vtpote sextus mensis ab introitu solis in Arietem. Græcè βοηδρομιών.

Aurora.

Aurora. Matura. Eos. ἠώς.
Iubar pro aurora ponitur.
Leucothea mater, parens Memnonis Ouid.
Tithonia coniux. Pallantias.
Memnon, filius auroræ Eous, coloratus.
Aurora crocea, punicea, roscida, rosea luthea, nitida, fulgida ambrosia, rubea.

Auster.

Auster. Notus idem. Plin. lib. 18. Hoc astrum ventus dabat, quem à Græcis Notum diximus vocari.

B

Babylon.

Babylon hebraicè Babel, quod confusionem Hebræis sonat, prius dicta ciuitas regni Nembroth gigãtis, quòd in ea regnauit, Chaldæorum metropolis est, Mesopotamiæ Assyriæq; caput, à Babylone quodam sapientissimo Mædi filio fundata, authore Cælio. Purpuratam meretricem eandem vocat D. Hiero. Et D. Petrus apost. Romam Babylonem vocat ob scelerum sentinam Neronisq; crudelitatem.

Babylonia,

Babylonia à Babylone ciuitate, aliter Chaldæa vocatur & Assyria Babylonis regio.

Babylonii,

Babyl. Chaldæi χαλδαῖοι. Cephenes prius dicti à Cepho patre Andromedæ, & Arphaxarei ab Arphaxat rege, vt scribit Iosephus.

Bacchus.

¶ Bacchus Iouis & Semeles filius.
Liber. Lenæus pater, quia mentem lenit Semeles puer, Horat.
Semelia proles, Ouid. Lyæus. Iacchus. Euan. Bromius. Ignigena, Bimater. Dyonisius. Iterum satus. Bis satus. Nysæus. Trionæus. Nictelæus. Genialis. Consitor vuæ Inderonsus. Elelæus parens, Bassaræus. Racimifer. Proles Semeleia. Thirsiger.

Bacchæ.

Bacchæ, Bacchides mulieres Bacchi sacerdotes. Sacrificulæ furentes, fanaticæ, Euantes, Euantis sorores vide Mænades.

Baleares.

Baleares, Gymnesiæ, insulæ duæ in mari Hispanico, Maiorica & Minorica.
Barchinone, nunc deprauata voce.
Barsilona, vulgo dicitur.

Batauia.

Batauia, quæ & Bethasia, Hinc Batauì, Bethasii, qui Hollandi vulgo creduntur.

Belga.

Belgæ, Belgici, Galliæ Belgicæ populi Germanis vicini.

Bellona.

Bellona Martis furor, Dea belli, alio nomine Ennyo, & Pallas, dis, quod Pallantem gigantem interfecerit.
Bellica virgo.
Tritonia à Tritone palude.
Minerua quod vim minetur.
Metuenda. Virago. Bellatrix. Bellipotens & Belligera dea, Bellicosa Tritonia, Armisona, Armipotens.

Bithynia.

Bythinia regio Asiæ minoris à Bithyno rege sic dicta, primum Bethrycia, postea Mygdonia à Mygdonio rege, Ouid. Nunc quod Mygdonia flebilis astat humo. Claud. Thyni Thraces erant quæ nunc Bythinia fertur, Saluſt. Maiorem Phrygiam dicit vocatam & à Turcis ex Tartaria venientibus occupatam.

Bithyni.

Bythyni, Bithynici, Migdonii, Bebryaci & Bebriaces penultima indifferenti.

Biturici & Bituriges.

Biturici & Biturges populi Galliæ Aquitanicæ, qui teste Plinio etiam Cubi dicuntur Luc. Et Biturix lõgisque leues Axones in aruis.

Bizantium.

Bizantium, Ligos olim. Plin. lib. 4. In quo oppidum Bizantium liberæ Conditionis, antea Ligos dictum, nunc Constantinopolis, olim Noua Roma, Ethusa, Antonia, Vrbs Bizantia à Mantu.

¶ Bizantii, Bizantini, Constantinopolitani.

Bœotia.

Bœotia, Βοιωτία Græciæ regio, Ogygia dicta ab antiquissimo rege Ogyge, & Cadmeis, vt scribit Thucidides, ac Hyantis Aonia prius & Melapia dicta authore Stephano.

Bœotii.

Bœotii, aliter Bœoti Luca. lib. 3 Bœoti coiere duces.

Phocæ Phocaici à Phocide propinqua regione.

Hyanthæi à vetustis Bæotiæ populis Sta. Lib. 1. Theb. Exul Hyantheos inuenit regna per agros: Ouid. lib. 5. Metamo. Fonte, Medusæo, & Hyanthæa Aganippe, Teumesii a Teumeso Bœotiæ monte Statius lib. 2. The Non alias tacita iuuenis Teumesius iras Mente acuit.

Thespiaci a Thespiis oppido Bœotiæ ad radicem Parnassi. Statius lib. 2. Syl. Centum Thespiacis odora lucis Stent altaria.

Heliconii ab Helicone monte Bœotiæ Musis sacro. Statius libro septimo.

Horrent Tyrrhenos Heliconii plectra tumultus.

Cyrrhæa a Cyrrha oppido Phocidis. Idem Statius libro 7. Mœnia Cyrrhæa monstrauit Apollo iuuenca.

Hippocrinisati ab Hyppocrene fonte, vocabulum est Sidonii Apollinaris.

Aganippæi, ab Aganippe fonte eiusdem loci Musis sacro.

Aonii & Aonidæ, quoniam Aonia pars est Bœotiæ montuosa.

Castalii a fonte Castalio.

Bononia.

Bononia Hetruriæ Colonia, mater studiorum. Felcina prius dicta vrbs Felcina Mantuanus. Felcinea tamen vrbe senex donatus abibat.

Boreas.

Boreas vide Aquilo.

Brabantia.

Brabantia teste Blondu Austrasia inferior olim vocabatur. Hinc Brabanti, Brabantini, Brabantici, Brabantigenæ quos Aduocatos Cæsar vocat in commentariis.

Briareus.

Briareus seu Ægeon gigas fuit centenis manibus.

Buscumducis.

Sylua ducis,
Ducaria sylua, nunc Buscunducis.
Hinc denominatiua Busciducentis.
Buschius, Boschius, Nemius à nemore, & à Sylua Syluius, quod Latinorum regum fuit cognomentum,
Sylua ducensis apud Eras.

C

Cadmus.

¶ Cadmus rex Phænicum & filius Agenoris, characteres sedecim literarum inuenit teste Plinio. Agenorides Ouid. Sydonius hospes. Agenore natus. Antoncius heros.
¶ Caletum, Calesium, Gessoriacum Cales.

Calabria.

Calabria olim Iapygia, Mepsia, Salentia.

Callisto.

Callisto Lycaonis regis filia, quæ à Ioue compressa grauidaque effecta Arcadem filium in syluis peperit, á quo postea Arcada dicta est. Elice Parrhasis. Vrsa maior, Nonacrina virgo. Lycaonias.

Camenæ, vide Musa.

Canopus.

Canopus vrbs Ægypti, nunc Damaniata.

Capitolium.

Capitolium, καπιτώλιον, Mons Tarpeius, arx vel rupes tarpeia. Templum Iulium. Saxum Tarpeium.

Cappadocia.

¶ Cappadocia Pontica regio, prius dicta Leucosyria, Hinc Cappadoces, Cappadoci & Leucosyrii.

Carteia.

Carteia cuius frequens mentio apud Cæsarem & Opium de bello Hispaniensi, oppidum est Hispaniæ alio Nomine Tartesius seu Cartesius. Cartesios dicitur.

Carthaginenses.

Carthaginenses vocantur Tyrii à Tyriis colonis, quos illuc adduxit Dido post Sichæi mortem. Virg. vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni, Carthago.
Carchedonii Cadmæi, quoniam Tyrii & Pœnices descenderunt à Cadmo. Sil. lib. 1. Sacri quum perfida pacti Gens Cadmæa super regno certamina mouit.
Asdrubaliani ab' Asdrubale duce, verbum est Sidonium.
Elisæi ab Elisa Didone.
Byrsici, quoniam Carthago prius dicebatur Byrsa à Corio, Sydo, Spernis Elisææ Byrsici tecta domus.
Pœni, Punici, Aphri, Aphrici.

Carthago.

Carthago ipsa vocatur Byrsa, Carchedos. Syl. lib. 2. Quis procul à Tyria dominos depellere Byrsa. Virg lib. 1. Aenei. Mercatique solum, facti de nomine Byrsam. Claudia. in Eutro Bacchatus per aperta tremor Carchedona mouit. καρχηδών. Cadmea.

Cassandra.

Cassandra Priami ex Hecuba filia, vates ab Apolline facta, sed quoniam promissis non stetit, iratus Deus fecit vt illius vaticiniis nulla fides adhiberetur. Briseis & Lyrnesia virgo nuncupata.

Castor

Castor.

¶ Castor & pollux, Iouis & Lædæ filii. Lædei dii,
Tyndarei, Amyclæ fratres.
Dioscori διόσκοροι, id est Iouis pueri vocantur Helenæ fratres
Oebalidæ gemini, Sta, Ambiguo visus errore lacessunt, Oebalidæ gemini,
Tyndaridæ, Tyndari Cygnigenæ.
Therapnæi: Oebalii fratres. Stat. Oebalii fratres pontusque polusque serenus, Sidus amiclæum.

Centauri.

Centauri Lapythæ, semiuiri, semihomines, semimares, nubigenæ Ixionides, Ixione nati, Bimembres.

Cerberus.

¶ Cerberus ianitor inferni, monstrũ triforme, Triceps, Trifaux, tergeminus, Inferus canis echidnæus, stygius, rabidus.
Lachrymosæ ianitor aulæ.
Tartareus custos.
Ianitor Orci apud Virg.
Triforme monstrum.
Ditis, avernalis canis insomnis, impauidus, Peruigil.
Multiceps Belua.
Corripit obiectam custos Plutonius offam.

Ceres.

¶ Ceres dea frugum, Saturni & Opis habebatur filia Alumna terrarum Demeter δημητηρ dicta quasi gemeter. i. terræ mater ac Eleusina mater, spicifica, munifica, fœcũda flaua, Tesmophora. Ops Cybele Staturni coniux. Berecynthia, Bona dea, Cypria, Cyprigena, Cythera, Acidalia, Paphia, Dronea.
Ceres alma apud Virg. ab alendo, quod nos alat.
Ouid. Et frugum genitrix immensos fiste labores.

Chalcis.

Chalcis. Nigropontus. Eubæa, nunc Nigroponte vocatur mercatorib. Hinc Chalcidici. Eubolici.

Chalicut.

Chalicut ab aliis Calocutium & Calocuta, Indiæ emporium celeberrimum.

Charon.

Charon fingitur Erebi & Noctis filius.
Acharontis nauta, morientũ animas transuehens ad inferos. Virg. in 6 Portitor ille Charon hi quos vehit vnda sepulti.
Stygius senex, squalidus tristis.
Aterque paludis nauita Tartareæ.
Omnes expectat auarus portitor.
¶ Cares aliter Bubasii & mulieres Bubasides. Oui. li. 9. Bubasides videre nurus. Et Mausoli, à Mausolo rege Cariæ prius Dicti Legiles.

Chiron.

Chiron Saturni & Phillyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo, vnde Centaurus dictus Phillyrios heros, Semivir. Monstrum biforme Sagittarius. Aemonius arcus.

Christus.

Christus, id est vnctus.
Messias. Messiah Hebræis,
Verbigena. Vnigena,
Soter σωτὴρ, id est saluator siue seruator, Salutifer, Archiater, ἀρχίατρος Medicorum princeps a D. Hieronymo dictus.
Ἀλεξίκακος mala quæque pellens.
Huic nos nomina dedimus Christiani Christicolæ, Christiades, Christigenæ,

Cicero

Cicero.

¶ Cicero parens eloquentiæ, & vt Catullus scribit Disertissimus Romuli nepotum, Pater eloquii Pater patriæ, Iuue, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Et eloquium Arpinatis id est Ciceronianum, Eloquiis damus Arpinatibus aurum.

Circe.

Circe Solis & Persæ nymphæ filia. Venificiorum peritissima. Phasis, idos Titanis, idos dicta.

Cliuia.

Cliuia, Cleuania.

Colonienses.

Colonienses, Agrippinates vbiuii.

Constantinople, vide *Bizantium.*

Corcyra

Corcyra, med. prod. Græcè Corcyra κόρκυρα, Insula mari Adriatico vicina, prius Melena dicta & Drepane à Cerere.

Item Macris, à Macride, & Scheria nec non Phæacia, nunc Cerphu vel corsunium vocatur, sub Venetorum ditione.

Corinthii.

Corinthii vocatur Corinthei & Corinthiaci: Oui. lib. 15. Iamque Corinthiaci carpebam littora ponti.

Cypselidæ à Cypselo Ixionis filio. Vir in Cypr. Cypritelidæ magni florentia regna Corinthi.

Ephiræi, & Ephyræii, quoniam Corinthus prius vocabatur Ephyre Luca, lib. 9, insedit castris, Ephyreaque mœnia seruat.

Isthmiaci & Isthmii ab Isthmo terra angusta prope Corinthum quæ separat Ægeum mare ab Ionio, Statius li. 2. Syl. Talis in Isthmiacos Ploratus ab æquore portus.

Cenchræi à Cenchri portu Stat. li. 4. Theb. It comes, Inoas Ephyte solata querelas Cenchreæque manus.

Cretenses.

Cretes Cretenses aliter dicuntur.

Cretæi Virgili. 3. Aeneid Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

Cressii Idem lib. Quam procul incautus nemora inter Cressia fixit pastor agens telis.

Cressi Idem lib. 5. Cressa genus Pholæ.

Gnosii à Gnoso vrbe Cretæ. Vir. lib. 6. Aen. Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna, Gnosiaci. Ouid. 8. Gnosiacæq; herere comes inuidiosa carinæ.

Dictæi à Dicte vrbe Cretæ virg. lib. 3. Aen. Dictæa negat tibi Iupiter arua.

Lyctii à Licto vrbe Cretæ; Virg. lib. 3. Aen, & Salentinos obsedit milite Campos Lyctius Idomeneus, Cydonæi, Cydonii, Cydones, Cydoniaci à Cydone vrbe Cretæ. Ouid. lib. 8. Armaque equosq; habitusque, Cydoneasque pharetras. Sta, lib. 4. Theb. Terga Cydoniaca Corythos arundine pullat.

Ariadnei ab Ariadne Minois filia.

Minoii à Minoe rege. Ouid. in epist. Phedræ. En ego nunc ne fortè parum Minoida credat.

Androgeonæi ab Androgeo filio Minois.

Gortinii, & Gortiniaci à Gortina vrbe. Stat. lib. 4. Theb. Arbiter hos dura versat Gortynius vrna.

Dories. Δωριεῖς. Dorii & Dorienses, quoniam tēpore belli Troiani Dorici venerunt in Cretā, duce Althmene, ibiq; decē vrbes cōdiderūt.

Creta.

¶ Creta vel Crete, es, insula quæ hodie Candia appellatur, est sub Venetorum ditione, centum vrbibus olim clara fuit, vide Græcis vocabatur ἑκατόμπολις Mant. Vrbibus inclyta centum Creta, ideo dicta à Græcis Hecatompolis olim. Vocatur quoque Terra Curetis à Curetibus qui in ea habitarunt. Ouid. lib. 8. Vt Egressus ratibus Curetida terram contigit. Gnosia, Gnosica, terra dictea, minoia, actea, cydoneia gortyniaca tellus.

Terra Gortynis, vocatur etiam Aerea & Macaros. Plin. lib. 4. Maiores Cretes primum Aetiam dictam, deinde posteriores Curetim appellauere. Et Macaron nonnulli à temperie cœli appellatam existimauere.

Cupido.

Cupido Deus amoris, Puer pharetratus, Cæcus amor. Ignis indomitus Cypria proles, Veneris natus. Alatus deus. Cæcus. Alipes.

Cumani.

Cumani aliter cumæi κυμαῖοι, à Cuma oppido Italiæ iuxta Neapolim.

Cybele.

Cybele, Cœli & terræ filia, Saturni vxor, aliter vocatur Ops, Dyndimene, Berecynthia, Pales, Gorsica, Cyrnos. Plin. in mari Lygustico, est Corsica quam Græci Cyron appellauere.

Carmenta & Carmentis, Nicostrata propriè.

Cyprus.

Cyprus, insula à Cypro filia Cyniræ sic dicta, Tellus Veneris quoque appellata. Mant. Et Veneris tellus pulcherrima Cypros.

Cerastios & Cerastias à multis promontoriis vocabatur prius, ac Amarusia.

Specea quoque & Armantis authore Strabone, ab Armante monte Cypri.

D

Dacia.

¶ Dacia δακία. Valachia nunc Blachia vocatur, Hinc populi Daci & Dacæ.

Dalmatæ.

Dalmatæ, Dalmatici, Liburni, Illyrij Vide Illyrici.

Danubius.

¶ Danubius, Ister, Adubanus prius dictus & Mento.

Daphne.

Daphne Penei fluuii filia, quæ cum vim Apollinis nō posset effugere, implorato paterno nomine conuersa est in Laurum, Dicitur Peneis, Peneia virgo.

Dauid.

Dauid, Psaltes sacer, regius, ac egregius, Vates, propheta regius, sanctissimus Psalmographus, ψαλμογράφος.

Vaticinus rex. Psalmicen, sanctus, Cui prima inter fatidicos est gloria. Vates. Psalmicus cantor. Filius Isai, quem græci Iessæ vocāt hinc Iessæa soboles.

Delos.

Delos Cycladum omnium clarissima in qua Latona Apollinem & Dianā dicitur esse enixa, appellata est Ortygia,

Ortygia, à multitudine Coturnicum: Virg. lib. 3. Æne. Linquimus Ortygiæ portus. Astria Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpile, ab igne ibi reperto. Delphica tellus, Phœbi patria.

Demophoon.

Demophoon Thesides & Thesei filius dictus, fuit rex Athenarum.

Deus.

Deus. θεὸς.
Numen diuinnm.
Spiritus diuinus, Supremus Deus.
Mundi rector, creator, fabricator, κοσμοκράτωρ. Summi domini numen. τὸ θεῖον,
Diuinitas mundi moderatrix.
τὸ θεῖον, θειότης
Omnipotens. παντοκράτωρ.
Victor lethi, .i. mortis,
Vere optimus maximusque.
κράτιστος ἄριστος καὶ μέγιστος, quæ Gentilitas Ioui falso tribuit.
Diuum atque hominum rex.
Maximus cælicolum.
Cœli terræque rex.
Princeps generis humani.
Vere Panomphæus. πανομφαῖος.
Omnium voce colendus, celebrandus μέγιστος ἀρχιερεύς, summus, diuinus, diuus, cœlestis, immortalis, infinitus, æternus, salutifer, sempiternus, inaccessus.
Empyræus, omnilator, altitonans.
Astripotens, apud Mant.
καρδιογνώστης, Scrutator cordium, inspector pectorum.
δωτὴρ ἑάων. Largitor bonorum munificentissimus.
Vindex quoque scelerum & contumaciæ.

Dialectica, vide *Logica.*

Diana.

¶ Diana, Venationis & Syluarum dea, Phœbi soror:
Custos, cultrix nemorum. Delia. Latois, Latonia Triuia Virg. Astrorum decus, nemorum, Latonia coniux. Phœbe.
Latonigena. Cynthia.
Thoantæa dea, apud Ouid.
Virgo potens nemorum. Casta, innupta Pharetrata, noctiuaga, salticola, vide Proserpina.
Studiosa pharetræ, Iaculatrix, venatrix, arcitenens.

Dido.

¶ Dido lingua Phænicum viraginem sonat, quod se in ignem præcipitando virile quid fecerit.
Elisa dicta, & Phœnissa.
Agenoris. Agenore nata. Sidonis Tyria, Sichæi coniux.

Diomedes.

¶ Diomedes Tydei filius, Græcorum fortissimus, Ætoliæque rex
Oenides Ouidio dicitur.
Tytides Virgilio.
Aetolius, Chaldonius heros, apud Stat. vide Tydeus.

Diuini.

¶ Diuini. Diuinaculi. Arioli.
Afflati. ἔνθεοι.
Vates. μάντεις.
Vaticinantes. Fatidici. Magi.
Extispices, Aruspices.
Auspices. Augures.
Geomantes. Pyromantes.
Axiomantes. Diuinatores.
Futurorum præscii.
ἐγγαστρίμυθοι ἐγγαστρῖται.
Pythonissæ, Pythonici, quasi Apolline pleni, id est, qui instructu dæmonis futura coniectant. Lesbius pylis, Curetumos, prouerb.

Dryades.

Dryades

Dryades Nymphæ syluarum præsides Hamadryades.

Dyrrachium.

¶ Dyrrachium, Epidamnum. Plin. Epidamnum colonia, propter inauspicatum nomen à Romanis, Dyrrachium appellata.

E

Echo.

Eccho. Vox resona, Nympha vocalis.

Edissa.

¶ Edissa quæ nunc Rages Medorum in historia Thobiæ vocatur.

Eduenses.

¶ Eduenses. Edui, Augustudinenses, Galliæ populi.

Emaus.

¶ Emaus trisyllabum. Iudeæ urbs. alio nomine Nicopolis. Castellum vbi Christus cognitus est in fractione panis.

Epirus.

Epirus, ἤπειρος, sonat terram firmã seu continentem, regio quæ prius Molossa dicta, hodie cum maxima Macedoniæ parte vocatur Albania à Chaone Hæleni fratre Chaonia, Chaonis terra prius dicta.

Hinc Epirotæ, Epirotici, Leucadii à Leucade promontorio.

Actii & Actaici ab Actio oppido.

Phocæi, Phocaici Chaonii, Dodonigenæ verbo Sydonii, à Dodona vrbe Chaoniæ.

Molossi, Pyrrhidæ, quod in ea Pyrrhus olim regnauit.

Epicurus.

Epicurus Atheniensis Philosophus, Neoclides à Neocle patre. Senex Cecropius, Carterius apud Mart. & Stat.

Equus.

¶ Equus troianus, Equus fatalis, Duratheus, Dardanius, Ephæi machina.

Eridanus.

Eridanus fluuius Italiæ fœcundus, & nobilis, Padus aliter dictus.

Parens, princeps fluminum, Virgilius Fluuiorum rex Eridanus.

Erigone.

Erigone, Icari filia.

Icaris Marithonia virgo.

Eero.

Eero puella formosissima fuit ex sesto Thraciæ vrbe, Veneris sacerdos Sesta puella dicta ab ortu loci.

Esau.

¶ Esau dissyl. vel carmine trisyl. alias Edom. & Seir.

Euander.

¶ Euander, Mercurii filius, Nonacrius, seu Palantius heros Ouid.

Euboia.

Euboia εὔβοια, siue Eubœia, insula in mari Aegeo oblonga, ideoq; Macris dicta.

Terra aut ora Eubois: Statius in Achilli. Quatitur naualibus ora Eubois. Vide Calcis quæ Eubœa vrbs olim etiam Eubœæ vocabatur. Hinc Euboici, Capharæi, Abãtii, Tanagæi, à Tangryo Euboiæ ciuitate Stat. lib. 9. Prima Tanagræum turbauit arundo Corœbum.

Eumenides.

Eumenides furiæ infernales. Acheronis natæ, Nocte genitæ Vipereæ sorores

sorores Anguicomæ sorores. Pœnarum deæ triplices, quarum nomina sunt. Alecto. Tisiphone, Megara.

Eupatoria.

¶ Eupatoria Paphlagoniæ ciuitas, Pompeiopolis iam dicitur.

Europa.

Europa tertia pars orbis, ita dicta ab Europa Agenoris Phœnicum regis filia, Agenore nata.

F

Februarius.

Februarius mensis extremus anni, vt Cicero scribit, quod extremo anni mense populus februaretur, id est, purgaretur.

φεβρουάριος, & ἐλαφηβολιών Græcè.

Flandri.

Flandri, Flandricolæ quos vulgo Flamingos vocant.

Neruii vnde inpræsentiarum nomen ciuitatis Aldenardiæ manet.

Morini quoque dicuntur, licet proprie Terwanenses sint in finibus Galliæ Belgicæ versus occidentem. Virg. Extremique hominum Morini.

Florum Dea.

Flora. Chloris. Zephyritis. Dea florum. Vxor Zephyri.

Fontes.

Fontes & fluuii Musis sacri. Caballinus fons. Pegaseus fons. Medusæus fons. Aganippe. Hippocrene, Libethreus fons. Pimpleius fons Phocidos lacus. Permessus fluuius Cephisi vada. Eurotas.

Furiæ infernales.

Furiæ infernales,

Furiæ flammiferæ. Diræ. Maniæ.

Eumenides Stygiæ.

Erynnes siue Erynnies anguibus implicitæ.

Numina malefica.

Orci satellitium. Alastores.

Sorores anguicomæ, furentes.

G

Galli.

Galli, Gallicani, Galligenæ.

Gallatæ. Sequanici. Sequanidæ. Franci. Francigenæ. Lilgeri.

Ganymedes.

Ganymedes Trois filius formosissimus puer fuit, quem cum Iupiter deperiret, in cœlum ab Aquila portari iussit, & sibi à caliculis esse. Puer Phrygius, Ideus, Pincerna Iouis Dictus.

Garamantes.

Garamantes, γαράμαντες Garamantici Lybiæ populi, matrimoniorũ expertes.

Arenauagi à Mant. vocantur.

Sati Ammone, id est, Ioue. Nigri, perusti, inculti.

Geldri.

¶ Geldri. Geldrii. Menapii. Geldrenses.

Genuenses.

¶ Genuenses ac Genuani γενουάται Ligures, Ligustici, & Ligustii. Sidonius. Qui Ligustiis Euganeisq; montibus oriebantur. Assueti malo laborique Ligures.

Gygantes.

Gigantes, fratres Phlegræi, à Phlegra loco Thessaliæ, in qua Gigantes à Ioue fulmine percussi.

Titanes, Titanii, id est, Titanis & Ter-

ræ filii gigantes omnes impii, Auguipedes, Serpentigeri Aetnei fratres. Centimani, Mantu. Dii veteres qui Centimanos vicere gigãtes.

Ventrimani, Theomachi, apud eundem, Iosephus & D. August. scribunt gigantes ex dæmonibus incubis progenitos, quos Terræ filios vocat Moses.

Glaucus.

Glaucus, Deus marinus, maris numen, Minois filius, hinc dictus Minous Biformis. Dictæus, Pornia. des & Porniæus.

Gorgon.

¶ Gorgon, Medusa, Phorcynis, terrifica, anguicoma.

Serpentiferum monstrum.

Græci.

Græci. Graii.

Mendaciorum parentes Crinito vocantur. Graiugenæ.

Argæi. Virgilius in opusculis, Septima iam Argæis stabulis impensa laboris.

Argiui Argolici. Dorii.

Dorici. Dorsenses. Pelasgi.

Pelopæi & Pelopidœ à Pelope filio.

Tantali. Virgilius libro 2. Aenei. Vltra Asiam magnam Pelopæa ad mœnia bello Venturam, Statius libro. 10. Ad patrias fusæ Pelopeides aras.

Hellenes. ἕλληνες.

Achillæi & Achillidæ ab Achille.

Argolæ, apud Euripidem.

Achillæi Achiui, Achaici, Inachi, Inachii, Inachidæ ab Inacho Argiuorum rege, patre Isidis. Ouid. libro. 5. Fast. Littus ad Inachium pulvis inanis eã. Stat. lib. 1. Theb. Qua nostræ cecidere animæ stupet Inacha pubes, Idem libro, 5. Lectique potentes Inachidæ.

Agamemnonii. Agamemnonidæ ab Agamemnone. Virg. lib. 6. Aenei. At Danaum proceres Agamemnoniæque phalanges.

Acrisionæi ab Acrisio rege Argiuorum Abantis filio; Ouid. lib. 5. Met Acrisionæas Prætus possederat arces.

Abantæi, & Abantiadæ ab Abante Argiuorum rege patre Acrisii. Ouidius lib. 15. Nuper Abantæis templo Iunonis in argis.

Thyestæi à Thyeste filio Pelopis.

Mycenæi a Mycenis vrbe. Ouid. in epist. Briseides, Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum iuro.

Menelaæi a Menelao filio Atrei; Phoronidæ & Phoronæi a Phoronio Inachi filio & Argiuorum rege.

Persæi a Perseo Acrisii nepote, Stat. lib. 1. Theb. Persæus alter in ragos Scinditur. Danai Danaæi. Idem. Tunc sedet Inachinas vrbes, Danaæaque regna.

Dolopeii a Dolopibus Græciæ populis. Valer. Flac Vidisse putant Dolopeiaque busta.

Iacidæ ab Iasio filio Abantis Argiuorum regis.

Tantalidæ a Tantalo.

Græcia.

Græcia appellata a Græco qui in ea regnauit primus, a cuius filia vocata est Attis: deinde ab Hellene Deucalionis filia dicta fuit Hellas ἑλλάς.

Achaia, Pelasgia, Dulichia pro Græcia ponuntur & vsurpãtur. Docta, solers, fallax, vana, mendax. Iuuena, Et quicquid Græcia mendax audet in historia.

Grammatica.

Grammatica Ars Palemonis siue Palemonia, Iuuena. in Saty. Odi hanc ego quæ reperit voluitque Palæmonis artem.

Gratia.

Gratiæ. Charites. χάριτες, tres Iouis filiæ, suaues, blandæ blandientes, elegantes. Alcidaliæ sorores.

Orthomeni deæ triplices, vocantur autem Agalia, Thalia, Pasythæa vel Euphrosine.

Grues.

Grues, γέρανοι Palamedis aues apud Mart. Aues Bristoniæ, Strimoniæ Threiciæ.

Naupliadæ volucres apud Polit. altiuolantes, aëreæ, querulæ. Vipiones sunt grues minores,

H.

Harpiæ.

Harpiæ rapaces dæmones, dicuntur autem fuisse Neptuni & terræ filiæ ac in insulis habitare. Virgilius tres esse dicit. Aello, Ocypere, & Celæno.

Hector.

Hector. Troianorum fortissimus. Priami filius, Priamides, inclytus impiger, belliger, atrox, animosus.

Hecuba.

Hecuba Priami regis vxor,
Priameia coniux, apud Ouid.
Cisseis vocatur Virgilio libro 7.
Cisseis prægnans ignes enixa iugales,

Helena.

Helena, Tyndari regis Laconiæ & Ledæ filia, tantæ venustatis, vt fuerit admirationi cunctis, teste Demetrio Mosco.

Tyndaris Virgilio dicitur,

Oebalis. Oebalia pellex Ouidio vocatur ac Menelais vtpote Menelai vxor. Lacedemonia, Ledæa formosa, candida, bis rapta.

Helle.

Helle, es, filia Athamamantis regis Thebarum. Nepheleis Athantias

Heraclea.

Heraclea Bosphorana ciuitas olim vocatur Perinthus, Man. quæ magna Perinthus ante fuit priscum mutauit Heraclea nomen. Nunc Carpe.

Hercules.

Hercules, ἡρακλῆς dicitur quoque Alcides à bellica virtute, & Amphitryoniades, quoniam credebatur filius Amphitryonis, & Amphitryonis puer, apud Mant.

Alcmena matre creatus. Ouid.

Monstrorum, ferarum domitor.

Clauigergigas, Heros Thebanus,

Dictus Tyrinthius ab vrbe vetusta Achaiæ.

Cleonæus à loco vbi leonem interfecit. Luca. Ille Cleonæi proiecit terga leonis. Proles Iouis.

Oetæus, οἰταῖος, ab Oeta monte inter Thessaliam & Macedon. Signum quoq; cœleste Hercules quod Engonasin vocatur, Latinè Ingenitus. Indomitus, Inuictus.

Hesiodus.

Hesiodus ex Asia Bœotiæ vico oriundus, Hinc dictus Ascræus senex, Virg.

Ascræus, Bœotius, Heliconius vates Politia. Ast ibi Dædalios monitus Heliconie vates. Præceptor arandi Ouid.

Hetruria.

Hetruria, alio nomine Thuscia & Hetruscia ac Tyrrhenia. Vmbria quoque Thusciæ pars, Hinc Vmbri & Vmbrii, Thusci Etrusci, ac Tyrreni.

Hippodamia.

Hippodamia, *Brisæ* filia ex oppido Lyrnesio, Brisæis & Lyrnesia virgo dicta.

Hippolitus.

Hippolitus cælibem ducens vitam, mulieres constanti animo sperne-bat, Thesæi & Hippolytæ Amazonis fuit filius, Theseides & Theseius heros dictus.

Hispalis.

Hispalis Beticæ Hispaniæ Vrbs clarissima, cognominata Romulea. ob amicitiæ fœdera cum Romanis Sivilia nunc vulgo dicitur.

Hispania.

Hispania, ἱσπανία, & σπανία cuius meminit D. Paulus cap. 15. ad Rom, primum dicta Iberia ἰβηρία ab Ibero fluuio, dein Hesperia vltima ab Hespero Atlantis fratre, postremo ab Hispali Hispania, quæ quoque tartessia tellus dicitur.

Hispani.

Hispani, Iberi, Iberiaci. Virg. Tyrthenoque boues in flumine lauit Iberos.

Beticolæ & Betigenæ: Syllius libro 8. Beticulasque viros spatiis agitabat iniquis.

Hesperii Tartessii & Tartessiaci à Tartesso vrbe Gadibus vicina,

Homerus.

Homerus Græcorum poëtarũ maximus prius dictus Melesigenes, deinde à cæcitate Homerus, ὅμηρος quod cæcum sonat lingua Ionica, Aliter dicitur Mæonides, Mæonius vates.

Homerus quoque dictus Colophoniatus & Colophonius ab vrbe Mæoniæ Colophone vnde originem traxit, Bapprius & Colophoniaco iunctus Maro fulget Homero.

Horatius.

Horatius, ab orando sic dictus, aliter flaccus à pendulis auribus, Venusinus poëta.

Hungari.

Hungari qui modo. Huni seu Hunni Scythiæ populi olim vocabantur Claud. Nam parat insidias nobis aut turpibus *Hunnis*.

Pannonii quoque dicuntur, Stat. Pannoniusque ferox.

Pannois, idos, apud Luca. idem quod Hungarus, Græci, παίονας Hungaros vocant.

Hyades.

Hyades ὑάδες, quæ & Suculæ ac Atlantides dicuntur septem stellæ in cornibus & ore Tauri quæ quoties nascuntur vel occidunt, pluuias creant Tristes. Imbriferi.

Hypermnestra.

Hypermnestra vna fuit ex quinquaginta Danai filiabus, quæ (quum sorores omnes maritos suos nocte interfecissent iussu patris) sola maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberauit, Danais, & Danai filia appellata.

Hyrcanus.

Hyrcani, Caspii, Asiatici populi iuxta mare Caspium.

I

Ianus.

Ianus bifrons insomnis, peruigil.

Iason.

Iason filius fuit Aesonis, hinc dictus Aesonides. Ouid. Aesonidē mutasse velim quo coniuge fœlix.
Aesone natus. Pegaseius heros.
Emonius seu Aesonius iuuenis vterque apud Ouid. Iolciacus heros.
Superbus, periurus, prædo, efferus.

Iazyges.

Iazyges, septem castrenses.

Icarus.

Icarus ἴκαρος, Dædali filius.
Dædalides. Dædaleus puer.
Glarea, implumisque vocer, Dædaleusque puer, audax, temerarius.
Stephano authore Insula vocatur Icarus, quæ prius vocabatur Macris.

Icaria.

Icaria, Insula in mari Icario, Doliche Ichthyœssa, nunc Nicaria, vna Cycladum.

Ierusalem.

Ierusalem, Hierosolymæ.
Solymæ, & à Melchisedech constructa Salem, Iebus prius dicta.
Aelia quoq, vocata ab Aelio Adriano reparatore & Zion à mõte in quo arx Dauid annexa Hierusalem.
Hinc Hierosolymæ, Ierosolymitani, Solymi, Gens Solymæ.

Iesus.

Iesus, Saluator. Seruator, Soter. σωτὴρ à σώζειν saluare, hinc dictus est Christus quod cunctis salutifer venit. Qui per aspirationem scribunt Ihesus bene scribunt, est enim dictio Hebraica nõ Græca ex Iod, He. Vau, He, τετραgrammaton & ineffabile, pro quo semper Adonai pronunciant Hebræi, Forte Græcis ἰησοῦς trisyllabon est.
Nazaræus dictus ab oppido Nazareth, in quo habitauit, & sonat consecratum, Vide Christus, & Deus.

Illyrici.

Illyrici. Illirii, Taulantii, Sillius lib. 1. Quaque per Illyricum Taulantius incola littus.
Dalmatæ, Sclaui, Sclauones.
Dalmatici, Liburni.

Illyria.

Illyria ἰλλυρίς, Illyria & Illyrium Liburnia, Dalmatia, nunc Sclauonia.

Inarime.

Inarime, Aenaria, Pythecusa, authore Plinio. Aenaria à statione nauium Aeneæ. Hodie vocatur Ischya.

Indi.

Indi, Indici, Gangetici, quod prope Gangem habitent. Lucan. libro 4 Et quas sentit Arabs & quas Gangetica tellus. Dicuntur etiam Nysæi à Nysa vrbe Indiæ, & Hydaspei ab Hydaspe.
Hydaspæas aries impactus Erithras.
Ardentes, Sitientes, colorati, fusci, nigri, Boi, Dites.

India.

India, ab Indo fluuio nomen habet, maxima

maxima orientalis regio Asiæ termini..
Terra Gangetis, Gangetica.
Terra Euphratis.

Infernus.

Infernus. Auernus.
Erebus. Tartarus
Plutonius Cocytius, Acherusius, Phlegetontius, Stygius, Acherontæus, Lethæus, Ocrius lacus, fluuius, amnis.
Gehenna. Græci scribunt sine aspiratione mediam.
Orcus Orcæa Charybdis.
Stygia palus.
Inferus profundus. imus, mœstus, tristis, ater, piceus, opacus, horridus, auarus.
Auernalis amnis.
Infernalis, Tartareus, Herebus. Reliqua pete ex priore parte Synonimorum, *Hell.*
Inferni judices.
Æacus. Radamanthus. Minos.

Ino.

Ino, filia Cadmi.
Cadmeia proles.
Nutrix & matertera Bacchi.

Insubria.

Insubria, regio Cisalpina, quæ Togata quoq; dicitur, nunc vero a Longobardis qui ducentis eã annis occuparunt Lombardia vocatur, cuius Metropolis est Mediolanum. Hinc Insubres. ἰνσουβροι, populi Cisalpinæ Galliæ.

Io.

Io Inachi fluuii filia, Inachis Inachia proles. Phoronis, idos:
Bos Pellex.

Ioppe.

Ioppe ἰοππη, vrbs Palestinæ maritima. D. Petri miraculo clara, omnium ciuitatum antiquissima, vt pote ante diluuium condita, teste Plinio. Nunc vocatur Iaphe portus peregrinorum a Iaphet filio Nohe.

Ioseph.

Ioseph Vir Mariæ virginis, vt est apud Matheum in genealogia saluatoris.
Nutricius Domini.
Fatidicus Iuuenis. Mant.
Multiplices casus & longa pericula cernat Fatidici iuuenis. Cauanæus. Castus, formosus.

Iphigenia.

Iphigenia. Iphianassa. Lucret
Iphianassæ turparunt sanguine Fœdæ.
Mycenis. Ouid vocatur lib. 12. Metamorph.
Agamemnonia puella, Propert.
Pelopeia virgo.

Iris.

Iris, ἶρις. Arcus cœlestis.
Iunonis nuncia.
Pluuius describitur arcus, apud Horat. Multicolor, purpureus, nubilus nymbosus, imbrifer, arcus discolor, picturatus, aquosus.
Thaumantias. Thaumantis proles.
Thaumantica virgo.

Ismaelitæ.

Ismaelitæ, ab Ismaele filio Agar ancillæ Abrahæ, quos Moyses Madianitas vocat. Euseb. Agarenos seu Saracenos.

Ister Scythiæ fluuius vide *Danubius.*

Italia

Italia, Hesperia maior, ab Hespero

tó Atlantis fratre.

Oenotria ab Oenotro rege Sabinorum. Virgil. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt, Oenotrii coluere viri, nunc fama, minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Idem. Hinc Italæ gentes omnisq; Oenotria tellus in dubiis responsa ferunt.

Latium, quod ibidem Saturnus latuerit: Virg. lib. 8. Latiumque vocari maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Saturnia à Saturno. Ouid. lib. 1. Fast. Inde diu genti mansit Staturnia nomen.

Terra Ausonis & Ausonia ab Ausone Vlyssis filio: Ouid. lib. 2. Fastor. Captaq; erat lyricis Ausonis ora sonis.

Itala terra seu ora Italis Ouid. lib. 2. de ponto, Mœstisque cadentes Excepit lachrymas Italis ora genis.

Ausonium solum.

Romana, Romula, Itala tellus.

Magna Græcia Italiæ pars, à Tarento vsque ad Cumas olim vocabatur. Ouid in Fast. Itala nam tellus Græcia maior erat.

Terrarum alumna, vrbibus frequens, populosa, antiqua, potens, fertilis grauida bellis.

Itali.

Itali, Italidæ, Italici. Ouid. lib. 14. Littore in Italico Messenia mœnia contra, Latini.

Laurentes. *Lauinii*, Laurenti Tyrrheni Laurenti, *Latiales*.

Ausones. Ausonii. Ausonidæ. *Luca*. lib. 9. Grata vice mœnia reddent Ausonidæ Phrygibus.

Iudæi.

Iudæi, Iudaici, Hebræi, Apellæ Gens recutita. Palestini, circumcisi. *Vide* *Synonyma priora. levv.*

Iudæa.

Iudæa, olim Palestina & Chananea vocabatur.

Iuliomagus.

Iuliomagus, Andium ciuitas in Gallia, nunc Andegauia. Angiers.

Iulus, vide *Ascanius.*

Iulius mẽsis, vide *Quintilis*

Iuno.

Iuno Saturni fingitur filia, soror & coniux Iouis, quæ nubentibus & parientibus dicitur præesse, vnde vocatur Pronuba. Lucina, & Con iuga, ac Socigena quod mares cõnubio fœminis societ.

Saturnia Iuno. Virg. Regia, Scutifera. Regina deum.

Iouis coniux.

Iuppiter.

Iuppiter quasi iuuans pater, Saturni filius, Deorum summus cælo præesse, ibidemque pulso patre fulminare fingitur.

Dictus Pater omnipotens,

Diespeter. i. diei pater, ab Horat.

Lucipitur, i. lucis pater. a Gel.

Saturnigena, à Mant.

Aegiochus, nutritus à capra.

Diuum atque hominum rex à poetis fingitur. Astripotens, altisonus.

Hammon corniger. Panomphæus.

Altitonans magnitonans. Omnipotens, Saturnius. Dodonæus.

Cenæus. Summus deorum. Rector Olympi. Rex superum.

Aethereus princeps. Pater æthereus, sceptrifer, coruscus, fulminator.

A diuersis locis vbi colebatur diuersa habet nomina, Dicteus, Olympius, Olympicus, Idæus, Casius.

Choani-

Chaonius, Latialis, Ausonius, Capitolinus, Pharius. Ammomus. i. Arenarius à Templo illi in arena constructo.

Iuuenalis.

Iuuenalis Satyrographus.

Poeta, Vates Aquinas, quæ illi patria fuit. Ponta. Hinc rugat Aquinas triste supercilium.

L

Lacedæmon & Lacedæmones.

Lacedæmon vrbs Peloponnesi alio nomine Sparta. Dicitur etiam per Syncopen Lacon pro Lacedæmon

Lacedæmones, Lacedæmonii.

Tyndarei à Tyndaro rege Oebaliæ, & Helenæ patre; vnde & Syllius Tarentum vocat Tyndarium.

Spartani, Spartæ.

Spartiatæ: Sidonius. Spartiatæ rupium variatarum posuere crustas.

Laconia.

Laconia prouincia in Peloponneso, aliter vocatur Oebalia & Tænaris à Tenaro promontorio: Ouid. Tænaris est classi terra petita meæ Idem. Excepit portu Tenaris ora suo.

Lacones.

Lacones, Λάκωνες penul. prod. seu Laconici vocantur Oebalii & Oebalidæ: Ouidius lib. primo Fast. Protinus Oebalii rettulit arma Tati, Statius libro quinto Theb. Ambiguo visus errore lacessunt Oebalidæ gemini.

Therapnei à Therapnis vrbe Laconiæ, patria Helenæ. Ouid. lib. 5. Fastorum. Prima Therapnæo feci de sanguine florem.

Tænarii & Tænaridæ à Tænaro promontorio.

Laodamia.

Laodamia Bellerophontis ex Achæmone coniuge fuit filia, quæ à Diana telis fuit confixa est & alia Laodamia Acasti & Laodotheæ filia quæ maritum suum Protesilaum tenerrime amauit: hæc Achastis et Achasti filia dicta est.

Lapithæ.

Lapithæ Thessaliæ populi λαπίθαι Centaurei vocantur, Vir. Nec Centaureos Lapithas compellit in enses, Peletronii quoque dicti, Syluestres, semiferi, sæui, truces.

Latinus.

Latinus Laurentium rex, pater fuit Lauiniæ,

Faunigena, filius Fauni dictus. Ouid Faunigenæque domo potitur, nataq; Latini.

Ausonius senex aliis dicitur. Hinc, Latini Faunigenæ vocantur Syl. li. 8. Faunigenæ socio bella inuasere Sicano.

Latona.

Latona filia Cei Titanis à quo Titanis dicta. Ouid Quique modo auderis genitam Titanida Ceo Latonam præferre mihi? filia terræ.

Gemellipara & Calauria dicta, Ouid.

Lauinium.

Lauinium vrbs in Latio, quæ post Laurentium dicta, & Laurolauinium.

Leander.

Leander Abydenus dictus ab oppido Abydo Asiæ, in littore Hellesponti, in quo natus erat.

Leucothoe.

Leucothoe Orchami Babyloniæ regis filia, in arborem thuriferam conuersa, Orchanis & Arbor Thurifera appellata est.

Lybia.

Lybia λιβύη, & Libye, es, Africæ pars in pentapoli, & pro tota Aphrica ponitur poetis, Luca lib. 1. Per calidas *Libyæ* sitientis arenas.

Terra Libyssa, Terræque in fine *Libyssæ.*

Libyci.

Libyci. *Libyssini*, Marmarici à Marmarica regione Africæ. Syllius lib 3. Marmaricis ales populis respon sa canebat.

Nasamonii & Nasamoniaci à *Nasamonibus* populis Libyæ.

Licii Pataræi.

Licii Pataræi quoniam parata est vrbs Liciæ. Stati, libro. 1. Theb. Seu te Liciæ Pataræa niuosis Exercent dumeta iugis.

Liguria.

Liguria, à Ligusto Phaetontis filio nomen habens Italiæ est regio, quæ quoque vocatur

Ligustica ora seu regio, cuius caput Genua, ostium maris Ligustici.

Ligures, vide *Genuenses.*

Lipara.

Lipara insula, prius Meleguni s vocabatur, autore Pli. lib. 3. cap. 8.

Liuius.

Liuius historiographus, Patauinus lacteo eloquentiæ fonte manans, vt scribit, D. Hiero.

Antenoridus dictus est à patria sua quam Antenor condidit.

Locrenses.

Locrenses. Hesperii. Ozolæ. ὀζόλαι. Locri. *Locrii*

Locridis populi.

Logica.

Logica seu Logice disserendi vt ait Boethius magistra, à Zenone Philosopho, qui Eleates erat, Eleatica doctrina dicitur, Philosophia Eleatica διαλεκτική disputandi disserendi ars.

Lothoringia.

Lotharingia, Austrasia superior eadē Loreyne, & Lotharingi olim Leuci vocabantur.

Londinum.

Londinium. *Londinum* Ptolomeo, Londra vulgo vocatur, Britanniæ insulæ metropolis per quam fluit Thamysis fluuius.

Lucifer.

Lucifer Veneris stella phosphorus φωσφόρος.

Stella matutinalis, lucifera.

Cythereius ignis. Syl lib. 12.

aud secus Oceano rediens Cythereius ignis.

Præuius, socius auroræ.

Lucanus.

Lucanus, Poeta Hispanus, patrem habuit Annæum, à quo dictus vates Annæus. Vnde quidam, Cæsaris Annæus caneret nisi prælia vates.

Lucani.

Lucani. Tanagræi a Tanagro fluuio Lucaniæ, Statius Tanagreumque Phalantum.

Luna

Luna, vide *Moone in priori parte*, *& Proserpina*, *& Diana.*

Lutetia.

Lutetia, Galliæ vrbs maxima & nobilissima, ab alis Leucotia scribitur, quam Græci λευκετίαν nominant ab albedine parietum vulgo Paris. Vnde quidam. Quæ Gallas inter populosa *Lutetia* gentes. Nonuulli a luti frequentia sic appellatam volunt. Oppidum Parrhisiense.

Parrisius pro ciuitate apud doctos non inuenitur, sed Parrhisii pro populis Lutetiam inhabitantibus, apud Cæsarem in comment.

Parrhisienses, *S*equanæ accolæ.

Lydda.

Ludda Palestinæ Luceæ vrbs, alio nomine Diospolis, hodie Rama vocatur.

Lydi, & Lydia.

Lydi seu Lydii populi maioris Asiæ aliter vocantur Mæonii, Mæones, & Meonidæ, Virg. libro 8, O Mæoniæ delecta iuuentus.

Item Mæonici.

Gygei à Gyge rege, vt Crœsii à Crœso ditissimo *Lydorum* rege. *Sta*tius lib 12, *S*i Marathona metu, si tecta leuasti Crœsia.

Lydia vocabatur prius *Mæonia*, est enim prouincia Asiæ a Lydo filio Atys sic dicta.

M

Macedones.

Macedones. Macetæ.

Pallenæi, a Pallene vrbe, quæ olim Phlegra dicta fuit, Vbi gesta est Gigantomachia. Statius lib. 4. Syl. Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos.

Pæones quoque dicuntur a Pæonia regione. Statius lib. Achill. Præterit, dici quo Pæones arma rotatu.

Macedonia.

Macedonia. Pæonia.

Æmathia idem, teste Plinio.

Manades.

Mænades, Mimallones, Mimallonides, nec non & Bacchæ, Bacchades, Thyades, fœminæ Bacchantes, Bacchi sacra peragentes, insanæ, Ebriosæ, Bassarides, Eleides, Edoniæ, Edonides, Euthriades, vide Bacchæ.

Mahometistæ.

Mahometistæ Mahometani. *Maho*metici, Mahometigenæ. Mahometis falsi prophetæ legem sequentes.

Turci seu Turcæ teste Pomponio.

Mantua.

Mantua. μαντυα.

Vrbs nobilissima & Ducatus Galliæ Cisalpinæ. Ocniaca.

Vrbs Tyresiæ dicitur Mant.

Vrbs Bianoris. Virg. Præpotens, aquatica, turrigera, vetus.

Mantuani.

Mantuani seu Mantoi dicti sunt à Manto Tyresiæ filia.

Bianorei & Bianoridæ à Bianore Mantus filio, qui aliter vocatur Ocnus. Virg. in Buc. Namque sepulchrum incipit apparere Bianoris. Pontanus in Manto. Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem. Ocnæi nepotes,

Ocnæi ab Ocno Mantus filio, Strozæ filius. Orbita ab Ocneis euexit ad astra lacunis.

Minciadæ & Mincigenæ à Mincio fluuio propinquo; Pontanus Vos o Minciades vos o mihi manes, este boni.

Mare rubrum.

Mare rubrum. Erythæum mare Sinus Arabicus.

¶ Mare Galileæ, Mare vel lacus Tiberiadis, qui Hebraicè vocatur Cinereth, à Chaldæis Genezareth dicitur.

¶ Mare Adriaticum, & Adrianum, Adria masculini generis,

Superum mare.

Sinus Adriaticus, raucus, minax, tumidus, ventosus, Iracundus, *vide Sea.*

Maria.

Maria, sacratissima virgo, Dei mater.

μαριάμ Græce, Miriam Hebraice dissyllabum est, domina vel magistra maris interpretatur,

Deipara, θεοτόκος.

Dei genetrix, Christifera.

Verbigena, Iessæa solobes, gloriosa domina.

Deifera.

Nympha Palestina Mant.

Cælica, Æthereâ virgo.

Inculpata integra, sancta, casta.

Diua, augusta, pia, aurea, innupta, innuba virgo.

Syderei mater formosa tonantis.

Petrar. Virgo decens, quam sol vestit stellæque coronant.

Virgo illibata, intacta, inuiolata, immaculata, intemerata, purissima, pudicissima, castissima, speciocissima, ter sancta, spiritus sancti sacrarium, templum domini.

Mater domini, Christi.

Mars.

Mars, deus belli, qui per Epenthesin dicitur Poëtis Mauors, quod magna vertat. Furor impius,

Præterea Gradiuus, quum sæuit, hastamque vibrat. Bellipotens

Sithonius dux cruentus, furi estus, armisonus, Belliger, Bellicus. Ferus. ferox Sanguinolentus. Cruentus, Sæuus. Durus. Dubius. Indomitus

Marspiter, id est, Martis pater, pro eodem ponitur.

Medea.

Medea. μήδεια, Ætæ, regis Colchorum filia veneficiis clara.

Poetis vocatur Aetias, Aetis, dis, apud Ouidium.

Item Colchis pro Medea ponitur sicut Phasias & Phasis, Ouid. Barbara per natos Phasias vlta suos.

Mediolanenses.

Mediolanii, μεδιολάνιοι Mediolanenses. Insubres.

Huius ciuitatis (vt legitur in quadā Ambrosii epist.) fundamentis iaciendis dum excauātur fossæ, ferunt in terræ visceribus inuentam fuisse (mirum dictu) suem dimidiatim lanatam, à quo portento inditum sit Mediolanæ vrbi nomen. Ad quod allusit Claudiauus de nuptiis Honorii & Mariæ scribens: Continuo sublime volans ad mœnia Gallis Condita, Lanigeræ suis Ostentantia pellem peruenit. Item Sidonius. Rura paludicolæ temnis populosa Rauennæ, Et quæ lanigero de sue nomen habet.

Medusa.

Medusa, filia fuit Phorci, Hinc dicta Phorcinis & Phorcys, id est, phorcy filia. Luca. lib. 9.

Squallebant late Phorcinydos arua Medusæ, monstrum vipereum.

Saxi-

Saxificus vultus. Auguiferum, colubiferum, gorgoneum caput. Angvicoma, Squamigera, Crinita, Medusea ora.
Gorgonea, anguitenens. Vide Gorgon.

Meleager.

Meleager & Meleagrus, Oenæi Calidoni regis filius, ex Althea coniuge.
Oenides Calydonius heros, Oeneius heros appellatus.

Memphis.

Memphis quæ olim vocabatur Aegypti metropolis clarissima, Sultani quoque regia nunc Cairum dicitur Latine, Alkara vulgo Nilotica Babilonia, fatidica, torrida.

Menelaus.

¶ Menelaus, filius fuit Atrei, frater Agmemnonis, maritus Helenæ rex Spartæ.
Atrides maior dictus Ouid. Qua prius infesto Paris est ereptus Atridæ.
Doricus hospes vocatur Sydonio.
Tantalides, ab auo Tantalo vt Agamemnon. vide Agamemnon.

Mercurius.

Mercurius, filius fuit Iouis & Maiæ fingitur Deorum nuncius ac interpres, ob hoc Hermes dictus,
Maia genitus, creatus, natus,
Maiugena, Cyllenides, Cyllenius.
Cyllenia proles, Virg. Materno veniens ab auo Cyllenia proles,
Volucer deus, aliger, penniger.
Caducifer, Pacifer, Alipes deus, Ioue natus. Deus ales Pleiones natus,
Pacifer deus, nepos Atlantis.
Ales Mænalius. Est quoque planetarum infimus & minimus, alio nomine Stilbon στίλβων, id est radians vel splendens.
Et quia nimis vicinus Soli fingitur perustus.

Messana.

¶ Messana, zancle quod falcis formam referat sic dicta, Nunc Messina vulgo dicitur, Siciliæ ciuitas vetustissima.

Metis.

Metis in Lotharingia alio nomine.
Diuodurum. Mediomatrices incolæ, qui & Metenses.

Midas.

Midas Phrygum rex ditissimus, cui Apollo asininas addidit aures.
Berecynthius heros.

Miletus.

Miletus vrbs Ioniæ Legeis. Pityusa. Anactoria authore Plin.

Minerua.

Minerua, sic dicta quod vim minetur ex Iouis seu patris cerebro nata, vt scribit Lucanus.
Lanificii & texturæ nec non artium & sapientiæ repertrix.
Dea quoque bellorum fingitur.
Martis soror & auriga truculenta, Belligera, ferox,

Minos.

Minos filius Iouis & Europæ, rex Cretensium, fingitur iudex inferorum post mortē. Propert. nō tamē immerito Minos sedet arbiter Orci
Agenoreus iudex, apud Stat.
Gortyneus herus, apud Virg.
Dictæus, Gnosiacus rex.
Cydoniacus arbiter, iudex toruus, funereus, rigidus, immitis, seuerus iustus.

Melosii

Molossi.

¶ Molossi Epirotici, Chaonii. Leucadii, vide Epirus Epirotæ.

Morpheus.

Morpheus somniorum deus.
Icelos. Panthasos. Phobetor. Somnifer. Fallax Simulans.

Montes Musis sacri.

Montes Musis sacri.
Helicon biceps, Parnassus bifidus.
Picrus nubifer, Cytheron virgineus, Pindus aereus.

Moschi.

Moschi. Moscouitæ, olim dicti Hamaxobitæ. Sarmatis vicini populi Vnde Luca, Sæuisque amnis Sarmata Moschis

Moses.

Moses dissyllabum, apud Hebræos Mosch, interposito y nonnunquam in carmine trisyl. Moyses, apud Sedul.
Hebraicus legislator, qui Genesin, mundi genituram conscripsit.
Inclytus Iudæorum dux.
Propheta sacer, eximius, deiloquus, fatidicus.

Musæ.

Musæ, μοῦσαι, quæ & Camænæ quasi canentes amœnè, Iouis & Memoriæ filiæ finguntur poëtis, quæ, quidem deæ poëtis & musicæ præsunt Et à diuersis locis, montibus, & fontibus quibus gaudere dicuntur vel habitasse, diuersa sortitæ sunt, nomina. At Helicone monte Bœotiæ Heliconides, a Parnasso Parnasides.
Mnemosynides Mnemosinea propago. Meonides. Phœbiades. Aganippides. Parnassides. Cephisides Camenæ.
Pieriæ & Pierides, Thespiades. Pegasides, Hippocrenides, Cytheriades, Aonides Castalides, Libethrydes, Pympliades seu Pympleæ.

Nomina & earum inuenta sunt hæc.

Clio.		Historias.
Euterpe.		Tibias.
Thalia		Comœdius
Melpomene		Tragedias.
Therpsicore	*Inuenit*	Psalterium.
Eratho		Geometriam.
Polyhymnia		Rhetoricam.
Vrania		Astrologiam.
Calliope.		Literas.

Mysii.

Mysii. Theutratæi, Theutranii.

N

Napeæ.

Napeæ deæ siue nymphæ virgultorũ
Orcades montium deæ seu nymphæ.
Naiades fontium & fluuiorum nymphæ siue deæ.

Nasamones.

¶ Nasamones penult, prod. Nasamonii. Nasamoniaci, Lybiæ populi.

Naxus.

Naxus insula in mari Ægæo, antea Strongyle dicta, & postea Dia fuit appellata. Catullus: Namque fluentisono prospectans littora Dia. Plinius Naxon a fertilitate vinearum Dionysiam dici scripsit, alii Siciliã minorem, alii Callipolin appellarunt: Virgilius. Bacchatamque iugis Naxon viridemque Donysan.

Neapolis.

Neapolis, ad mare sita, præclara Campaniæ vrbs a Cumanis condita.

Si

Siciliæ continentis iam ciuitas regia, dicta quoque Parthenope, quæ olim vocabatur Phalerō. Hinc dicti Neopolitani, & Parthenopæi.

Neptunus.

Neptunus filius Opis & Saturni, dictus Ennosigæus quasi conuutiens terram. Iuuen. Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

Aequoreus, tridentifer deus

Maris deus, rex, rector Glaucus, pater profundi. Parens aquarum, Hesio. Salsipotens. Ceruleus.

Arbiter pelagi. Pater ventorum Horat. Pelagi rector.

Rex vndarum pro mari ponitur Neptunus vt Cerulei campi & Cerula via à Pluto ponitur. Cic. in Arato, Neptunia prata secantes.

Nestor.

Nestor Nelei filius facundissimus, trecentos fertur vixisse annos.

Hinc dictus Neneius tetrasyl, & Nelide. Ter æuo functus. Horat.

Trisæclis apud Gellium. Pilius senex Grandæuus.

Nicia.

Nicia & Nicæa, Asiæ ac Bithiniæ metropolis celebris synodo. 318. Episcoporum iubente Constantino coacta, prius dicta Antigonia. & Ancore ἀγκώρη, teste Ste.

Nilus.

¶ Nilus, Meloprius, & à quibusdam Gæon seu Gion dicitur , septem habens ostia.

Niniue.

Niniue med. correp. Vrbs assyriorum quæ & Ninos dicitur à Nino rege, vt scribit August. ab Assur ædificata.

Noe.

Noe, Hebraice, Nohe, *Vitisator*, Noeus.

Normania.

¶ Normania, Neustria, Galliæ regio, hinc Normani. Neustrici.

Nymphæ.

Nymphæ Aquarum , Marinæ deæ Aequoreæ, fluctigenæ, Oceanitides.

Cerulæ Ceruleæ.

Glaucæ, Nereiæ, quatuor sylla.

Nereia turba. Sil. Nerinæ Detides.

O

Oceanitides.

Oceanitides Mant. Nereides, vide montium, syluarum, fontium, deæ.

Occidentales.

Occidentales. Occidui. Ouid.

Vesper & Occiduum quæ littora Sole tepescunt. Tartessij à Tartesso vrbe. Gadibus propinqua.

Ouid li. 14. presserat Occiduus.

Tartessia littora Phœbus.

Tartessiaci. lib. 6. Iam Tartessiaco quos soluerat æquore Titan.

Hesperii.

Oeno.

Oenoe Nympha Phrygiæ, quæ Paridem adamauit. Pegasis etiam dicta.

Opiuchus.

Opiuchus cæleste sydus est. Anguitenens. Serpentarius. Hedorum sydus.

Orestes.

Orestes filius fuit Agamemnonis ex Clytemnestra quam occidit.

Dictus Agamemnonides, Agamennonis, & Agamemnone natus.

Sceleratus, matricida, demēs, furiosus Virg. Et scelerum furiis agitatus Orestes.

Orientales.

Ori-

Orientales, Eoi, Auroræ populi.
Memnonii à Memnone Auroræ filio.
Nabathæi à Nabathæa regione orientali, Ouid. lib. 1. Meta. Eurus ad auroram, Nabathæaque regna recessit.

Orion.

Orion ὠρίων quasi Vrion sydus cœleste luguſle ſeu Iugla.
Tempeſtuoſum ſignum, terras turbans & maria tempeſtatibus, ſi obſcurum ſit, ſerenitatem denotans ſi fulgeat.
Nimbifer fingitur poetis nymboſus, aquoſus. Neptunus, & nautis infeſtus Orion. Horat.
¶ Oriens, Occidens, quære inter Synonymia priora, *East and west.*

Ouidius.

Ouidius, Naſo.
Poëta Sulmonenſis.
Iuuenis pelignus. De ſeipſo ſcribit Ouid. Pelignæ gentis gloria dicar ego.

P

Padua.

Padua. Patauium.

Padus.

¶ Padus Eridanus, Phaetontius amnis a Phaetonte ibidem ſubmerſo: Syllius lib. 7. Nunquam Phaetontius amnis Sanguinea Pontum curuaſſet decolor vnda. Vide Eridanus.

Paduſa.

Paduſa med. prod. Meſſanicus.
Bodincus. Vide cauſam horum nominum apud Plin. lib. 3. cap. 121.

Palamades.

Palamades, Nauplii regis Euboeæ filius vnde Naupliades & Naupleia proles dictus. Is Vlyſſis fraude a Græcis interfectus eſt.

Palemon.

Palemon, Melicerta, Portunus.

Pallas.

Pallas belli dea dicta, quod Pallentē gygantem interfecerit, cum prius Tritonia vocaretur, Iouis, ſine matre filia, nam Iupiter videns Iunonem ſterilem eſſe, percuſſo capite emiſit Palladem.
Eius Epitheta ſunt, Armipotens, Bellipotens, Armifera, Bellicoſa, Armiſona, Bellica, Belligera, Bellatrix.

Pan.

Pan paſtorum deus vocatus eſt, & Demo Gorgonis filius creditur fuiſſe, qui fiſtulam compoſuit ſeptem imparibus calamis ſimul cōiunctis propter harmoniam cœli.
Semicaper deus, Arcadicus deus.

Pannonia.

Pannonia ſuperior, Auſtriam archiducatum & Stiriam complectitur.
Pannonia inferior, Pannonis nunc Hungaria Græcis παιονία.

Panope.

Panope ſiue Panopeia nympha marina, Nerei, & Doritis filia, ſic dicta a perſpicuitate viſus, Innoo, oos, Bacchi nutrix, Tithonis coniux.

Papia.

Papia. Ticinum.

Paradiſus.

Paradiſus. παράδεισος.
Hortus voluptatis.
Eliſium, & campi Eliſii, ſecundum poetam.
Locus diuinæ amœnitatis.

Beato-

Beatorum, piorum sedes ac locus, Cic Eden & Pardis Hebraicè, vnde quidã paradisum deduci putant. Nam Eden delitiæ vel voluptas interpretatur, pro quo Symmachus trãstulit Paradisum florentem, Aquila, hortum.

Parcæ.

Parcæ, μοῖραι, à parcendo per Antiphrasin dictæ, quod nemini parcãt Deæ fatales, fatidicæ, Faticinæ sorores. Deæ faticanæ, Deæ triplices fati. Fata esse easdem existimant. finguntur autem vitæ hominũ præesse, & nendo eam ducere, quapropter Lanificæ sorores vocantur. Mar, Si mihi Lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos.

Nigræ, Stygiæ, immites, seueræ, inuidæ, tristes sorores, rapaces, feræ, impiæ. Parcæ.

Parcarum nomina, Clotho, Lachesis Atropos.

Paris.

Paris alio nomine Alexãder Priami ex Hecuba filius, In Ida monte à pastoribus educatus, & postea in Græciam missus, a Menelao Helenam rapuit, vnde Helenæ raptor, pastor & Adulter Idæus est dictus.

Parthi.

Parthi. Parthii, Parthiæi.

παρθοι, παρθιοι, παρθιαῖοι populi cuiusdam regionis Assyriæ.

Patroclus.

Patroclus Mæneti & Stheneles filius cum Achille educatus & cum eo ad expeditionem Troianam profectus, & Achillis armis indutus cum Hectore pugnans ab eodem confossus occubuit. Actorides Menetiades & Menetia proles dictus.

Paulus.

Paulus, teste D. Hiero. mirabilem sonat, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Si Græca vox, quietem sonat, á verbo παύομαι, sin Romana pusillum significat.

Doctor Tharsensis, quod ex Tharso Ciliciæ oriundus.

Apostolus, seu doctor gentium.

Summus vitæ mortalium magister.

Organum electum. Vas electionis sacræ. Veritatis præco,

Sapiens fidei architectus,

Saulus dictus ante conuersionem,

Religionis veræ ac pietatis architectus.

Peloponnesus.

Peloponnesus, quasi Pelopis insula est. Achaiæ regio, Apia prius appellata, Arx Helladis, ac Argos, nunc vero Morea.

Penepole.

Penelope, πηνελόπη, Vlyssis vxor & Icari filia, hinc dicta Icaris, idos Ouid, & velut Icaridos famulæ periere procique, & Icariotis, apud Propert. incorruptæ castitatis ac pudicitiæ.

Arnea prius vocabatur.

Pentheus.

Pentheus, trisyl. fuit filius Echionis regis Thebarum, ob contemptum sacrorũ Bacchi à matre interfectus Echionides à patre denominatus Ouid. Spernit Echionides. & alibi, Contemptor superum pentheus Echione natus. Aganeia proles.

Perseus.

Perseus dissyl. in nominatiuo, fingitus conuersi in auri guttam, Iouenus, Natus ex Danae filia Acrisii regis Argiuorum: Hinc dictus Danaes natus. Abannades,

Danaeia propago, Mant.
Danaeius heros. Ouid.
Stenobius, Abantius heros, Sid.
Inachides, & Inachius, Claud.
Inachius rubro perhibetur æquore Perseus Neptuni.
Acrisioniades dictus ab auo Acrisio Argiuorum rege. Ouid. & Medusæ victor.

Persia.

Persia. Persis, idos. περσις, & Persida, æ.
Persidis ora, regio orientalis Medis contermina, cuius primus rex Cyrus. Man. Persidis ora diuitibus gemmis fuluoque superbiat auro.

Persæ.

Persæ, persici, dicuntur Gazetici: nam gaza persarum est opulentia. Sid. Viua mihi non sunt Gazetica Chia Falerna.
Persæ etiam dicuntur Achæmenei & Achæmenidæ ab Achæmene rege Persarum ditissimo.
Arsacidæ quoque dicti, ab Arsace primo Persarum rege. Luca. lib. 1. Illa plus vobis acie quam creditis actum est Arsacidæ.
Mantuanus. Pellea iuuentus Arsacidas expugnat adhuc.

Pestum.

Pestum Lucaniæ oppidum aliter dictum possidonia, author Plin.

Petrus.

Petrus, primus seu princeps Apostolorum, Chori duodeni primas. Cephas Chaldaicè siue Syriacè vt D. vult Hie. à Cepha id est. Petra vel saxum qui prius vocabatur Bariona id est filius Ionæ siue colūbæ ac Simon.

Clauiger ætherius, cælestis, senex. Sabel. Clauigerum senem.
Hamiger id est piscator. Porrigit, hamigeri de fore pensa senis.

Phasianæ.

Phasianæ, Phasidis aues à Phasi fluuio Cholchorum.
Phasiaci alites.
Phasiæ, Scythiæ volucres, apud Iuue & Sta. A Scythico massas Phaside captat aues.

Phaeton.

Phaeton Solis & Clymenes fingitur filius Ouid. Sole satus Phaeton.
Puer seu filius Clymenes, Bap. Non secus ac Clymenes erret in axe puer. Clymeneia proles, Ouid.
Deuius, infœlix, audax, temerarius.

Phaetontiades.

Phaetontiades, sorores Phaetontis quas versas in populos seu alnos ferunt, Flebant populeæ iuuenem Phaetonta sorores.
Clymeneides dictæ & Heliades. Ouid. Sic fleuit Clymene, sic & Clymenides altæ.

Phædra.

Phædra regis Minois filia ex Pasiphae coniuge, vnde Pasipheia & Hasiphes filia dicta est.

Philocretes.

Philocretes Pentis filius & comes Herculis, quam obrem Pentiades. Pæantelatus & Alcidæ comes est dictus.

Philosophi.

Philosophi prius dicebantur Sophistæ. Cæterum deinde pro locorum doctri.

doctrinarumque qualitate diuersa sortiti sunt nomina.

Græcis Philosophi, id est sapientiæ amatores dicti, & σοφοὶ, id est sapientes, Inter quos rursum sectæ fuerunt diuersæ, diuersorumque nomenclaturis hominum distinctæ, vtpote Stoici à porticu, cuius sectæ author Zeno philosophus, Cratis auditor, vnde prius dicti Zenonii.

Cynici, ab Antisthene seu Diogene.

Peripatetici, ab Aristotele deambulatore.

Academici, qui etiam sunt

Platonici, vtpote Platonem sequentes.

Socratici, à Socrate denominati.

Pythagoristæ qui Pythagorei & Pythagorici, à Pythagora dicti.

Cyrenaici, ab Aristippo Cyræneo, qui & Epicurei ab Epicuro qui voluptatem statuit summum bonum.

Pyrrhonii quos Græci σκεπτικοὺς, id est, consideratores: ἀπορρητικοὺς, id est, ambigentes vocant à Pyrrhone nomen habent.

Nudipedes, ἀνυπόδες.

Eretriaci à Menedemo inter Socraticos Phedri discipulo.

Apud Persas olim magi nomen erat honestum, idem quod sapiens, vel Philosophus.

apud Gallos Druidæ vel Driiadæ Syluam inhabitantes in æstimatione erant.

βραχμᾶνες.

Brachmanes & Samanei, apud Indos ac Gymno sophistæ.

Apud Aegyptios Prophetæ, sacerdotes. Latinis sapientes.

Assyriis Chaldæi dicti sunt à regione, Hebraicè autem metasephim appellantur sapientes omnes orientales, quorum métio Danielis primo ac secundo. Cicero testatur Pythagoram primum modestiæ gratia non sophum, sed philosophum voluisse appellari.

Phocai.

Phocei, phocenses, Phocaici. Cirthæi, Castalii

Phœnix.

Phœnix vnica auis in Arabia, Soli sacer, vnde dictus Titanius & Soligena Bapt. Malo ego Soligenæ Phœnicis fata subire.

Alumnus Phœbi.

Auis solis.

Gangericus, Assyrius volucris.

Titanius ales Clau. Hæc fortunatus nimium Titanius ales Regna colit. Vnicus, longæuus, viuax, nobilis.

Pictones.

¶ Pictones. pictauenses, pictaui. Galliæ populi.

Pirythous.

Pirythous, vel perythous περίθοος filius Ixionis, Borbonius. perithoum est Theseus, Pylademque secutus Orestes. Inter eos tantus feruor amoris erat.

Dictus patronymico nomine ixionides. Ouid. Hæc Ixionides illa.

Threzenius heros.

Ixione natus.

Pittacus.

Pittacus media corr. Philosophus, Lesbius. Sophistes Lesbius. Lesbo satus, Sido. Noscere quod tempus Lesbo sate Pittace suades. Alii Mityienæum fuisse scribunt.

Planeta.

Planetæ. πλανῆται.

Errones. Errantia sydera,

Erroneæ, Erraticæ stellæ,

Plato.

Plato Aristonis filius, πλάτων. Philosophus

Iosophus à latitudine humerorum sic dictus, Horo. Pythagoran Amytique reum doctumque Platona. Antea ex aui paterni nomine Aristocles vocabatur, Athenis natus, vnde dictus Cecropius Mant. Cecropii interdum dulces inuisere chartas. Adeò in omni disciplinarum genere & prætertim in philosophia excelluit, vt diuinus Plato, & Philosophorum Homerus vocatus sit.

Plautus.

Plautus, Farcinas natione, poeta Comicus, ab initio appellatus Plotus, teste Festo, à pedum planicie quos Plotos Vmbri vocant. Disertus, Iocosus, antiquus, Antiquum verbis Plautum renouare facetis.

Pleiades.

Pleiades πληιάδες, signum stellarum septem ante genua Tauri ἀπὸ τῦ πλέειν, id est pluere, latinè Virgiliæ dicuntur, quod vere exoriantur, Aliquando est tetrasyl. Propertius. Non sic Pleiades faciunt nec aquosus Orion, aliquando abiicitur e, vt primam corripiat, Sta. Pliademque niuosam,

Athlantææ dictæ Ouid. & Athlantides, filiæ Athlantis. Imbriferæ. Pluuiæ, tristes, nubilæ.

Pluto.

Pluto πλούτων. Saturni fertur filius: Iouis, ac Neptuni frater. Hinc dictus Saturnius. Ouid. Haud vltra tenuit Saturnius iram. Vmbrarum rex. Dux Erebi. Tenebrarum præses. Dis, ditis, Tartareus, Orcus, *Stygius*, Lethæus,

Auernalis rex, tyrannus. Vocatus quoque Veiouis, *Martial*. Generque Cereris, Iuuena. Ad generum Cereris sine cæde & vulnere cuncti Descendunt reges, & sicca morte tyranni. Tortor vmbrarum immanis, Adamantinus, seuerus. Ater, Funestus Tenebrosus.

Poeta.

Poeta. ποιητής, Vates.

Diuinus, Fatidicus.

Elegantia fingens, scribens, componens carmina.

Liquore Pægasæo saturatus.

Diuinorum oraculorum interpres.

Interpres Apollinis, Deorum.

Qui in bicipiti Parnasso somniauit, Persius.

Aonios colens recessus.

Castalio fonte potatus.

Castalia natus dea.

Sacra redimitus tempora lauro.

Cuius ambrosia frons nectare fusa est, atque Helicone sacra lauerit amne comam.

Arida cuius Clitorio sitis amne leuatur. Natura ipsa instructus ad poeticam facultatem.

Aoniæ gloria summa chelys.

Diuino correptus furore.

Diuino numinis afflatu concitatus.

Interpres diuinæ mentis.

Cui frontes pandit Cyrrha suos, & ampliore vena Piari fluunt liquores.

In cuius pectus Maronis anima demigrasse creditur.

Qui frontem habet hædera virentem sequaci.

Darphnei de fronde vel myrto cinctum habens caput.

Cuius Parnassia lambit tempora Daphne

Eloquio vincens Ciceronem, carmine Homerum, Musarum alumnus.

Musarum aues, Theocrito dicuntur Poëtæ, quod assidue sua modulentur carmina.

Pollux.

❧ Pollux. vide Castor.

Polymnestor.

Polymnestor, & m litera elisa in carmine Polynestor, rex fuit Thracũ. Propert. Et scelus accepto Thracis Polynestoris auro.

Ismarius rex vocatur Ouid, & Odrysius, id est Thracius.

Polynices.

Polynices, filius Oedipi Thebanorum regis hinc Oedipodionides vocatur Statio lib. 1. Theb. Oedipodionides furtim deserta pererrat.

Ismenius & Cadmeius heros.

Echinnius iuuenis.

Polyphemus.

Polyphemus ingenti corpore Neptuni filius, vnus ex Cyclopibus vnoculus ab Vlysse excæcatus, vt fertur. Ennæus dictus ab Enna Siciliæ vrbe.

Etnæus quoque ab Etna monte, in quo Cyclopes reclusi.

Neptuneus, incola rupis, Terribilis trux, ferus, cæcus, Siculus.

Polyxena.

Polyxena pen. cor. Priami & Hecubæ filia fuit formosissima. Catul. Alta Polyxenia madefient cæde sepulchra.

Virgo Priameia Virg. vocatur lib. 3. Æneid. O fœlix vna ante alias Priameia virgo.

Portogallia.

Portogallia. Lusitania.

Portunus.

Portunus deus portuum. Palemon Athamantiades. Melicerta.

Priamus.

Priamus filius Laomedontis, pulcherrimus, Homero teste.

Laomedontiades dictus, Virg. Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.

Senex Dardanius vocatur. Ouid. Dardanii lachrymas non tulit ille.

Priapus.

Priapus med. prod. filius Liberi patris ac Veneris fingitur hortorum deus.

Lampsacides, & Lampsacenus dictus quod in Lampsaco Hellesponti vrbe coleretur. Virg. in Geor. Hellespontiaci seruet Tutela Priapi. Verpus quoque dictus ab iuuersa pelle, Salax, rigidus procerus, ruber.

Hellespontiacus deus.

Prometheus.

Prometheus προμηθεύς penu. prod. à prouidentia sic dictus, Iapeti filius, vnus ex Titanibus ignem è cœlo fingitur surripuisse callide.

Iapetonides dictus: Cod. Iapetionides hoc vulnere turbidus.

Iapeto satus. Ouid.

Propertius.

Propertius ex Meuania Vmbriæ oppido oriundus. Elegiographus quod Callimachum in suis operibus secutus, Callimachus Romanus vocatus est, Quinti, Romani que aderit pagina Callimachi.

Blandus, Lasciuus, facundus.

Proserpina.

Proserpina, dicta à Proserpendo Persephone Græcis, Iouis ex Cerere filia, quam Pluto in vxorem rapuit in Sicilia. Persei filia.

Erebi regina, Plutonia coniux.

Tartarea, Phlegetôtæa, Persephones
Dea triformis, Triceps.
Stygia dea. Nigri Iouis Inuida coniux, apud Pon. Regina Erebi.
Proserpina teste August. eademque Luna. Libera, Diana, Lucina. Trinia, Hecate & Noctiluca.

Proteus.

Proteus Oceani & Thetidos filius, Deus & vates marinus,
Vertumnus Latinis dicitur.
Carpatheus vates (quod aliquādo in Carpatho insula regnauit) dictus Virg. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus.
Mutans vultus: Horat. Quo teneam vultus mutantem protea nodo.
Æquoreus, sceleratus, ambiguus, mirabilis.

Protesilaus.

Protesilaus, vnus ex Græciæ principibus, Latinis sonat primus mortuus Auso. Protesilae tibi nomē sic fata dederunt. Victima quod Troiæ prima futurus eras Phylaceius heros. Iphiciades, Iphicenatus. Phylacides dictus à Phylace Thessaliæ oppido. Ouid. Tristis Phylacide Thersites funera vidit.
Hæmonius vir apud eundem.

Prussia.

¶ Prussia. Prutenia. Borussia olim.
¶ Bruteni. Bructeri. Borussia, qui olim Cothones dicebantur.

Ptolomeus.

Ptolomeus Lagus Aegypti & Aphricæ, nec non Arabiæ pro magna parte rex post Alexandrum Macedonem.
Tyrannus Niliacus, & Pharius à Pharo insula Aegypti Luca. Phario satis esse tyranno Quod poterat, Ab hoc deinceps Aegyptii reges Ptolomæi sunt appellati, vt Romanorum Augusti, Persarum Arsacidæ Atheniensium Cecropidæ.

Puteolani.

¶ Puteolani, Dicarcæi à iustitiæ administratione: lib. 8. Prole Dicarchæa multo cum milite Graia.

Pylades.

Pylades, filius Stopæii phocensis.
Phocæus iuuenis dicitur Ouid.
Adfuit insano iuuenis phocæus Oresti.
Stophæo natus, fidus, Hæmonius.

Pyracmon.

Pyracmon vnus Cyclopum Vulcani minister, ab igne & incude quæ ἄκμων Græcis dicuntur nomen habens. Virg. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro Brōtes ac Steropes & nudus membra Pyracmon.
monides, Ouid dicitur Durus ferrugineus, flammeus, semper olens, oculis & nare igneus, nudusque membra pyracmon.

Pyrrha.

Pyrrha vxor Deucalionis & Epimethei filia. hinc dicta Epimethis Ouid. Inde Prometides placidis Epimethida dictis Mulcet. Titanis quoque dicta, Ouid.

Pyrrhus.

Pyrrhus Latinè flauus siue rufus, fuit Achillis filius.
Achilles hinc dictus, Ouid. Pyrrhus Achillides animosus imagine patris & Achilleius heros.
Aeacides pyrrhus Maur.
Scyrius iuuenis, apud Sene.

Pelasgus, Graius ferox.
Neopolemus antea dictus, authore Seruio.

Pythagoras.

Pythagoras philosophus Samius filius Demarathi locupletissimi negotiatoris.
Panthoides ab Ouid, dictus Celeber Samiæ telluris alumnus, diuinus, doctissimus.

Q

Quintilis.

Quintilis mensis, ideo dictus est quod ordine sit quintus a Martio qui apud Romanos sicuti apud Hebraeos Egiptios & alias nationes, primus anni mensis erat, sed postea In honorem Iulii Cæsaris Dictat. Iulius ἰουλ@. appellatus est, feruidus, æstiter μεταγνησιὼν Græcis quoque dictus.

R

Remus.

Remus frater Romuli a quo interfectus, fratres autem Martigenæ dicti, Ouid, in quo Martigenæ non sunt sine criminenati & Iliade Ouid Iliadæ fratres iura petita dabant.

Radamanthus

Radamanthus Iouis ex Europa filius & rex Lyciæ & vnus iudicum inferorum cum Minoe & Eaco.
Agenorides dictus Mant Qualis Agenorides Lycia Radamanthus in ora Iuridicus inexorabilis. Vide Minos.

Rhagusium

Rhagusium dalmatiæ ciuitas prius dicta Epidaurus.

Rhamnusia.

Rhamnusia dea fortunæ Nemesis dea cæca Rhamnusis. idos Cic, Sors Norsia dea Dea instibilis bifrons inconstans, Lubrica fallax.

Rhenus

Rhenus & Rhenum nobilis fluuius ex Alpibus oriens hinc dictus Appenninigena Mant. Appæninigenæ prope saxea flumina Rheni Belgas a Germanis diuidit duobus ostiis in oceanum septentrionalem influens. Virg extremique hominum Morini Rhenusque Bicornis Hora Aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus Teutonis amnis gelidus glacialis tumidus. saxosus, Bifidus.

Rhesus.

Rhesus filius Strymonis Thraciæ rex bellicosus.
Odrysius dux Ouid Exigit Odrysii facta cruenta ducis Thrax, Threicius cythonius.

Rhodus.

Rhodus ciuitas & insula inter Asiaticas tertia, quod Lesbus & Cyprus sunt maiores.
Ophiusa ὀφιοῦσσα per duplex s ante vocabatur & Æthræa deinde Stadia, Postea Telchin Insula Solis Carthe, aurificis quondam dicta est insula solis, hinc dicta Phæbeia & phæbæa Ouid, Phæbæamque Rhodon & Ialysios Thelchinas.
Nunquam enim cælum tam nubilum est, teste Soli, vt in sole Rhodus non sit.

Rhutheni

¶Rhutheni Russi Russiani olim & Rhuthones.

¶Russia, Rhuthenia.

Roma.

Roma vrbs proprie, per Antonomasiam Regina vrbium.
Romulea vrbs. Valentia prius vocata a robore, quòd Græcis ῥώμη.
Vrbs Quirinalis, Martigena, bellicosa superba, Latialis, potens, Martia.
Auso. Martia Roma triplex equitatu, plebe, senatu.
Cœli vicaria, Mant. Quo Italia exultat, cœlique vicaria Roma.
Roma septicollis quoq; dicta à septé Collibus. Vrbs æterna dicitur Suet Vrbis ab æternæ. Vrbs togata a Prudentio.

Romani.

Romani Romulei
Romuli Romulidæ.
Æneadæ ab Ænea.
Iulæi ab Iulo; Lucã. lib. 1. Phrygiique penates Gentis Iuleæ.
Datiales, Romulares. Turba Quirini,
Quirites. Romuli gens antiqua, Catul.
Gens Romulea, togata.
Troiugenæ, apud Liuium quod ex reliquiis. Troiæ.
Dardanii. Rerum domini. Virg.
Romànos rerum dominos gentemq; togatam.
Celeres Troßuli. Flexamines.

Romulus.

Romulus ῥώμυλος, Martis & Iliæ filius. Romanæ conditor vrbis frater Rhemi, primusque Romanorum rex. Dictus autem est Quirinus a Quiri hasta qua assidue vtebatur vel quod Cures vicerit, Sil Armiferi sacra Quirini.
Martigena id est, Marte natus, Mauortius, Ausonius, Romanus, potens

S

Saba.

Saba ciuitas regia Æthiopiæ, quam Cambyses Meroen denominauit, hanc Nilus circumdans inexpugnabilem reddebat. & quia thus mittit Thurifera appellata, item Panthæa, panthaica & Sabea tellus. Incolæ, Sabei, Thurifera gens dicuntur.

Sabini.

Sàbini, qui Sabelli Sabellici, Sannitesque antiquißimi sunt Italiæ populi indigenæ atque Aborigenes.

Sagittarius.

Sagittarius, signum cœleste Chiron Philyrides Arcitenens, Saturnigena, Doctor Achillis.
Phillyrius heros sagittifer, semiuir.
Virg. semiuir arcipotens subit & Capricornus aquolus.

Salamin.

Salamin siue Salamis σαλαμίς & Salamina, insula in Euboico mari contra Athenas sita, in qua vrbs eiusdem est nominis.
Hinc Salaminii & Salaminiaci.
Salamicis fons in Caria iuxta Halycarnasum, dictus Venereus.

Salomon.

Salomon Hebraica dictio per a in prima scribitur, & interpretatur pacificus, Dauidis ex Bersabee filius.
Rex Solymus seu Hierusalem, Mant. Qualis erat festis gradiens ad templa diebus, Spendidus & Salomo spectabilis auro. Polit. Mentis opumque potens Salomon Sapientissimus habitus.

Salmoneus.

Salmoneus σαλμωνεύς. filius cuiusdam Aeoli regis ventorum atque Elidis rex in qua scilicet regnauit Virg. Videt crudeles dantem Salmonea pænas. Dum flammas Iouis, & tonitru imitatur olympi. Aeolides, filius Aeoli, Mant. Curruque volanti, Aeolidem aggressum tonitru.

Samos

Samos insula in mari Icario, dicta Iunonia. i. sacra Iunoni Ouid.
Et iam Iunonia læua parte Samos fuerat, ac Threicia, Virg.
Threiciamque Samon, quæ nunc Somothracia fertur.
Parthemia prius nominata, vt scribit Varro, fœcunda, illustris, pulchra, vetus.

Samothracia.

Samothracia vt aliqui scribunt prope Thraciam cum vrbe eiusdem nominis insula est.
Dardania prius dicta & Leucosia
Gentile Samothrax & Samothracios.

Sara.

Sara Abrahami patriarchæ vxor, a domino Sarai vocata, Isaac mater Isacipara. Mant. Gentilis Isaciparæ quæ vsurpat nomine Sarræ.

Sardinia.

Sardinia insula in mari Ligustico a Sardo Herculis filio sic dicta, cum prius Sandaliotes ab effigie soleæ appellaretur, & Ichnusa a similitudine vestigii Syl. lib. 17. Inde Ichnusa pius Graiis memorata colonis. Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis, ex sese mutauit nomina terræ

Hinc Sardi, Sardoi Sardonii, Sardonienses. Et a præcipua ciuitate quod Iole a priscis vocabatur Iolenses.

Sarmatæ

Sarmatæ vel Sauromatæ Scythiæ populi, vagi plerumque domicilia mutantes, plaustris pro domibus vtentes pascuntur que lacte equino vnde eos ἱππομολγοὺς equorum mulsores, & γαλακτοφάγους, lacte vescentes vocant.
Hamaxobitæ Pomponio Hamaxobii Ptolomæo dicuntur, nunc vulgo Poloni, Tartari, Lituani, prussi, Vide Moschi.

Saturnus.

Saturnus κρόνος filius fuit Cœli & Vestæ.
Leucadius falcifer & falcitenens deus Pont. Miratus & ipse Falcitenens deus.
Falciger falcatus Pomp. falce Potens senex Saturnus, Tristis, profugus senex, Stereculeus a Romanis dictus propter inuentum stercorandorum agrorum.

Scorpio.

¶ Scorpio & Scorpius, σκόρπιος, Nepa, Nepes.
Octopens, Oui. ὀκτώπους Venenifer. ardens, dirus, mortifer.
Mant. vel acuto mortifer vngue Scorpius.
Est quoque signum cœleste.

Scylla,

Scylla Phorci fingitur filia, saxum est reddens mare Siculum importuosum, plerumque periculis.
Nereia vulgo dicitur. Ouid, Illam nam auidis canibus Nereia virgo.

Phorcis vocatur Fausto, ipsaque Circæa versa est medicamine, Phorcis Immanis, vorax, rapax, impia. latrans, Mant. Nunc vada latrantis Scyllæ nunc ora Charybdis.

Scythia.

¶ Scythia Europæa, σκυθία Septentrionalis regio, à Schyta Herculis filio (vt inquit Hieronymus) ita dicta.

Mæotis ora vocatur à Meotide palude.

Scythæ.

Scythæ, Scythici, Septentrionales populi.

Nomæi prius dicti & Magogæ, teste Iosepho à Magog filio Iaphet. Arimaspi. Agathirsi Geloni

Riphæi à Riphæis Scythiæ montibus. Virg. lib. 2. Geor. Gens effrena virum, Riphæo tunditur Euro.

Mæotii & Mæotici, à Meotide palude. Hyperborei.

Tanaitici à Tanai fluuio Sidon.

Telluris Tanaicum rebellem.

Bosphorani à Bosphoro Thracio Sidoni. Plaudentes stupuere Bosphorani.

Boristhenidæ, ab eiusdem regionis fluuio Boristhene longè vberrimo.

Semele.

Semele Cadmi filia materque fingitur Bacchi.

Cadmæis dicta Ouid. Talibus ignaram Iuno Cadmæida dictis formarat.

Formosa, Euchia, Thebana miserabilis.

Semiramis.

Semiramis, Assyriorum regina formosa Ouid. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse dicitur: Regina Babylonia vocatur.

Sicilia.

Sicilia, Sicania, Sicula tellus, Trinacria, Trinacris, Triquetra. Triquetris vocatur, Ouid. libro 5. Metam. Vesta Gigantæis iniecta est insula membris Trinacris. Stat. lib. 2. ser. Quid militibus promissa Triquetra. Lucretius. lib. 1. Insula quam Triquetris terrarum gessit in oris. Sicelis ora quoque dicitur.

Siculi.

Siculi, Sicani, Sicanii, Lilybæi à Lilybæo promontorio. Virgilius lib. 3. Aeneid. Et vada dura ego saxi Lilybæi cæcis.

Ennæi ab Enna vrbe.

Liparæi & Liparenses à Lypara insula. Sidon. Strauit sub Liparensibus caminis.

Taurominitani à Tauromínio monte Siciliæ. Nesciades.

Arethusii, & Arethusæi, ab Arethusa fonte Siciliæ, Sillius lib. 14. Erigitur subitas in spes Arethusia proles Claud. lib. 2. de raptu. Quas Arethusæi latices, quas aduena nutrit Alpheus.

Agathoclæi ab Agathocle rege Siciliæ, Sil. lib. 14. Hic Agathoclæis sedes ornata tropæis.

Dicuntur etiam ab insulis vicinis Siciliæ, Aeolii, Depranitani à Deprano promontorio Siciliæ Sido Agonem Depranitanum.

Sina.

¶ Sina Arabiæ mons qui Oreb quoque dicitur in quo moses legem accepit.

Sirenes.

Sirenes à Poëtis finguntur filiæ Acheloi & Calliopes Musæ in Siculo mari habitantes. Ouid. Monstra maris Sirenes erant, quę voce canora. Quaslibet admissas detinuere rates.

Acheloides & Acheloaides dictæ Ouid. Acheloiadumque reliquit Sirenum scopulos. Tyrrhenæ, Acheloiæ volucres.

Siculæ, subdolæ, dulces, blandæ, vagulæ virgines, volucres.

Sisyphus.

Sisyphus pen cor. σίσυφος, filius fuit Aeoli, Latro in Isthmo, qui hospites magno saxo opprimebat, & tandem à Theseo occisus grande saxum supra montem portare & deuoluere cogebatur apud inferos Ouid. Aut petit aut vrget rediturum Sisyphe saxum.

Aeolides dictus & Aeolius senex defessus, inquietus, infœlix. Hortator scelerum.

Sol.

Sol ἥλιος. Hebræis Schemsh dicitur, Assyriis Adad, Persis Mitra μίθρα.

Phœbus, φοῖβος.

Phœbeius orbis, ignicomus, calidus, radiatus.

Titan, auus solis, vnde sol quoque dicitur.

Apollo quasi mala pellens. Pean ἀπὸ τοῦ παίειν

Liber prima prod.

Ianus, Diespiter, quasi diei pater Horat. Matutine pater, seu sane libentius audis.

Horus. Phanes, Pont. Hunc nitidum Phaneta vocant, quod surgat Eoo. Oculus mundi, Capel. Mundanusque oculus fulgor, splendentis Olympi.

Strophades.

¶ Strophades, insulæ duæ in Ionio mari, ab aliis Plotæ dictæ.

Symplegades.

Symplegades συμπληγάδες. antepenulti. prod. insulæ duæ in Bosphoro, Cyaneæ ab aliis dictæ Sabaudia, vide supra Allobruges.

Syracusani.

Syracusani & Syracusii, & Arethusidæ ab Arethusa fonte Pachino. Syracusisque præclarissimæ Siciliæ Vrbi vicino sic dicti. Ouid. vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis. Claudius.

Syria.

Syria Asiæ regio nobilissima continens in se Phœniciam, Mesopotamiam, palestinam in qua Iudæa, & Babylonia, quæ & Assyria dicitur.

¶ Hinc Syri σύροι, Syrii Syriaci, Iudæi, Phœnices.

Palestini, a Philistim sic dicti Orontæi, ab Oronte fluuio Phœniciæ.

Syrtes.

Syrtes duo sunt loca siue sinus periculosissimi in extrema Aphrica, quæ efficit inaccessas mare reciprocum ac vadosum.

Paretoniæ a Paretonio vrbe Aegypti dicti. Lepticanæ quoque à Lepti vrbe Africæ Luca. Vsque Paretonias Eoa ad littora syrtes.

Afræ, Lybicæ, vadosæ, arenosæ, barbaræ naufragæ, æstuosæ, procellosæ.

T

Tantalus.

Tantalus Iouis filius, Phrygiæque rex.
Pelopis infidus pater. Horat.
Garrulus. Phrygius senex Senec.
Vocatus. Sitibundus, siccus, preditor.

Tartari.

Tartari, Nomades prius dicti.

Tartessus, Cartaia, vide *Carteia.*

Temsa.

Temsa, Temese, τεμέση.
Brutiorum oppidum.

Tereus.

Tereus τηρεὺς dissyllaba, rex Thracum, Martis ex Bistonide nympha filius.
Bistonius rex. Virg. dictus.
Odrisius rex Ouidio.
Thracius, Threicius Ismarius Tyrannus, Ouid. Quid scelus Ismarii quereris Philomela tyranni. Impius, Incestus, infidus, immitis, iniquus, Stat. Vt iniquum Terea clamant.

Teucer.

Teucer filius Telamonis regis Salaminis ex Hesiona Laomedontis filia.
Laomedontiades hinc dictus. Mantu.
Laomedontiadem Teucrum genitoris ob iram è patria pulsum.
Salaminius quoque dictus.

Thales.

Thales vnus ex septem Græciæ sapientibus.
Milesius, Mileto genitus, Sido. Thales Mileto genitus vadimonia damnat.

Thebe.

Thebe, bes Theba, bæ, & Thebarum, ciuitas in Ægypto, à Busiride rege Aegypti condita, Græcis Heliopolis, Solis ciuitas vocatur, centū & quadraginta stadiorum, quæ centum habuit portas. Iuue. Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis Venustæ, nobiles, inclytæ, claræ centifores hecatōpolis
¶ Hinc Thebais, idos Θηϐαΐς & Thebaida, dæ. ab accusatiuo Græco, ac regio. Thebaica à Theba sic denominata, Aegypti pars secundum Nilum, huius frequens mentio in vitis patrum.
Est alia Thebe in Bœotia à Cadmo, Agenoris filio, aut vt alii volunt, ab Ogyge ædificata, & post ab Alexandro magno euersa, quæ & Draconigera dicebatur, quam heptapylon vocat Apuleius, quod septem portas habuerit.
Dircæa a Dirce fonte dicta.

Thebani.

Thebani, Thebæi. Θηϐαῖοι.

Themistocles.

Themistocles Atheniensis Neoclis filius, hinc vocatus.
Neoclides. Ouid. Arma. Neoclidem qui Persica contudit armis.

Thermodontiæ.

Thermodontiæ & Thermodontiaci, Sacæ. Aramei. Scythiæ Asiaticæ sunt populi. Plin lib. 6. Vltra sunt Scytharum populi. Persæ illos Sacas vniuersos appellauere à proxima gente; antiqui Arameos.

Theseus.

Theseus filius fuit Aegei regis Athenarum.

Aegides

Aegides hinc dictus Sido. Atticus Aegides rupit Marathonide quercu, Heros Troezenius. Ouid. Hac Ixionides ille Troezenius heros. Cecropides.

Neptunus, à Neptuno patre secundum Plutarchum, perfidus, periurus, crudelis, ingratus, armiger.

Thessalia.

Thessalia, Aemonia, Pharsalia, Aemathia. Aemathetis aut Thessalis ora, Macedonia, prius dicta.

Pyrrhea à Pyrrha Deucalonis vxore.

Campi Philippici, Larissa,

Mynia, Pagasea, Pellusa arua.

Iolciacum solum.

Thessalici.

Thessalici, Thessalidæ, Iolciica ab Iolcho Thessaliæ ciuitate; Virg. in Cerci Regis Iolchiacis animum defigere votis Meliboei & Melibenses à Melibæa vrbe Thessaliæ Pasæi à Pagasa vrbe. Ouid. li. 7. Iamque fretum Minyæ Pegasæa puppe secabant.

Atracii Atracidæ, ab Atracio, qui magicas artes ibidem edocuit.

Peneii à Peneo fluuio Thessaliæ: Ouid. libro. 12. Exigit Atracides, Peneiaque arua pererrat.

Lapitheii à Lapithis populis Thessaliæ. Idem Ouid. Et tum Lapitheia tecta intrarant.

pelthronii à populis eiusdem nominis, peliaci à pelio monte Ouid. 1. Fast. Summáque peliacus sydera tangat apex.

pheræi: Seneca. pastor pheræos Delius pauit greges Ouid in epist.

Ipse repertor opis vaccas pauisse pheræas Fertur.

Amphrysiaci ab Amphrasa fluuio. Stat. Lib. 1. Syl. Ant. Amphrysiaco pastor de gramine carpsi.

pharsalii, pharsalici. Luca. Lib. 6 Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Hæmus.

Hemonii. Hemonidæ. Poli. in Manto Hæmonidis refer & Brontem Vulcaniaque antra. Val. Flac. lib. 6. Stant littore fixi Hæmonidæ.

Magnetes & magnesii a ciuitate magnesia, fœminina Magnesis Magnessa. Hora. lib. 3. Car.

Magnessam Hippolitum dum fugit abstinens.

Larissæi a Larissa Thessaliæ oppido.

Centauræi a Centauris Statius.

Sperchiusque minax, centaureusque Licormas.

Lapithonii a Lapithis. Idem stati.

Confudere modos, puerum Lapithonia nympha.

Ossæi ab Ossa monte. Sta. lib. 12.

Nec Ossæi bello cecidere bimembres, Pholoetica monstra. Atque Peletronios Lapithas Semeleius Euan. Miscuit.

Aemathii, Philippæi a Philippis campis Thessaliæ. Luca. Romanas acies iterum videre Philippi.

Thetis.

Thethis, idos, vxor Pelei Regis Thessaliæ, filia Nerei. Amphitrite.

Achillis mater, primam corripiens. inter maris referturnu mina, a poetis passim vocatur Nereis, Nerei filia, Ouid. Nereis ingreditur consueta cubilia Doris.

Mater cerulea, aquosa, æquorea, vndiflua, vndosa, circumflua vndiuaga.

Thracia.

Thracia, Thrace, es & Thraca, cæ θραχη. Ouid. Armigeram Thracem qui regat alter erit

Lycurgi regna. Ismaria. Rhodopeia tellus, Scytonia, Strymonia

Biflo-

Bistonia, Bistonis, Schytonis ora.
Terra Aedonis ab Aedone monte Thraciæ. Mauortia, gelida, horrida, læua, bellicosa.

Thraces.

Thraces, thraci, Thracii, & Thracenses.
Mantini, à Mantinis Thraciæ populis, Virg. in Cyri. Vos ô Mantina si qui de gente venitis.
Ismarii ab Ismaro monte Thraciæ.
Pangei à Pangeo Thraciæ promontorio Ouidius lib. 3. Fast. Iamque erat ad Rodopem, Pangeaque flumina ventum.
Odrysii à populis eiusdem nominis.
Scyconii Eedonides.
Rhodopeii à Rhodope monte.
Abderitani, ab Abdera vrbe Thraciæ Mart. lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes.
Bistones, Bistonii, Bistonidæ à Bistone fluuio.
Oeagrii ab Oeagro fluuio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius.
Aedoni ab Aedone Thraciæ monte.
Bosphorani, Bosphorei, Sidon.
Bosphoreis Elephas inglorius ora tributis.
Boristhenidæ a Boristhene fluuio Thraciæ. Bap. Pius, Mitior ad sæuos aura Boristhenidas.

Thule.

Thule insula vltra Britanniã & Orchadas vltima ex cognitis a Romanis, Vnde Virg. in Geor. Tibi seruiat vltima Thule. Nunc Islandia vocatur, Terra glacialis Vlterior terra inuentaq Gronlandia Fnlandia seu finnonia vt Plinius scribit, & Laponia.

Thusci.

Thusci Ethrusci Tyrrheni.

Thyestes.

Thyestes Pelopis fingitur filius Atrei frater, Tantalique nepos.
Tantalides hinc dictus Ouid. Tantalidæ fratres absint & Iasonis vxor.
Dirus, crudelis, rigidus, sæuus.

Tygris.

Tigris τίγρις è paradiso terrestri creditur habere originem propter velocitatem sic dictus, nam instar beluæ nimia velocitate decurrit pergitque contra Assyrios.
Achæmonius dictus, id est Persicus ab Achæmone Persarum rege Clau. Misit Achæmonio quicquid de Tigride Medus. Violentus, rapidus, rapax celer.

Tityus.

Tityus, trisyllab. Terræ creditur filius, tantæ magnitudinis gigas vt iacens nouem occuparet iugera. Ouidius. Viscera præbebat Tytius lanianda, nouemque iugeribus distractus erat.
Alumnus terræ hinc dictus: Vir.
Nec non & Tityum terræ omnipatentis alumnum.
Et Terrigena, Statius, Terrigenam Titium, Fœdus, incontinens.

Tongrinum.

Tongrinum, Octauia dicebatur quum regni caput esset condita à Torgeto 897. annis ante Christi aduentum.
¶ Tongri Galliæ Belgicæ populi vulgo Brabantini vocantur.

Traiectum.

Traiectum Mosæ a traijciendo sic dictum, & superius vocatum Brabantiæ

bantiæ collimitaneum, à nonnullis Aduaticum vocatur.
¶ Traiectum inferius, quo & Vltratraiectum & prius VViltaburgū vocabatur, nunc Archiepiscopi sedes.

Troia & Troiani.

Troia.	Teucria.
Dardania.	Pergamus.

Troas, ciuitas ipsa, teste Hiero, & regio in qua Troia.
Illiō & Ilios, celeberrima olim Phrygiæ ciuitas.
Arx Erichthonii, Priameia regna.
Sanctis in Rheni ripa olim parua Troia dicebatur, est sub ducatu Cliuensi, condita à Troiade. Vetera nuncupatur à Cæsare.
¶ Troiæ epitheta. Vetus, antiqua periura, perfida, Dardana, Phrygia, Idea, Hæctorea, Laomedontæa à rege Laomedonte.
Toiani, Troes, Troici Troiugenæ Erichthonij ab Erichthonio filio Dardani: Virg. in Culice Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces. Idem Erichthonius prostrauit funditus arces.
Idæi ab Idamonte, Ilii, Iliaci, Iliadæ Aeneadæ. Hectorei, Hectoriadæ, Dardani, Dardanii, Dardanidæ, Teucri, Teucrigenæ, Phryges, Phrygii, Rhœtæi à promontorio, Troiæ, vt Sigæi Pergamei.
Laomedontæi, Laomedontiatæ, Anchisæi Anchisiadæ Priamæi, Priamidæ.
¶ Troianæ mulieres, Troades, Iliades, Teucrides, Dardanides.

Treueris.

Treueris oppidum vetustum in Gallia Belgica.
Augusta Treuirorum, quod Romani olim insignem curiam causarū cognoscendarum ibidem habuerint sic dicta.
Hinc Treuir.
Triuiriorum, & Treuirenses populi.

Tunetum.

Tunetum, aliter Tunitum. τυνὴ ciuitas Aphricæ seu Libyæ, regis Libyci metropolis cuius incolæ Tunecæi & Tunisæ τυνισαῖοι, qui & Aphri seu Aphricani.

Tyber.

Tyber, eri. Tybris, bris, & Tyberis huius Tyberis, & in sacris Tyberinus Italiæ fluuius, qui prius vocabatur Albula ab aquarum colore. Oui. lib. 2. Fasto Albula quēm Tyberim mersum Tyberinus in vndis Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.
Tyberina palus, apud Pruden.
Appœninigena Ouid. Appæninigenæ quam proxima Tybrydis vndis Romuleus, Tuscus Ausonius, arenosus, altus, nubilus, Tyrrheus.

Tydeus.

Tydeus, filius fuit Oenei regis Aetoliæ seu Calidoniæ.
Oenides hinc dictus. Stat. Aduolat Oenides.
Oeneius. Achelonius heros. Sta. Ecce furens rapto venienti Oenius heros.
Impiger, Egregius, fulmineus, turbidus, cruentus.

Typhœus.

Typhœus trisyl, alio nomine Tiphon & Typhos, Similiter terræ filius fingitur, & Gigantum omniū fere maximus Centimanusque & anguipes, Ouidius, Nec quo Centimanum deiecerat igne Typhæa.

arduus, vastus, tetricus, terribilis, ferus, immanis.

V

Venetia.

Venetiæ, olim Henetia dicebatur authore Seruio, meliusque aspiratur, & frequentius plurali numero Venetiæ. ἐνετίαι in mari Adriatico ciuitas insignis.

Vrbs aquosa dicitur, Sab. Pater vrbis aquosæ Dexter ades cœptis. Ab Henetis populis sic dicta, qui post Bellum Troianum cursum huc è Paphlagonia tenuere authore Pli-

Veneti. Heneti, Paphlagones prius dicti.

Venus.

Venus amoris dea fingitur, formosa & è maris spuma orta. Vnde vocatur Aphrodite, Aphrogenia. ἀφρογένεια & Aphrodisia, diuersa habens nomina à locis vbi Venerem summis honoribus coluerunt

Amathesia, Amathusis, & Amathũtis, ab insula maris Aegæi quæ Amathus dicitur.

Citheris, Cithereis, Citherea & Cithereis a Cihera vrbe.

Cypris, Cypria, Cyprigena, Erycina, in Cypro genita. Mantuanus.

Cyprigenæ campos.

Idalis, Idalii regina.

Idalia a monte Cyprio Idalio.

Paphia, Diua Paphi, Claud.

Alcidalia ab Alcidalio fonte Bœotiæ

Dionæa, à Dione matre. Ausonius Sacra Dionææ matri.

Spumigera. Orta salo.

Nata freto. Mant.

Genitrix Aeneiæ, Aeneadum.

Luxuriæ nutrix,

Scortorum præses & magistra.

Mater adulterii libidinum amorum. Mant. Mater adulterii Venus est, stuprique repertrix.

Ebria insana, vino madens. Ignea incentiua, salix, nefanda, incesta, desultoria, fallax blanda voluptuaria deliciosa, iucunda, lasciua, perniciosa.

Vesperus.

Vesperus sub solis occasum refulgens Vesper.

Vesperugo, Hesperus.

ἕσπερος, cum aspiratione,

Nuncius, index noctis apud Senec.

Virgilius.

Virgilius. Maro Andinus heros.

Andius seu Andæus vates a viro quodam patre Virgilii, qui Andes vocabatur iuxta Mantuan.

Latialis Homerus, apud Faust.

Homerus Mantuanus. Maro.

Minciades, Iuuenal. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Myncigena quoque dictus, a Mincio fluuio Mant. Et lata Maronis æquora mincigenæ, Doctus.

Facundus, Fatidicus, altiloquus, grandisonus. Castalius.

Vlysbona.

Vlysbona aut vtalii scribunt, Vlysybona & Olisyppo ciuitas in Hispania, Portugalliæ metropolis, hodie Lysbona vocatur, ab Vlysse condita, Strabo Vlysseam appellari scribit.

Vlysses.

Vlysses, Græce ὀδυσσεύς, filius Laertæ regis Ithaces.

Laertiades à Laertia prole, hinc Dictus, Laertius heros.

Dux Naritius ab insula Narito.

Dux Dulichius, Ithacus, Ithacensis, a locis in quibus regnauit,

Labo-

Laborioſus, callidus, prouidus, diſertus, fallax, ſubdolus cautus, varius tardus. Polytropus.

Vrſa maior & minor, vide *Arctos ſub litera A.*

Vulcanus.

Vulcanus, filius Iouis & Iunonis prius dictus Mulciber, quod ferrum mulceat: Ouid. Mulciberis capti Marſque Venuſque dolis.

Lemnius cognominatus ab inſulæ Lemno in quam cœlo deiectus decidit, vbi officinam fingitur habere & deorum arma fabricare, Iouiſque fulmina.


Iunonigena quoque dictus Iunonius Iouialis, Iunonia proles.

Rex ignis, flammeus, ardens, ferrugineus, pulueruIentus, niger, claudicans. Faber Iouis.

Pater Lemnius. Virg. Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris.

FINIS.

he he he he he he he



Μωνῳ τῳ θεῳ Δοξα

[illegible] sola in [illegible] salute.
[illegible]

[illegible] vidit [illegible]

[illegible] in [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

quoq [illegible]

[illegible] et [illegible] cum malis [illegible]

[illegible] dicuntur [illegible] salute [illegible]

[illegible] aliquibus [illegible]

[illegible] totat [illegible]

[illegible] tot hom [illegible]

[illegible]

and

and the

Da [illegible]

[illegible]

Tempus edax rerum pater...
O tempus nil ...
...
Tempus edax ...
... fimus in auras
Et ... ridens ...
... pluma quid ... flamine
quid flamine ventus quid
... tempus tempus
... nihil
... vivitur ... nihil



manibus

Robert

prover

Powell

prover

Robert

Powell

from Thomas

Richard

